

Leaf pi1 (blank) missing

Abubecri rasis filij zacharie liber.

Uerba abubecri.

IN hoc meo libro regi cuius uitam prolonget deus aggregabo summas: ⁊ aggregationes: ⁊ flores doctrine medicinalis: ⁊ hoc faciam compendiose. Dicam quoqꝫ in eo ꝺ conseruatione sanitatum: ⁊ curatione egritudinum: ⁊ ea que sine itermissione secunť ista: necnō ea ad que sciēda necessitas perducit: ⁊ per que ē possibile acutum habentibus ingeniuꝫ ⁊ consiliuꝫ equipari medicis: ea uero que raro solent accidere postponaꝫ: ⁊ dimittaꝫ ea in qbus est nimia doctrine ꝓfunditas in arte. Hunc aūt libruꝫ in deceꝫ distinguā tractatus: ⁊ in uno quoqꝫ tractatu ipsius ponam capitula: literis alphabeti scd̄m numeri ipsaꝝ ordinem signata: ut qđ queritur cito iueniri possit. Ut hoc aūt decenter explere ualeam: diuinū imploro ducatū ⁊ auxiliū: ut ipsi prius: deinde regi placeā: eiqꝫ incessanter adherere possim.

Intentiones tractatuum huius libri.

Tractatus primus de figura ⁊ forma membroꝝ qui.26.continet capitula.


Tractatus scd̄s de cognitione ꝯplexionū corpis qui.lviij.continet capitula.

Tractatus terti⁹.xxviij. ꝯtinens capl'a:

Tractatus quartus.xxxi.ꝯtinens capl'a.

D. Alex. Padoani





Tractatus sextus.19.continens capl'a.

Tractatus septimus.27.ꝯtinens capl'a.

Tractatus octauus quinquaginta continens capitula.

Incipit pars nona nonagintaquinqꝫ cō tinēs capitula.

Tractatus decimus.xxxv.continens capitula de febribus.

Sunt aūt predicta capitula quatuorcētuꝫ et quinquaginta.

Rubrice libri diuisionum rasis.

Liber tertius de casibus qui ipsi rasi acciderunt.
Liber quart⁹ d dietis medicinis ꝛ cibariis.
Liber quintus de uerbis ypocratis.
Liber sextus de scientiis ꝛ intellectibus sine quibus rectus medicus esse nō pōt.

In hoc uolumine preter supradicta hec quoque opuscula continentur.

Experimenta Galieni cum libello de capsa eburnea Hippocratis.
Aphorismi iohannis damasceni.
Liber de humana natura seu de elementis Hippocratis.
Liber d aere aqua ꝛ regionib⁹ Hippocrat.
Libellus de pharmaciis Hippocratis.
Liber de sectionibus cauteriis: et uentosis Rasis.
Sinonyma Rasis.

Tabula quedam parua quidem sed utilissima continens medicinas ad quamcunqꝫ discrasiam cuiuslibet particule humani corporis.

Masellus uenia beneuentanus ad lectorē.

Ne timeas aeger morbo quocūqꝫ labores:
Rasis adest medicus alter apollo tibi.
Quod nequeūt reliqui Galienus auerrois: ꝛ tu
Magne auicenna: cita dat tibi rasis ope.
Uos etiam medici: necnon uos pharmacopolae.
Gaudete: exoritur gloria uestra modo.

Capitulū primū primi tractatus de aggregationibus τ summis iuuamenti membrorum.

CREATOR omniū deus ossa condidit: ut per ea corp⁹ sustentaretur τ rectificaretur. Quia uero unam corporis partē sine alia aliquādo moueri necesse fuit: non unum tantum os in toto corpore fecit: sed multa quib⁹ diuersas tribuit figuras: ut ad id apta forēt qd per ea fieri est necesse. Quoniam autem necesse fuit ut quedam eoꝝ quandoqꝫ coniunctim quandoqꝫ singulatim mouerentur ea cuidā substātie copulauit quā ex una unius ossis extremitate procreauit τ cum alterius extremitate ossis continuauit. Est enim inferiori extremitati continua. Hec autē substātia ligamētum uocatur: qd est corpus albū: durum: non habens sensum. In unius etiā ossis extremitate additamentum rotundum fecit. In alterius autem ossis extremitate concauitatem predicti additamenti capacem condidit ut in ea collocaretur: τ ex huiusmodi dispōne ossium prouenerūt iuncture ex quibus apta fuerunt membra moueri quādoqꝫ simul: quādoqꝫ separatim. Ossium eni ligamenta non prohibuerunt. quin membra in simul ac si unum tantum esset membrum mouerentur. Nam cum totam manum mouere uolumus: eam cum iunctura humeri ac si i ea unum tantum esset os: motu uno mouebimus: ita ꝙ i eo a coniunctura cubiti non prohibebimur: neqꝫ rascete: neque digitorum. Unam autem ipsius partem si absqꝫ alia aliquando mouere uoluerimus: cum iunctura illius partis propria illud faciemus. Ob hoc igitur duos motionis modos animal habuit: particularem uidelicet τ uniuersalem: secundum unū quēqꝫ quoꝝ put ei esset necessariū mouere tur. Sed quia ossa ex sua essentia nō mouentur: sed per motorem τ admodum patientiū continue fuerūt eis a principio sensus τ motus τ ipsorum origine idest cerebro cōcauitates quedam que sunt nerui. Nerui uero isti nō per se ut simplices sunt ossibus coniunguntur: nisi prius cum carne cartilagine τ ligamētis misceantur. Neru⁹ enim si per se grandi membro coniungeretur: uel nullo modo uel debiliter ipsum neruus moueret. Quamobrem neruus antequam ad membrum perueniat: quod per ipsum moueri debeat diuiditur: τ subtiles τ minime partes carnis τ ligamenti in ipsis diuisionibus contexuntur: τ qd ex toto prouenit musculus uocatur. Et est huius corporis magnitudo secundum mensuram mēbri ꝙ per ipsum moueri debet: τ situs eius est in parte uersus quam motus ipsius mēbri fuerit. Postea uero ex una duarum musculi extremitatum que scilicet est uersus partē membri quod mouetur: quedā nascit substantia que corda uocatur: ipsa aūt ē corpus compositum ex neruo qui ad membrū dirigitur: τ ligamento quod ex osse ortum fuit que est separata a carne que in musculo erat. Corda uero protenditur quousqꝫ inferiori extremitati membri quod per ipsaꝫ debet moueri coniungatur. Ex qua dispositione cōtingit ut ex parua retractione qua musculus uersus partem sue radicis trahitur: corda fortiter trahatur: τ membrum cū sua totalitate moueatur. Est enim inferiori extremitati eius continua. Cerebrum quoqꝫ fecit deus ut sensuum origo esset: τ motus uoluntarij: τ ab eo produxit neruos qui membris continuantur: τ dant ei sensuum: τ motionis modos. Nos uero ostendemus unde oriantur nerui: cum de eorū tractabimus anathomia. Et quia partes corporis inferiores τ que a cerebro ualde remote sunt: τ sensu τ motu indigent: motum autem τ sensum absqꝫ neruis habere non possunt: nerui quoqꝫ si a cerebro recta procederentur uia: ex longitudine descensus debilitarentur: unde eorum protensio nec firma foret nec fortis: fecit de⁹ sub craneo foramen per quod partem cerebri produxit: que nucha uocatur. Que quia mollis erat: ad ipsius custodiam dorsi spondiles τ sufenta ossa fecit: quemadmodum ad cerebri custodiam cranei condidit ossa: quam taliter munitam secundum corporis longitudinem prolongauit: ex qua etiam cum in alicuius membri directo est quod ei appinquat neruos produxit: qui per spondilium foramina exeuntes: ipsi membro continuantur: sensum ei dantes τ motum. Cerebro igitur si graue superuenerit accidens:

toti corpori sensus auferetur et mot⁹. Nu
che uero si acciderit membris quibus ner
ui ab illa parte nuche procedentes coniũ
guntur: et que sub eis sunt: motus auferen
tur et sensus. Cerebrũ enim quasi fons sen
suum est: et motus uolũtarij. Nucha uero
sicut fluuius magnus ab eo manãs. Nerui
autem qui ab ea prodeunt sicut riuuli ex
fluuio exeuntes. Fonti uero cũ aliquod ac
ciderit impedimẽtum erit comune. Quod
si riuulis euenerit nocumentum: erit pro
prium locorum ad que ipsi diriguntur ri
uuli. Ideoqz scire unde quisqz oriatur ner
uus: et ad quod membrum dirigatur in ar
te medicine est perutile: quod et Galienus
in libro de interiorum membrorum passio
nibus testatur: sic inquiẽs. Quidam in iti
nere romano de mulo lapsus super lapidẽ
cecidit: a quo una ex spondilibus lesa fuit
ex cuius lesione digitus auricularis et me
dius duriter ad tempus mouebantur: qui
b⁹ medici emplastra et alia medicamina su
perponebant ex quibus eger nullum sentie
bat iuuamen: quod galienus cernens ea
dem medicamina spõdilibus a quibus ner
ui qui ad predictos digitos protenduntur
et procedunt superposuit: et sic breui eum
restituit sanitati. Nerui quidem in princi
pio sui exitus a cerebro uel nucha molles
multum sunt: et ipsi cerebro uel nuche simi
les. Cuz autem magis elongari incipiunt
indurantur: donec perfectam neruoruz for
mam suscipiunt. Iuuamẽti igitur neruorũ
summa est: quod ipsi sunt instrumenta et uie
per que sensus et motus omnibus tribuitur
membris et transfunditur: unde si ex trans
uerso incidantur: aut sensus: aut motus mẽ
bri: aut utrunqz destruitur: ad quod ipsi di
riguntur. Nucha uero si cõstringatur aut
ex trãsuerso incidatur: sensus et motus om
nium membrorum quorum nerui a locis
prodeunt qui sub illa sunt incisione auferũ
tur: in longitudine autem licet ipsa incida
tur: non multum tamen impediet. Simili
quoqz modo neruorum incisio in longitudi
ne si acciderit: non magnam faciet lesionẽ.
Ex transuerso autem si euenerit: actio illa
destruetur secundum mensuram qua incisio
penetrauit: et partem uersus ad quam pene
trauit. Cerebrum autem preter hoc
quod ipsum est origo sensus et motus uolũ
tarij: est etiam secundum galieni sententiã:
imaginationis: cogitationis: et memorie
fundamẽtum. Imaginatio quidem in duo
bus uentriculis anterioribus perficitur:
cogitatio uero in medio expletur: memoria
autem posteriorem possidet uentriculum.
Cor uero fecit deus ut esset fons et ori
go innati caloris: et ut ab eo totum corpus
calefieret per arterias que ab ipso ad om
nia membra procedunt. Unde si aliquod
membrum artarias amiserit que ad ipsum
uenire consueuerant congelatur: et motus
et sensus induratur prius: deinde destruun
tur: et postremo quasi mortuum redditur.
Musculi enim et nerui necnon ipsum ce
rebrum: ut in sua conseruentur natura: et
ut suas perficiant actiones quadam inna
ti caloris indigent mensura quamobrem
arterie eis trãsmisse sunt. Et qd animal su
pra uegetabilia babet est primum iuuamẽ
qd a corde cõtrabit. Quod autem a cere
bro recipit est secundum: per quod est per
fectio: et ad quod tota actoris intentio et
uoluntas prona fuit. Quod uero ab epa
te suscipit iuuamentum: est ei cum uegeta
bilibus comune: non enim recipit ab eo ni
si nutrimentum et incrementum: sed quia
cordi ut in sua conseruaretur natura: aeris
attractio eo superioris necessaria fuit: et ae
ris in suis concauitatibus nimis calefacti
expulsio: facta sunt ei aerem attrabendi in
strumenta: pectus uidelicet et pulmo: et iter
ipsa et cor concauitates et foramina posita
sunt: per que aer attractus transire possit:
quemadmodum cum de buius dispositione
tractabimus dicturi sumus. Epar au
tem ad sanguinis generationem atqz ipsi⁹
depurationez factum est: et ut uene ab ipso
manantes ad omnia membra dirigantur:
et ad ipsorum bumectationem: et sanguinis
diuisionem: prout cuiqz necessarium est.
Quamobrem nutrimentum et eorum con
seruatio que sicut fuerant remanent proue
nit: et eorum incrementum fit que crescũt.
Nulla eniz remanent ut fuerũt: nisi ex qui
bus nihil dissoluitur: sicut est dispositio in
lapidibus: ut iacintbo: auro: et uitro: uel
quia quod dissolutum est in eis restauraẽ:
sicut aqua maris: que licet quotidie magnã
patiatur dissolutionem: tamen ab introitu
fluminum singulis diebus restaurationem

Imaginatio
Cogitatio
Memoria
Cor
Epar

suscipit: unde semper eadem fere forma remanet bene custodita: tanta quanta fuerat: quia propter paruitatem sui sensibile nõ ē. Corpora igitur animalium: quia ex eis que dissoluuntur composita sunt: non fuit possibile ut augumentari uel in suo statu permanere possent: absq; nutrimenti beneficio: sed quia nutrientia cum dissolutis non sunt speciei unius: membrū in corpore adesse oportuit: qd ipsa indissolutorum similitudinē permutaret. Nutrientia uero quia non totaliter conuertuntur: sed quedam eorum pars conuertitur ꝛ assimilatur: pars autem alia remanet quasi humor superfluus non suscipiens conuersionem neq; assimilationē eorum que dissoluta sunt: que si in corpore remaneret: grauium egritudinū materias generaret. unde preparata sunt eius expulsioni instrumenta apta ꝛ canales. Et quia nutritionis operatio in tribus locis perficitur tria superfluitatum sunt genera. Una quidem ē prime digestionis superfluitas que .s. in stomacho fit ꝛ itestinis: ꝛ uocatur stercus: siue egestio. Alia uero secūde digestionis est superfluitas: que in epate perficitur quando sanguis generatur: ꝛ ipsa quidē ē colera rubra: ꝛ nigra: ꝛ urina. Hec autem tria a sanguine separata: propria a quibus suscipiuntur receptacula habēt: sicut fel colleram rubram: melancoliā splen: ꝛ urinam renes suscipiunt: quemadmodum dicturi sumus in manifestiore tractatu: cum de horū membrorum formis loquemur. Digestionis uero tertie superfluitas que ī omnibus fit membris cum illis assimilatur sanguis qui unicuiq; illorum delegatur: est sudor et sordities: ꝛ quicquid ex superfluitatibus a membris exeuntibus eis assimilatur: ut mucilagines ꝛ lippitudines ꝛ his similia.

Preterea modi membrorum i corpore quatuor existunt. Quorum tres sunt principalium que in uite cōseruatione ualde sunt necessaria: quorum quedā nutritionis sunt instrumenta: ut stomachus: ꝛ epar: ꝛ eoꝝ canales: ꝛ uene: ꝛ uie: que ad ipsa perueniunt: ut os: ꝛ meri: ꝛ reliquе uie que ab eis exeunt: ut intestina. Et instrumenta caloris īnati: ꝛ cōseruationis ipsi⁹: quoꝝ prima sunt cor: ꝛ arterie: secūda uero pulmo: ꝛ pect⁹: et quecūq; alia ualēt ad aeris attractionē: queadmodū in suo loco dicturi sum⁹. Alia uero eoꝝ sunt instrumēta sensus: ꝛ mot⁹ et itellectualiū actionū: que sunt cerebrū ꝛ nucha: ꝛ nerui: ꝛ musculi: ꝛ corde: ꝛ que sunt similia his: necessaria ꝛ ualētia ad complendam actionē ꝛ passionē. In uno quoq; aūt modo istoꝝ instrumentoꝝ: unū ē principale et operans. Alia ut seruiētia ꝛ ipsū ī suis actionibus adiuuātia. Instrumentoꝝ uero nutritionis principale est epar. Sed inati caloris instrumentoꝝ principale ē cor. Et instrumentoꝝ sensus ꝛ motus ꝛ intellectualium actionū principale ē cerebrū. Unum quodq; aūt istoꝝ alijs duobus connexum ē et eis indiget. Epar enim nisi omnibus alijs mēbris nutrimentū trāsmitteret dissoluerentur. Ipsum quoq; nisi a corde calorē haberet: eius nō cōseruaretur substātia: qua sua completur actio. Cerebrū etiā si nō ab artijs calefieret: nec a uenis que ab epate procedunt nutriretur: eius nō cōseruaretur natura qua suas aptum est perficere actiones. Musculi quoq; pectoris nisi a cerebro mouerētur: aerem attrahi foret impossibile neque cordis cōseruaret substātia qua calor innatus qui est in corde euentetur: Quarti uero mēbroꝝ modi pricipalia sunt īstrumēta generationis: que sunt matrix: et uirga: ꝛ testiculi: ꝛ uasa spermatis. hec aūt instrumenta nō sunt necessaria ut unum perduret singulare: sed ut species permaneat et conseruetur. Quia enim deus qui sit benedictus corpus hominis ex corporib⁹ fecit dissolubilibus: non durabilibus neq; stabilibus: unde cū non sit possibile ut unū singulare semper maneret: fecit generationis instrumenta: per que saltim species durare posset. Ista autem que premisim⁹ summe sunt ꝛ aggregatiōes de membrorum dispositionibus ꝛ ipsorum iuuamentis. Quod totum nos clarius dicemus: ꝛ secundum plures diuisiones. Summas tamen colligere non dimittemus: huius enim libri intentio non fuit postrema omnia colligere.

Capitulum.2.de forma ossiū capitis.

Caput qd ē naturale: licet nō ex toto tū rotundū ē. In quo multa sunt foramina: p que multi egrediunt nerui. ꝛ uene ītrāt ꝛ arterie. Ipsum quoq; anterius in partē .s. frontis: ꝛ posterius ī occipitio eminēs ē. In utraq; uero auriū parte est latū: foraminū aūt oīuз que in ipso sunt maius ē

illud qd est i occipitio p qd nucha egredit Ipm pterea ex multis cōpositum est ossib⁹. quoꝝ unū alij cōtinuat. Locus uero ubi coniungunt:serrarū cōiunctioni similis appellat. Craneo aūt supioꝛ cōtinuatur mādibula in qua maxille ꝛ dentes continētur supioꝛes:que ēt ex multis cōponit ossibus: quoꝝ unū alij ad serre similitudinē cōtiuat Post hanc aūt mandibula ē inferioꝛ: i qua inferioꝛes existunt dentes. Cuius quidem ossa nō ad serre similitudinē ut predicta: ꝫ solis continuant iuncturis. Inferioꝛ nāqꝫ mādibula motu indiguit. Que quidē supioꝛi continuat mandibule: in loco q zephin arabice uocatur. Hec aūt dentibus exceptis:ex duobus cōponit ossib⁹.que ad serre similitudinem in medio mēto continuātur. Est pterea sub craneo in parte posterioꝛe quoddā magnū os:qd inter ipm craneum ꝛ supioꝛem mandibulā positum ē:a quo diminutio que in ossiū iuenit figuris completur qd alguateda uocat. Oia igitur capitis ossa cū numerata fuerit uiginti ꝛ tria erūt exceptis dentib⁹. Quoꝝ sex ipsius cranei ꝑpria sunt:ꝛ unū qd uocatur alguatedi sup qd sex pdicta sunt ossa. Et mādibule supioris quatuoꝛdeci:ꝛ inferioꝛis duo. In una quaqꝫ aūt mandibula sunt dētes sexdecim: quoꝝ duo sunt incisoꝛes. ꝛ duo q istos utriqꝫ secunt quadrupli noiant. post quos utriqꝫ sunt duo q uocant canini:post quos sunt quinqꝫ molares dextri ꝛ qnqꝫ sinistri: quādoqꝫ tam̄ de molaribus minuit unus: ꝛ nō sunt nisi quatuoꝛ. Molariū aūt superioꝝ quidā tres hñt radices quādoqꝫ quatuoꝛ. Inferioꝛes ṽo molares:duas tantū hñt radices exceptis duobus molaribus ultimis qui hñt tres:quoꝝ unus est i dextra:alius i sinistra. Alij ṽo dentes una tantum radice sunt cōtenti. Sunt itaqꝫ oia capitis ossa: quiquagita qnqꝫ. Capiti aūt iuxta magnū foꝛamen p quod nucha egreditur: pria ex spondilib⁹ colli continuat:que qdē sunt septē. Hec aūt a duabus partibus sunt pfoꝛate:p quarū foꝛamina nerui ꝑgrediuntur: q ad dextrū ꝛ sinistrū dirigunt latus. Post has aūt spondiles costaꝝ sunt: que decē et septē numero sunt:quaꝝ duodecim spōdiles pectoꝛis dicunt: eo qd i eaꝝ rectitudine inferioꝛ pectoꝛis terminus finiat. Quinqꝫ uero que secunt:sunt spondiles renū ꝛ alcatim. Sunt igitur oēs spondiles que ab exitu nuche usqꝫ ad os quod sup renes locat uiginti quatuoꝛ. Quandoqꝫ tam̄ additur una uel minuit qd prarū ē. Ex hoc ṽo loco os alauis:spondilibus continuat. Quod ex trib⁹ componit partibus:que sunt spōdilibus similes. Cui ab iferioꝛi: os alhosoꝛ continuat: qd ex tribus similiter cōpositū ē partibus. Haꝝ aūt tertia que ē inferioꝛ:ē cauda que ē cartilago ossuosa. Ab una qua qꝫ aūt duaꝝ predictaꝝ spondiliū iunctura:i unaquaqꝫ duaꝝ partiū egredit neru⁹ q ad illā coꝛpoꝛis partē protendit:ꝛ ipsa diuiditur. Ab extremitate uero caude unus tm̄ progreditur neruus q i illis diuidit locis. Duo uero ancaꝝ ossa: quoꝝ unū ē i uno latere:alteꝝ in altero:ossi qd ē alauis cōtinuātur:unū scilicet ab una parte: alterū ab alia in qbus sunt ancarū pyxides: quas ossiū capita que sunt in coxis ingrediunt: que ꝛ ipsarū uocāt uitebra. Iste aūt sunt foꝛme ossiū ꝛ spondiliū que sunt in posterioꝛib⁹ ab oꝛtu nuche usqꝫ ad caudā. Nūc uero alioꝝ ossiū foꝛmas que sunt sub collo noiare icipiem⁹. De qb⁹ sunt duaꝝ furculaꝝ ossa: ꝛ ossa spatularū:ꝛ pectoꝛis ossa:ꝛ ossa manuū: ꝛ ossa femoꝛis:ꝛ pedū ossa. Furcule ṽo os exteri⁹ gibbosuꝫ ē. ꝛ iteritus cōcauū:cuius unū duoꝝ capitū.humero continuat capiti .s. ossis qd adiutoꝛiū uocatur. Alia aūt extremitas sumitati pectoꝛis cōtinuat:ubi ē pyxis gule. Spatula uero a parte qua doꝛso supponit lata ē:cū qua caput cartilaginosuꝫ cōtinuat. A pte uero qua furcule appꝛopinquat ē rotunda: i qua ē pyxis qꝫ caput ossis qd noiatur adiutoꝛiū ingredit. Pectoꝛis aūt ossa sunt toꝛax:q ex septē cōponitur ossibus:i quoꝝ cuiusqꝫ extremitate ē cartilago Quoꝝ principiū ē a pyxide gule:finis ṽo ē inferius paꝝ sub mamillis: q locus ē angustioꝛ oibus locis que sunt in uentre: que cū palpant mollia inueniuntur ossa nō hñtia. Coste uero in uno quoqꝫ latere sunt duodeci:que curue sunt. Quaꝝ oiuꝫ longioꝛ ē media. Quaꝝ septē:una duaꝝ extremitatum que .s. est posterioꝛ: doꝛsi spondilibus continuatur. Que uero anterioꝛ ē:uni ex ossib⁹ que i toꝛace sunt.cum capite cartilaginoso continuatur. Ex his ṽo:quinque curtant ita quod toꝛaci non continuantur: quarum extremitates cum premuntur. iterius flecti

reperiuntur: que posteriores noīant coste. Quod uero sub torace de uentre existit: totū molle est usq3 ad femoris ossa. Nūc autem manuū τ pedū ossa nominabimus. Manus quidē os primū illud ē: qđ adiutorium uocatur: qđ est os unū exterius gibbosum: interius concauū: cuius caput spatule pyxidē ingredit: per quantitatē que iā preparata ē ei. Hec ē igitur una suaꝝ extremitatū. Altera uero extremitas in cubito est in quo est rotula instrumēto hauriendi aq̄ similis: quā superioris focilis ingredit extremitas. Quoꝝ uero fociliū longitudo ē a cubito usq3 ad rascetā. Quorum unū qđ ē minus: superius uocat focile. Aliud ēo quod est maius: inferius uocatur. Quorū unūquodq3 in suis summitatibus que a pte rascete sunt: additamentum quoddā habet per quod fit iūctura que existit inter rascetam τ ipsa. Rasceta aūt ex octo componitur ossibus: quorum quatuor i duobus ordinibus dispositis: alia quatuor eodem ordie disposita i longitudine coniungunt: que cū multū dura sint medulla carēt. Quorū figura est curua. ex qua rascete figura apta ꝓuenit. Post rascetā uero est pecten q ex quatuor cōponit ossibus: que ossib⁹ rascete qbusdā ligamentis ualde firmis cōtinuant. Pectinis uero ossibus digitoꝝ cōtinuātur ossa: que in uno quoq3 eoꝝ sunt tria. Quorū unūqdq3: alij cōnexionibus: confirmatis ligamētis continuat. Oia igitur man⁹ ossa sunt triginta. Os.s. quod adiutoriū nominat: τ ossa duo que focilia uocant. Rascete quoq3 ossa que sunt octo: τ ossa pectis que sunt quatuor: τ qndeci que sunt digitorū quinq3. Os aūt pollicis primum: superioris focilis extremitati continuat in loco iuncture ample τ laxe. Quod ideo factuz ē. qa magno indiguit motu: ut reliqs quatuor digitis coniūgi possz. Ossium ēo pedis primū est coxe qđ ē unum: exterius gibbosuz: interius latū. Cuius supior extremitas est rotūda que coxe uocat uertebrum. Hoc qdē: anche pyxidē ingreditur: a qbus prima iunctura fit pedis. Eius uero iferior extremitas: pyxidē maioris duoꝝ fociliū cruris ingreditur. Duoꝝ uero fociliuz terminus: a genu usq3 ad calcaneū protēditur. Quod aūt ex his duobus maius ē: inferius uocat focile: quod ēt also longius ē.

Minus uero: focile uocat supius. Horum aūt duoꝝ fociliū summitates calcaneo continuantur. a qbus tercia pedis orit iunctura. Juncture aūt que in genu ē supponitur os rotundū: cartilaginosum. qđ genu nominat oculus: τ a qbusdā uocatur mola. Calcāeo uero in anterioribus os qđ uocatur nauicula coniungitur. Inferius aūt cuidā coniungitur ossi. qđ achib uocatur: qbus pedis rasceta que ex tribus cōponitur ossibus cōtinuatur. Ex qbus que ad id qđ hic ē necessariū apta ꝓuenit forma. Rascete aūt pedis cōtinuatur pecten q ex quinq3 cōponit ossib⁹ qbus digitoꝝ cōtinuant ossa que i uno quoq3 sunt tria: excepto magno digito in quo duo tm̄ sunt ossa. Oia igitur pedis ossa: uiginti nouē sunt. Anche.s. unū: cruris duo: τ os calcanei: τ os qđ uocat achib: τ os nauicule τ ossa tria ex qbus pedis cōponit rasceta: τ alia qnq3 ex qbus pedis componit pecten: digitoꝝ quoq3 ossa quatuordecim τ os genu. Et cum oia corporis ossa numerata fuerint prout Gal. numerauit ducenta τ quadragita octo erūt. excepto osse qđ ē in epigloti: qđ laude grece litte os simile non cupatur. cuius hec ē figura. Λ. os quoq3 qđ ē in corde. qđ a qbusdā chirurgicis cartilago dicit: τ ossa parua a qb⁹ uacuitates sunt in iūcturis replent τ uocantur sisamia chel excipiuntur.

Capitulum de musculis.

Musculi q in toto repiuntur corpe cuz secundū Gal numerati fuerit τ diuisi quingēti uiginti nouē inuenient: de quibus ꝓut nostro competit tractatui loquemur. Musculū itaq3 ex carne τ neruo τ ligamēto: cōponi dicimus. Ipsi quoq3 uolūtarioꝝ motuū sunt instrumēta: quoꝝ figure secunduz suoꝝ diuersitatē locoꝝ prout eis necesse est diuersificentur. Plures aūt ex eis ita ut carne sunt circūuoluti: protenduntur usque quo ad suas inferiores ꝓueniant extremitates. Ex quoꝝ extremitatibus quoddā exoritur corpus: quod corda uocatur. Que quousq3 illius membri quod per ipsam moueri debet inferiori coniungatur extremitati porrigitur. Membrum uero per illam mouetur sic. Colligitur enim τ ad sue radicis partem retrahitur. Unde totum membrum ad illūm retrahitur partem ad quam colligitur musculus. Si autem membrum

qd mouetur magnum sit: musculus quoque ipz mouens magnus erit ꝛ grossus. A quo aut una grossa aut plures oriūť corde: que membro qd debet moueri continuāť. Ple rūqz etiā in unius mēbri motu multi muscu li sibi inuicem auxilium prebent. Muscul⁹ aūt qui paruum mouet mēbrum: paruus est ꝛ subtilis. Musculus nāqz qui ē in coxa ꝛ totū mouet crus: ualde ē magnus. Mus culi uero supiores mouentes palpebras: multum parui sunt ꝛ subtiles a qbus corda non oritur. Omne igitur mēbrum quod uo luntario mouetť motu: musculum habet quo mouetur. Quod si ad partes moueretť con trarias: in situ contrario musculos hēt: ab uno quoqz quoꝝ ad suam trahitur partē qñ taliter mouetur. Musculus uero ei con trarius: a sua tunc quiescit actione. Cum āt qsque musculus in situ contrario positus suam simul pfecerit actionem: membrū tunc erectum erit in neutrū duaꝝ declinans par tem. Verbi gratia. Manus cū a muscu lo qui est in domestica brachij parte trahiť interius curuatur: si uero a musculo qui po nitur in siluestri brachij parte trahiť: exteri us flectitur. Cum uero ab utroqz simul tra hiť: equalť inter illos duos manebit ꝛ erec ta. Motus aūt uoluntarij qui in corpore fuerit: hi sunt. Motus. s. qui est in cute frontis: ꝛ oculorum motus: ꝛ motus maxil larum: ꝛ summitatis nariū motus: ꝛ labioꝝ: ꝛ lingue: ꝛ epiglotis motus: ꝛ motus mādi bule inferioris: ꝛ capitis motus: ꝛ colli: ꝛ motus humeri: ꝛ iuncture spatule: ꝛ adiuto rij mot⁹: ꝛ motus iuncture qui fit a summi tate adiutorij ꝛ brachij: ꝛ motus iuncture focilium: ꝛ rascete: ꝛ motus digitoꝝ: ꝛ uni⁹ cuiusqz suarū iuncturarum: ꝛ motus mēbro rum que sunt in gutture: ꝛ alij duo motus qui inferius labium mouent inferius: Et superius mouent superius ꝛ motus pecto ris qui fit in attractione aeris: ꝛ uirge mo tus: ꝛ motus uescice quando pro retinēda urina clauditur: ꝛ summitatis recti intestini motus qui fit ut stercus exire prohibeatur ꝛ motus mirach uentris: ꝛ motus iuncture que fit ab ancha ꝛ coxa: ꝛ motus genu: ꝛ motus iuncture pedis cū crure: ꝛ motus di gitorum pedis. Quorū unusquisque mus culos habet figuras contractioni ꝛ extēsio ni aptas habentes: quibus motus perfici

possint predicti. Quos omnes si inuestiga re ꝛ distinguere inceperimus: augmentabiť liber ꝛ perueniemus ad id ex quo non ma gna prouenit utilitas. Non est enim possi bile ut musculorum forma ita alioꝝ menti bus: nostris infigať sermonibus: queadmo dum in ossibus: ꝛ neruis: ꝛ uenis: ꝛ arteri is. In his enim musculis frequēs necessa rius est uisus: testificatio: ꝛ studium multū. Ideoqz musculorum qui in mēbris sunt: nu merum tātūmodo cōprehendemus. Dice mus itaqz qd in facie sunt musculi quadra ginta quinqz: ex quibus ad oculoꝝ ꝛ suarū palpebrarum motus: sunt uiginti quatuor. Ad mandibule uero motus: duodeci. Et faciei partibus que uoluntarie mouenť no uem. Quoꝝ un⁹ est sub extremitate cutis frontis: cuius auxilio fit ut magna fiat ocu li apertio: ꝛ alij duo a qb⁹ nariū moueť ex tremitas: ꝛ alij duo qui superius labiū mo uent sursum: ꝛ alij duo qui labium inferius deorsum mouent. Preter hos ṽo sunt duo musculi qui mouēt maxillas. Musculi ṽo a quibus caput moueť ꝛ collum: sunt uigiti tres. Quoꝝ qdam solummodo caput mo uēt ad partem in qua est muscul⁹. Alij ṽo etiaz cum capite mouent collum. Et sunt alij qui ipsum mouent sursum: ꝛ quidam eo rum mouent ipsum anterius: quidā uero po sterius: ꝛ alij dextrorsum: ꝛ alij sinistrorsuz. Linguā uero mouentes nouem sunt. Qui aūt gulam ꝛ epiglotim mouent: sunt trigita duo. In cuiusqz autem spatule motione in oī latere sunt septem qui omnes ipsius per ficiunt motus. Ab unaquaqz etiam parte sunt quatuordecim qui adiutorium mouēt. Adiutorio quoqz ab una quaque parte sup ponuntur quatuor: quorum duo qui sunt in terius: brachium trahunt interius: ꝛ duo q in siluestri sunt parte. ipz extendunt. Sūt etiam in uno quoqz brachio decem ꝛ septē quorum decem in parte siluestri: ꝛ septem in parte locantur domestica: a qbus manus intus ꝛ extra ꝛ ad partez pollicis: ꝛ ad par tem auricularis mouetur: ꝛ contrahunť di giti ꝛ extenduntur. In unaquaque uero manu ab unaquaque parte sunt decē ꝛ octo a quibus digiti uersus pollicez ꝛ uersus au ricularem mouentur. Ad pectoris ṽo mo tionem: centum ꝛ septem musculi sunt con stituti: quorum quiddā dilatāt: alij ṽo ipsius

constringunt. Qui uero omnes dorsi perfi
ciunt motus: quadraginta ⁊ octo sunt. Et
sunt alij octo qui super uentrem ab iferiore
parte toracis locati usqꝫ ad femur protēdū
tur: quorum in longitudine quidaꝫ sunt: qui
dam uero in obliquuꝫ extenduntur. A qui
bus omnes uentris motus qui constringen
do fiunt uel cōprimendo perficiūtur. Horꝫ
etiam auxilio alij sunt motus. In masculo
rum quoqꝫ testiculis quatuor inueniuntur
musculi. preter quos sunt alij quatuor mouen
tes uirgam. Est ⁊ unus qui uesice colluꝫ
constringit: ne inuoluntarie urina egrediatur
In longanione similiter sunt quatuor qui ip
sius orificium tenent: ne stercus inuolunta
rie exeat. In natibus etiam sunt uiginti
sex: a quibus coxe mouentur. Coxis uero
uiginti superponuntur qui crura mouēt. Ad
pedis autem motionem ⁊ quorūdam suorū
digitorum superpositi sunt cruribus uigin
ti octo. Ut autem reliqui pedis digiti mo
ueantur sup pedes uiginti duo sunt locati.

Capitulum de neruis.

n Eruorꝫ ortus aut a cerebro est aut a
nucha. Nucha autem a posteriori
cerebri parte egreditur. que panniculis in
uoluitur cerebri: quos cū de cerebri tracta
bimus anathomia nominabimus. Spondi
libus quoqꝫ cooperitur usqꝫquo puenit ad
os quod ut diximus alobosos uocatur. Ab
hac autem nucha per unāquamqꝫ duarum
spondilium iuncturam: unum neruoruꝫ par
exoritur: quorū unus dextrorsum: alter sini
strorsum tendit. Quod tā diu fit quousque
peruenit ad finem alobosos: a quo neruus
pari carens egreditur: quāobrem in par di
citur. Nerui similiter a cerebro egredien
tes pares inueniuntur: quorum unus dex
trorsum: alius ut predictum est sinistrorsum
dirigitur. Primum uero horum septē pa
rium neruoruꝫ qui a cerebro prodeūt: duos
habet neruos: qui in anteriori cerebri par
te exoriuntur: ⁊ oculis directi sensum uisus
eis tribuunt. Quorum unusquisqꝫ concau⁹
est: qui cum a cerebro orti aliquantuluꝫ ab
eo elongati fuerint coniunguntur: ⁊ ex utro
rumque concauitatibus prouenit cōcauitas
Ante tñ quā egrediantur ex craneo separā
tur. Quorum unusquisqꝫ a craneo exiens:
oculo in parte sua existenti dirigitur. Par
autem secundum: post primum oritur par:
quod per foramina que in sinu oculi sunt e
xit a craneo: ⁊ per oculorum musculos spar
gitur dans eis suos motus: Tertium uero
par post secundi paris ortum exoritur: ubi
primus cerebri uenter ad secundum puenit
uentrem. Hos autem uentres postea dicā
Quarto quoque pari quod ē post ipsum ad
miscetur: a quo postea separatuꝫ in quatuor
diuiditur partes. Quarum una ad uentrē
sub diafragmate descendit. Aliarum uero
quedam: per loca faciei: ⁊ aurium: ⁊ nariuꝫ
spargitur. Quedam auteꝫ pari quod sequi
tur: hoc par continuantur. Par quoque
quartum post terciū exoritur par: ⁊ per pa
latum spargitur dās sensum ei proprium.
Quintum autem par ē per cuius unā partē
audiendi fit sensus: ⁊ per aliam mouetur mus
culi qui faciem mouent. Par quoque sex
tum est cuius una pars gutturi transmittitur
⁊ lingue: alia uero musculis qui in spatulis
sunt: ⁊ in membris que sunt circa ipsas di
rigitur. Alia uero pars per collum descē
dit que a se multos emittit ramos: quorum
quidam ad musculos q sunt in epigloti ua
dunt: qui cum ad pectus ueniunt diuiduntur
iterum quorum partes quedā sursum reuer
tuntur quousqꝫ musculis qui sunt in epiglo
ti coniungātur. Alie uero per cordis capsu
lam sparguntur: ⁊ p pulmonē: ⁊ meri: ⁊ per
loca his uicina. Quod uero ex hoc pari
reliquum est quod est etiā eius maior pars
quousque penetret diafragma protenditur
⁊ eius maior pars ori continuatur stomachi
Alia uero ei⁹ pars pāniculo epatis ⁊ sple
ni coniungitur ⁊ alijs uisceribus: ubi etiam
tercij paris partes quedam ei cōtinuantur
Septimum auteꝫ par a posteriori parte ce
rebri a qua oritur nucha: generatur quod p
lingue ⁊ epiglotis diuiditur musculos.
A nucha uero triginta unum paria neruorꝫ
exoriuntur: ⁊ unus neruus qui caret pari.
Quorum septem a colli spondilibus oriun
tur: duodecim uero paria a dorsi spondili
bus usque ubi dorso opponitur pectus exo
riuntur. Quinque uero paria que sunt p⁹
ista ex spondilibus cathin: q ē inferior dor
si locus ab inferiorum costarum spondilib⁹
nascuntur. Ab osse autem alabauis tria a
lia oriuntur: post que alia tria ab osse alobo
sos exorta reperiuntur. Ab alobosos ue
ro summitate neruus pari carens exoritur

ex medio eius. Primum autem istorum parium a nucba procedentium: a prie spondilis colli foramine exoritur: quod capud ascendens per ipsius spargitur musculos. Par autem secundum a foramine: quod inter primam et secundã reperitur spondilem exortum: cuti continuatur capitis: dans ei tactum. Musculis quoque colli coniungitur et maxillarum dans eis motum. Et par tercium a foramine quod e inter secundam spondilem et terciam exortum in duas diuiditur partes. Quarum una musculis qui mouent maxillas transmittitur. Alia uero per musculos dispartit qui inter utrasque locantur spatulas. Par itidem quartum int terciam et quartam exoritur spondilem qd in duo diuiditur. Quorum unum posteri' per dorsi musculos partitur: aliud uero ãterius protensum per musculos segregatur: q in directo eius sunt et supra ipsum. Quitũ quoque par inter quartam et quintam egressum spondilem: in tres diuiditur partes. Quarum una diafragmati dirigitur. Alia uero muscul' qui caput mouent et collũ: porrigitur. Alia autem ad musculos protenditur spatularum. Et sextum similiter par inter quintam et sextam nascitur spondilem. Septimum quoque inter sextã et septimã spõdilem oritur. Octauum uero iter septimam spondilem et octauam nascitur: ubi colli spõdiles finiuntur. Neruorum uero ab his omnibus partibus procedentium: quidam per capitis et colli musculos partiuntur: et quidam per dorsi musculos et diafragmatis: exceptis his qui ab octauo procedunt pari: quorum nullus ad diafragma peruenit: et q dam ad adiutorium et ad brachium uadũt et manum. Sexti quoque paris partes quedam ad spatularum diriguntur musculos. Alie adiutorium mouent. Alie uero superioribus adiutorij partibus sensum prebẽt Septimi itidem paris partium quedã musculis mandant qui sunt in adiutorio. Alie brachium mouent: alie quoque per adiutorij cutem disperguntur: sensum ei dãtes. Octaui quoque paris partes quedam p brachij cutem partiuntur dantes ei sensum. Alie uero ad brachij tendunt musculos: manib' motum prestantes. Nonum iterum par inter octauam et nonam egreditur spondilem ibi dorsi spondiles initium sumunt. Cuius quedam partes per musculos qui sunt i costis sepantur. Alie uero p dorsi musculos partiuntur. Quedam uero ad manum descendentes per eam segregantur: sensum ei dantes et motum. Decimum quoque par inter nonam spondilem exoritur et decimam: cuius una pars cuti trãsmissa adiutorij: dat ei sensum. Reliqua uero pars diuiditur: cuius quedam pars anterius progressa per musculos qui sunt inter costas: et per musculos qui uestiuntur super pectus dispartitur et alia eius pars per dorsi et spatularum musculos diuiditur. Et ad hunc quidem modũ progrediuntur et diuiduntur reliquorum parium nerui usque ad nonum decimum. Par autem uicesimum est primum: cui' nerui ab inferioribus dorsi spondilibus exeunt: et inter nonamdecimam et uicesimam egreditur spondilem. Et ad hunc modum inter spondiles: quinque oriuntur paria. Quorum nerui quidam uadunt ante: et per musculos qui supponuntur uentri diuiduntur. Alia autem per musculos partiuntur qui sunt sup lumbos. Tertia autem horum quinque paria superiora: neruis qui descendunt a cerebro miscentur. Reliqua uero duo paria que sub istis tribus existunt ramos ex se magnos mittunt: qui ad crura descendentes. usque ad pedum extremitates perueniunt. Vicesimi autẽ quinti paris nerui sunt primi qui a primo trium ossium alabauis egrediuntur. A secundo autem osse horum trium parium secundum exit: atque a tercio tercium procedit. Hec autem tria paria omnia neruis miscentur: qui ab inferiorib' dorsi egrediuntur: quorum magna pars ad pedes descendit. Sed tria paria simul cum neruo pari carente ab ossibus alohosos exeuntia: ad uirile membrum: et ad musculos ani: et ad uesicam: et ad alia loca inferiora his protenduntur.

Capitulum. de uenis.

Vene oẽs a gibbosa epatis pte oriunt Epar eni interius cõcauũ ẽ exterius gibbosum. Super gibbosam uero ipsius partem: quedam magna oritur uena. Que quidem cum parum elongata fuerit: i duas

neri in spondilium dorsi

Molū

diuiditur partes. Quarum una que maior est: ad inferiores corporis partes deriuat. ut omnia mēbra ibi reperta: ipsa imbibat. Secunda uero ad superiorum corporis mē brorum imbibitionē superius uadit. Que usq; adeo sursum tendit. quousq; diafrag mati continuetur: ubi ipsa in duas diuidit uenas. que per diafragma ut nutriant ip sum disgregantur. Que postea perforant diafragma. Post cuius perforationem: uene subtiles ab eis disgregate: panniculo qui pectus in duas diuidit partes: & cor dis casule atq; glandule que a medicis uo catur molum continuantur. & per predicta sparguntur membra: quorum formas in se quentibus demonstrabo. Postea uero qui dam magnus ab eis separatur ramus: qui uni duarum cordis auricularum dextre .s. continuatur: & in tres diuiditur partes. Quarum una dextram cordis ingreditur cō cauitatem: que etiā alia maior existit. Se cunda uero ea que exterius sunt in cordis superficie: circuit & per ipsum totum parti tur. Tertia autem inferioribus pectoris partibus coniungitur: & membra que ibi sunt nutrit. Que postquam pertransierit cor. in rectitudinem porrigitur: quousq; ad furculas pectoris perueniat. In hoc aūt iti nere: ramusculi ab ea subtiles in unāquam que duarum segregantur partium dextror sum & sinistrorsum: que membra que in eorū locantur rectitudinem uel circa ipsos imbi bunt. Exterius etiam a se ramos emittit qui musculos exterius in predictorum mē brorum rectitudine que interius sunt reper tos humectant: que cum i rectitudine assel le fuerit: ramus quidam magnus exterius ab ea egreditur: qui ad manum que est ex parte asselle illius protenditur: qui basili ca nuncupatur. Hec autem cum in rectitu dine fuerit medietatis que inter duas exi stit furculas que lube uocantur. in duas di uidit ptes. Quarū una ad dextram partem alia uero ad sinistram tendit. Harum aūt unaqueq; in duas iterū diuiditur partes. Quarum una humero supposita ad manum a parte siluestri tēdit: & uocatur cephalica. Alia uero utrinq; in duas diuidit partes. Quarum una per interiores colli ascendit

basilico

Cephalico

partes: quousq; craneum ingreditur: et par tes membrorum cerebri & suorum pānicu lorum ibidem repertas imbibit. Et i trā situ eius per collum usq; quo ad cerebrum ingrediatur: rami ab ea subtiles diuidunt. qui membra in collo occulta humectant. Hec autem uena: guidez occulta uocatur. Alia autem manifesta ascendit quousq; p fa ciem: & caput: & oculos: & nares diuidatur: et membra hec omnia nutriat: que etiā gui dez manifesta uocatur. A uena uero hume rali dum per cubitum transit: rami quidam subtiles separantur: a quibus ea que in ad iutorio exterius sunt manifesta imbibunt. Simili quoq; modo ab assellata segregant uena rami subtiles. qui occultas adiutorij carnes nutriant. Et cum humeralis uena & assellata prope cubiti iuncturam ueniūt. due ab eis separantur partes. una .s. ab as sellata & alia ab humerali: & coniunctim de scendunt quousq; una ex eis fiat uena: que purpurea uocatur. Alia uero humeralis uene pars: protenditur per manifestas ad iutorij partes: & super focile altum transit: et uocatur hec funis brachij. Assellate uō pars altera que est inferioris loci: per par tem brachij que est in profundo trāsit: que usq; ad eo protenditur: quousq; ad caput i ferioris focilis perueniat: & fit ex uno suo rum ramorum uena: que est inter medium et auricularē: que saluatela uocat. Pars autem que ad corporis inferiora descēdit: super dorsi spondiles transit. que descendē do: inferius porrigitur: a qua rami egrediū tur: qui ad renum fascias & suorum panni culorum & ad membra que his circumpo nuntur tendunt: & ea nutriunt. A qua po stea duo magni separantur rami: qui renum ingrediuntur concauitates: post quos duo alij reperiuntur: qui ad testiculos uadunt: deinceps etiam ab eadem in directo cuius que spondilis: duo alij separantur rami: qui ad utraque procedentes latera: mem bra que circa ipsa sunt: que uel occulta sunt: ut matrix: uel uesica: uel manife sta sicut uenter et ilia humectant. Que cum ad ultimam peruenerint spondilem: in duas separant partes: quarū una ad dex trum pedē: & alia ad sinistrū tēdit: & ab his

guidez occulto

manifesto

purpurea

funis brachij

saluatello

segregantur partes que coxarum nutriunt musculos: quarum quedam sunt occulte: a quibus occulti nutriuntur musculi: quedã manifeste: que manifestos humectant musculos. que iterum cum ad genu peruenerit: in tres diuiditur partes: quarum una per medium transit: cuius rami omnes cruris nutriunt musculos: qui interius ⁊ exterius reperiuntur. alia uero ad partem cruris domesticam tendit: que usqz ad eo talis incedit: donec super cauillam interiorem apparere incipiat: ⁊ tunc ex ea fit uena: que saphena uocatur pars ꝟo tertia: ad partẽ cruris siluestrem tendit: que similiter occultatur: quousqz ad cauillam perueniat exteriorem: que etiam uena dicitur sciatica. Ab unaquaqz autem istarum cum ad pedem puenerit: separantur partes que per pedem segregantur: quarum ille que in partibus digitorum minimi .s. ⁊ secundi ab eo reperiũtur: uene sciatice partes sunt. Que uero i partibus reperiuntur pollicis uene saphene sunt partes.

Capitulum de artarijs.

Artarie omnes a corde procedentes ab eius sinistra oriuntur concauitate. Ab hac aũt due exeunt artarie: quarum una que minor est. una tantum uelatur tunica. que etiam aliarum artariarum duabus tunicis gracilior existit. Hec quoqz in uene essentiam transiens: pulmonem ingreditur et per ipsum partitur. Ab alia uero que multo maior est: in sua prima egressione duo separantur rami: quorum unus qui minor est: ad dextram cordis tendit concauitatem. Alter uero ad ea que circumquaqz in cordis consistunt superficie transmittitur. deinde ingreditur ipsum. ⁊ in ipso spargitur. Huius autem artarie pars que post duorum ramorum predictorum separationem ab ea remansit: in duas separatur partes: quarum una quidem ad inferiores corporis descendit partes. Altera uero superiora petit corporis. Hec autem pars superiora petens: in ramos dispartitur ad utraqz tendẽtes latera: qui membris in ipsorum ramorum rectitudine existentibus cõtinuantur: ut calorem eis tribuant naturalem. Hi aũt rami tamdiu sic protendũtur: donec i directo asselle existant: ubi a predicta artaria unus egreditur ramus: qui una cum uena assellata ad manum uadit: ⁊ per ipsam diuiditur: quemadmodum uenã diuidi diximus. Ab hoc autem ramo: separantur rami: ad occultos ⁊ manifestos adiutorij musculos tendẽtes. Ipse tamen semper coopertus est et occultus: usqz quo ad cubitũ peruenit: ubi i multis corporibus ipsius apparet pulsus. Ipse quoqz tãdiu sub uena uadit assellata ei cõiunctus: donec sub cubito parum descẽdit. Dehinc uero interius penetrat magis ⁊ dilatatur: ⁊ separantur ab eo rami admodum capillorum subtiles: qui brachij cõtinuantur musculis: quod tãdiu fit donec magnam pertrãseat brachij partẽ. Post hec uero i duas diuiditur partes: quarum una superius trãsiens focile: ad rascetam uadit: ⁊ hec est artaria quã medici tangunt. Altera similiter eius pars per focile transiens inferius ad rascetã tendit que ẽ minor artaria. He aũt utreqz per nolã partiuntur: quarum pulsus in dorso manus qñqz apparet. Hec uero artaria quã corporis superiora petere diximus: cũ ad locũ qui duarum medius ẽ furcularum uenerit in duas separatur partes: quarum una queqz in duas similiter distribuitur partes. Quarum una guidem uicinatur occulte: ⁊ tamdiu ascẽdit: donec craneũ ingrediatur. In hoc aũt sui itineris ascẽsu: rami ab ea separantur: qui mẽbris occultis ibi existentibus cõtinuantur: sicut in uenarum diximus tractatu. Sed cum craneum ingressa fuerit: mirabiliter ibi diuiditur: ⁊ fit ex ea illud: quod rete sup cerebrũ expãsum uocatur. Quod ẽ corpus multis simile retibus: quorum unũ alij supponitur. Post huius uero retis diuisionẽ: adunantur ⁊ exeunt a predicto rete due artarie eque magne ut erant ante quã in predictũ diuiderent rete: que tunc substantiã ingrediuntur cerebri: ⁊ p ipsum separantur. Alia aũt duarum istarum pars: que etiam minor ẽ: superius ad faciei ⁊ capitis superficiem tendit: ubi per membra diuiditur manifesta: sicut guidem manifesta. Cuius quidem pulsus aliquando post aurem apparet ⁊ in tempore. Pulsus autem qui iuxta guidem apparet: non est huius artarie pulsus: sed est maioris partis que guidem cõtinuatur occulte. Et he due artarie: litbargice uocantur. Pars autem aliarum duarum cordis artariarum: ad inferiores corporis descendẽs partes: super dorsi spõdiles

posita:descendit inferius:a qua iuxta unā quamque spondilem quidam separantur rami:quorum quidā dextrorsum tendentes:et alij sinistrorsum:membris que in eorum locā tur rectitudine:cōtinuantur. Primus aūt ramus ab ea egrediens:est ille qui ad pulmonē uadit:post quē sunt alij qui ad musculos inter costas existentes tendunt. Post istos aūt sunt alij rami ad diafragma procedentes. Quos alij sequuntur: qui ad stomachum et epar:et splenē:et omentū siue reticulū:et intestina:et renes:et matricē:et testiculos:et uesicā:et ad uirgā diriguntur. Quorum ēt quidā ad eos protēduntur: donec exterioribus musculis qui in horum reperiūtur locorum rectitudinē:cōtinuentur. Et cum omnes isti rami ad ultimā uenerint spondile: in duas separantur partes:ad pedes descēdentes:que eodē modo quo et uene diuidūtur:et nihil inter aliud:nisi qd arterie p mēbrorum profunditatē uadūt:quorum pulsus i inguinibus:et sub cauilla interius et exterius: et in pedis dorso prope magnam cordam apparet.

Capitulum de figura cerebri. 7

Cerebrum uō est solidum sed quasdam habet cōcauitates que ipsius dicuntur uētriculi. Et sunt fm Gali.quatuor. Inter quos ēt quidam reperiuntur transitus: quibus ab uno in alium peruenire possit: quorum duo in anteriori cerebri parte statuuntur:et unus i medio. alius aūt in occipitio sistitur: quorum hec e figura.

Uerum apud istos transitus:quedā reperiuntur partes:aptas habentes figuras: ad hoc ut aperiat eos aliqñ.et aliquando claudat. Duo quoque habet additamēta:a duobus anterioribus uentriculis exorta: que mamillarum capitibus similia:ad os qd assimilatur colatorio tendunt: quibus sensus qui dicitur odoratus perficitur. Hoc uero os multis perforatum foraminibus: non equalibus in loco cranei ubi nares figuntur positum est. Cerebrum quoque preter supradicta duos habet panniculos: quorum unus grossus est:alter subtilis. Subtilis uero cerebro multum uicinatur et in quibusdam locis ei miscetur. Grossus autem craneo adheret:qui etiam in quibusdam locis cerebro fit multum uicinus:et in duobus locis multis perforatus est foraminibus: quorum unus est iuxta foramen ubi nares craneo iunguntur: prope os quod colatorium nominatur:et alius est iuxta os perforatum qd est in palato. Per primum uo os qd superiori narium extremitati coniungitur: anteriorum uētriculorum superfluitates ad nares descendūt. Per fm aūt os qd ē in palato:medij uētriculi superfluitates et posterioris ad os effluunt. Harum autem superfluitatum expulsione:cerebrū a multis malis egritudinibus illesum conseruat. Sub cerebro quoque et sub eius panniculo grosso est textura reti similis que ex artarijs caput ascendentibus generatur. A qua due ut iam diximus i tractatu arteriarum arterie exeunt:que pāniculū intrantes grossum cerebro continuantur. De ortu aūt neruorum a cerebro procedentium sufficienter i neruorum tractatu diximus.

Capitulum de figura oculi. 8

Oculus ex septem tunicis et tribus cōponi inuenitur humoribus. Cuius quidē cōpositionis modū nūc dicturi sum⁹. Neruus namque cōcauus qui a cerebro primus egreditur:ad sinū oculi tendens: craneum egreditur. Hic aūt in suo exitu duobus cerebri uelatur pāniculis:qui craneum egrediens ad sinū ocularis peruenit ossis: ibique ab eo grossus separatur pāniculus:q in uestimentū et totius superficiei ocularis ossis transit panniculum. Hic autem panniculus a chirurgicis tunica uocatur sclirotica. Subsequenter quoque a predicto neruo panniculus separatur subtilis: qui sub sclirotica in aliud transit uestimentum qd secundina uocatur: eo quod secundine mulierum similis existit. Dilatatur preterea neruus ipse:et sub predictis duobus fit ex eo panniculus quidam qui retina uocatur tunica. In huius autem tunice medio. quoddam preterea molle generatur corp⁹ humidum:quod in colore uitro assimilatū: uitreus appellatur humor. In cuius similiter medio aliud procreatur corpus cum rotunditate quadam participans latitudine.quod quia in sua radiatione grandini simile est: grandineus uocatur humor. Cuius medietas predicto uitreo circundatur humore: alia autem ipsius medietas: quadam circundatur tunica. que multum luminosa cum aranei tele fit similata

Tunica sclirotica
secūdina
retina
Uitreus humor
hu. grandineus

aranea nominatur tela. Sup hac aut quoddam liquidu locatur corpus: qd qa albugini oui assimilatur: albugineus dictus e humor: cui corpus superponitur subtile: interius uide licet a parte humoris albuginei rugosum: exterius uero tensum: cuius quide color in corporibus diuersificatur. Aliqn enim e multu niger: qnqz minus: qnqz et est uari?. In huius aut medio. in loco. s. ubi grandineo opponitur humori: est foramen: qd qnqz di latatur: qnqz costringitur: prout grandineo humori causa luminis necessarium fuerit: Constringitur enim cu lumen e multu: et dila tatur cu e in obscuro. Hoc aut forame: est pupilla. Predictus uero panicul?: uuea nominatur tunica. Huic uero tunice aliud quodda superponit corpus eam cooperies: spissum: duru: luminiqz peruium albi cornu frustrulo simile: qd cornea nominat tunica: que secundu tunice sibi supposite colore: co loratur que uuea nominat: quemadmodu cum uitro in anulo incluso aliquid supponi tur a quo colore suscipit. et super istud sic ue stitum: no tame super totu: sed usqz ad nigre dinem oculi pertingens: aliud locat corp? qd est duruz et albi coloris: et coniunctiua uo catur tunica: que est id qd in oculo albu ap paret. Tunica aut ista ex cute que exteri? superponitur craneo: nascitur. Cornea ue ro a sclirotica oritur tunica. Uuea aut na scitur a secundina. Et aranea tela. ex reti na procreatur.

Capitulum de figura narium. 9

Narium foramina ascendedo i duas se parantur partes. Quor unu iterius ad oris tendit extremitate aliud uero supe rius usqz ad os qd assimilat colatorio pori gitur. Quod aut duo cerebri additameta mamillar similia additamentis positu e: p hunc transitum fit odoratus. Sed per pri mum forame qd oris coiungitur extremita ti solita aeris puenit attractio: non illa que qnqz solet fieri ore.

Capitulu de forma bucini auris. 10

Auris forame in osse duro qd uocatur petrosum inuenitur. Hoc aut os ual de tortuosuz e: et multas habet reuolutioes Et taliter protendit usqz ad neruu quiti pa ris quod a cerebro exoritur: per quem fit auditus.

Capitulum de figura lingue. 11

Lingua aut e caro mollis et alba: que multis paruis circundat uenis in qui bus existit sanguis. Quamobre eius color in rubru mutatur. Sub parte uero eius in feriori: uene sunt et arterie multe: et nerui multi: quor omniu magnitudo lingue supe rat mensura. Sunt et sub ea orificia duo a quibus egreditur saliua: que usqz ad carne grandulosam et molle prope lingue radicem posita protenduntur. Hec aut caro saliuaz generas nominat: et duo similiter predicta orificia: saliuam emittentia uocatur. Per ipsa enim duo humor naturalis i lingua et in eis que sunt circa ipsam remanet.

Capitulu de formis gutturis et oris. 12

Oris extremitas ad duo tedit forami na. Quor unu quide qd anterius lo cat: trachea e arteria: qd a chirurgicis pul monis dicit canalis. Alter uero posteri? ad parte colli super eius uidelicet spodiles positu: meri uocat: p quod cibus trasit et po tus. Per trachea uero arteria no transit nisi aer qui attrahitur et emittitur p anheli tum. Cui coopertoriu ipsi connexu factuz e qd eam cu cib? traijcit cooperit. Quod ideo factum est: ne aliquid eorum que traij ciuntr ipsam ingrediatur. Nam cum ip sam aliquid igreditur: homini estuatio acci dit: et nociua dispo similis disponi que acci dit alicui cu in naribus aliquid ponit: usqz quo sternutatio incipiat. Eode quoqz mo do estuat pulmo: et fit i eo tussis fortis: quo usqz illud qd in trachea e arteria: proiectu fuerit. Ista aut membror dispo: ualde bene facta e. Et qa p hoc forame ad pulmonez fit trasitus. cuqz pulmo nutricationis istru mentum no sit: sed attrahendi aere. nec infe rius pforat?: unde si i ipsuz aliqd caderet: aeris attractio angustaretur: necesse fuit ut custodiretur. Fuit itaqz satis cogrue pmu nitu: ne istud accidere posset nisi raro. Ad tuc. s. accidit cu homo aut tussit: aut cla mat: aut loquitur: et traijcit cibum: et si mul attrahit aerem. Quod cum accidit: non quiescit tussiendo: donec totum illud expellatur. In hoc quoqz loco: uocis in strumentum factum fuit. Uox enim ex ae re generat attracto: qui e eius materia. In hoc itaqz loco: instrumeta ad uocis genera tione apta facta fuerunt: non ad unius so lum uocis generationem: sed ad omnes

eius generandos modos. Quorum unum est instrumentum qd epiglotis uocatur:que ex tribus taliter componitur cartilaginib⁹ ut ad uocis generationem sit apta. Aliud uero est corpus quoddam qd lingue assimi latur fistule:qd omnibus alijs uocis instru mentis nobilius existit. Alia autem sunt musculi multi ad generandos motus apti: qui in hoc loco sunt necessarij:pro quoꝝ di uersitate figurarum:diuersi uocis proueni unt modi. Omnia autem membra hec:sci licet trachea arteria:⁊ canales pulmonis: et totus etiã pulmo:pectus quoqȝ totũ cuȝ omnibus suis musculis suisqȝ pãniculis :et diafragma:propter aeris attractionem fa cta sunt. Postea uero ab attractiõe aeris per epiglotum:⁊ corpus lingue fistule assi milatum:peruenit uox. Post hec auteȝ to ni:⁊ loquela auxilio lingue:⁊ labiorum: et dentium:⁊ omnium eorum que sunt in ore perficiuntur.

Capitulũ de figura pectoris ⁊ pulmõis. 13

c Oncauitas totius uentris que a fur culis usqȝ ad duo ancarum ossa inue nitur:in duas magnas separatur partes: quarum una que superior est:pulmonem cõ tinet ⁊ cor. Altera uero que est inferior: stomachum continet:⁊ intestina:⁊ epar: et splenem:⁊ fel:⁊ renes:⁊ uesicã:⁊ matricẽ. Has autem concauitates:quoddaȝ separat corpus qd diafragma nuncupatur. Dia fragma quidem incipit a capite toracis:et ex tranuerso tendit inferius:ad utrunqȝ la tus:donec duodecime spondili continuaƭ dorsi:separans ea que supra ipsum sunt:ab his que sunt sub ipso. Superior quoqȝ cõ cauitas in duas iteruȝ distribuitur partes: quas alius panniculus distinguit diafrag mati similis:tendens per medium eorum: quousqȝ dorsi continuaƭ spondilibus. Et fit harum trium concauitatuȝ figura talis. Tota ꝟo supior concauitas pect⁹ uocatur:cuius superior terminus sunt fur cule:inferior uero diafragma uentreȝ in la titudinem diuidens. Et hec quã dixim⁹: est pectoris figura. Pulmonis autem canalis ab oris ut diximus extremitate in cipit. Qui cum ad locum qui est sub furcu lis peruenit:i duas diuidiƭ partes. Qua rum una queqȝ iterum in multas separatur partes:inter quas caro que est in pulmone texitur ⁊ solidatur. Et ex istis canalibus qui sic diuiduntur:⁊ ex uenis etiam que ad eas ueniunt necnon ex carne que eas cir cundat:corpus generatur pulmonis. Cu ius una medietas in concauitate pectoris dextra:altera uero in sinistra locaƭ. Arte ra aũt trachea:ex cartilaginibus duas imp fecti circuli habẽtibus partes cõponitur: quaꝝ extremitates pãnicul⁹ mollis ƒȝ rectã incedens lineam cõtinuat:ut in hac appa ret figura. Int istos ꝟo anulos:mol les continuantur paniculi: ipsi uero anuli duri sunt ⁊ cartilaginosi. Pars autẽ anu lorum gibbosa exterius in parte corporis manifesta ponitur:que etiã manu tangi po test. Panniculus uero ƒm rectam lineam incedens :meri coniungitur. Quod si tu imaginatus fueris duas cannulas parum longas:ex una quaꝝ tertiam scindendo au feras partem:⁊ postea scissure locuȝ perga meno claudas:cui in longitudine cannam aliam integram adijcias:perficietur uisio: qua trachee arterie ⁊ meri cõiuncti omnis forma intelligi potest. Tota autem supe rior concauitas nõ ob aliud est:nisi ut aer attrahatur. Pectus enim cum dilatatur: dilatatur ⁊ pulmo. Et cum pulmo dilata tur:exteriorem attrahit aerẽ:⁊ fit una dua ruȝ partiũ anhelitus:que ẽ aeris attractio. Postea uero constringitur pectus cuȝ quo cõstringitur ⁊ pulmo:⁊ fit cõstrictione ei⁹ aeris expulsio:que est anhelitus pars secũ da. Exterioris autem aeris attractio: et ipsius expulsio:ad cordis euentationẽ fuit necessaria. Pars enim attracti aeris per foramina que inter pulmonẽ ⁊ cor existũt: ad cor uadit:qui cum calefactus fuerit: ne cesse est expelli ⁊ mutari:ideoqȝ pectus cõ stringit ⁊ pulmonem:qui constrictus aereȝ expellit. Iterumqȝ dilatatur pectus: ⁊ di latat pulmonem:qui dilatatus:alium attra hit aerem: quemadmodum fit in follibus quibus euentatur ignis: qui cum dilatan tur:aere implentur:⁊ cum constringuntur ab aere euacuantur. Ideoqȝ pectus in longitudine in duas diuisum fuit concaui tates:⁊ in una quaqȝ earum:pulmonis me dietas locata fuit:ut anhelitus duo habe ret instrumenta: quatenus si uni aliquod malum contingeret accidens :cum alio ad id qd necesse ẽ tẽperari posset: qd similiter

in oculis factum fuit. Actio enim hec sed anhelitus p sue mobilitatis uehementiã:et uehementiam necessitatis ipsius :ut uita p duret:ut multum conseruaretur necessariuʒ fuit. Quod pro certo benefactum fuit. Pectori enĩʒ sepe accidit percussio:ex qua una eius perforatur concauitas:sed cũ alia ad anhelitum perficiendum:secundum qd ei necessarium est temperatur. Duo uero eius latera si fuerint perforata:animal nõ diutius uiuere poterit:quam illud qd suffo catur. Sed quia trachea arteria a par te oculta meri adiuncta fuit:qd est foramẽ per qd cibus transit ꝛ potus:ideo pannicu lus mollis apte predicti meri positus fuit: ut cum meri eam propter nimiam cõpresse rit replectionem:cedat ei:ꝛ nõ angustetur meri. Et nisi uellemus huius libri mensu ram conseruare:in istorum membrorũʒ for mis:ꝛ in ipsorum iuuamentis:uerba ampli ficaremus. Quod deuitantes summã com prehendendo:uerborũʒ breuitati insistim᷑ inquantum possimus.

Capitulum de figura cordis. 14

C Or in figura sua pinee assimilatur. Cuius quidem caput tornatile:quod quodammodo acutum est:ad inferiora cor poris tendit. Eius uero radix superius ẽ. Cor autem casulam habet:que ex spisso cõ stat pãniculo ipsum circundante. Hec aũt non totaliter:sed tantum prope suam radi cem ei continuatur. Cor autem in medio pectoris positum est. Cuius quideʒ caput tornatile:ad sinistram parum declinat par teʒ. A qua magna tantũ exoritur arteria. Unde etiam pulsus in sinistra magis appa ret parte. Duos preterea magnos ẽt ha bet uentriculos:quoꝝ unus in dextro est la tere:alter in sinistro. Inuenitur ẽt iuxta ori ginẽ uel radicẽ suã quiddaʒ qd cartilagini assimilatur:qd quasi toti᷑ cordis est basis. Inter dextrũ aũt uentriculum ac sinistrum: quedam repperiuntur foramina: Hoꝝ aũt uentriculorum dexter:duo habet orificia. Quorum unum est:p qd uene que oriuntur ab epate:ingrediuntur:ꝛ p qd sanguis ad dextrum cordis transit uẽtriculũ. Super quod ẽt os:tres panniculi existunt: quoꝛũʒ incessus de foris incipiens:interius cõple tur. Quod ideo fuit:ut reflectãtur ad illud qd ingreditur. Alterum uero os ẽt est os uene:que ab hoc uentriculo:pulmoni conti nuatur:que ẽt cũ sit uena ꝛ non arteria iue tamẽ tunice grosse sunt ꝛ spisse. Quãobrẽ ab anathomicis uena uocatur arteriata. Arteriarum enim tunice grosiores sunt et duriores ꝛ spissiores tunicis uenarum. Quod ideo sic esse debuit:quia arterie assi due mouentur:quãdiu homo uiuit: ex quo motu si contingeret eas rumpi:mai᷑ seque retur nocumentũ quã ex uenarũ ruptura. Sup hoc aũt os a quo predicta ꝓcedit ue na:pãniculi tres locantur: quoꝝ icessus ab interiori incipiẽs:foris fruitur: ad hoc ut redeãt ꝛ reflectãtur ad id qd a corde egre ditur. Uẽtriculus inde sinister: duo hẽt orificia. Quoꝝ unum:est os magne arterie a qua totius corporis oriunt᷑ arterie. Sup hoc quoqʒ os:tres pãniculi reperiunt᷑:quo rum incessus ab iferioribus incipiẽs: foris finitur:ad hoc ut redeãt ꝛ reflectãtur ad id qd a corde egreditur de spiritu ꝛ sanguie. Aliud uero ẽ os uene que ad pulmonẽ ten dit:ꝛ in quo aeris ẽ penetratio per quod a pulmone aer ad cor transmittit᷑:super qd ẽt duo reperiunt᷑ panniculi: quoꝝ incessus de foris incipiẽs:iterius cõpletur: ad hoc sed ut apiantur ꝛ apti fiãt ut aer p eos ad cor intrare possit. Duoqʒ preterea hẽt addita menta auriculis similia: quoꝝ unũ ẽ dextrũ aliud sinistrũ. Pulmo quoqʒ cor ẽ coope riens:prohibẽs ne ossa pectoris anteriora ipsum tangant.

Capitulum.de figuris meri ꝛ stõi. 15

I N precedentib᷑ iam ẽ ostensuʒ i oris extremitate duos ẽẽ meatus. Quo rũ unus ut aer ad pulmonẽ trahat᷑ factus ẽ qui ẽt trachea ẽ arteria. Alĩ uero ut come sta ꝛ bibita:p ipsum ad stomachũ transeãt: qui ẽ meri. Meatus aũt hic qui meri uo cat᷑:sup colli spõdiles retro positus ẽ. Qui iferius descendẽdo uadit donec pforat dia fragma:semp existẽs ligatus cũ spondilib᷑ pãniculis quibusdã. Qui postquam perfo rauerit diafragma dilatatur: ꝛ generat᷑ ex eo membrum qd uocat᷑ stomachus:qui etiã post predictã pforationeʒ diafragmatis:in partẽ parump inclinatur sinistram. Unde os stomachi ad sinistram partem inclina tum reperitur. Ipsius uõ fundus: ad dex tram inclinatur partem. Quod si tu im maginatus fueris cucurbitam rotundam

longi colli superius: cui ab inferioribus aliud continuetur collum erit sicut uideres stomachi ⁊ meri figuraꝫ. Stomachꝰ prete rea a parte que est i parte dorsi: est aliquã tulum latus. Cuius unũ caput quod est su perius: est meri: alteruꝫ uero qd est inferiꝰ pricipium est intestinorum. Et est ligatus cum spondilibus ⁊ alijs uisceribus ligamẽ tis firmis: que ea firmiter tenent. Firmitu do autem ligationis ⁊ sustentationis omni um interiorum: est prout eorum expetit no bilitas: ⁊ eis necessarium fuit: ⁊ timor sup ea ad ultimuꝫ prout eorũ misertus est deꝰ. Meatus autem stomachi qui est iferius: portonariuꝫ uocatur. Qui postquam cibꝰ in stomacho adunatus fuerit: cõtrahitur ⁊ clauditur in tantũ qd nihil ab eo etiã aque egredi potest: donec digestio compleatur uel cibus corrumpatur: deide aperitur do nec quod in stomacho ẽ: ad itestina currat. Et locus quidem hic ut predictum est. or tus itestinorum pricipium est. Stomachi quoqꝫ corpus: ex tribus componitur tuni cis: quarum una uillos suos in longitudine habet transeuntes. Alia uero eos habet i latitudinem tendẽtes. Tertia uero habet eos obliqꝫ ex transuerso transeuntes: quoꝝ iuuamenta: longũ est p singula narrare.

Capitulum de figura intestinorum. 16

Intestina ex duebus tunicis compo ni reperiuntur. Super interiorem ue ro tunicam: uiscositas quedam adherẽs re peritur: sicut stagnatio. Intestina uero om nia sex tantum sunt. Quoꝝ tria superiora sunt gracilia: ⁊ alia tria que sunt inferiora sunt crossa. Gracilium autem primuꝫ est in testinũ qd inferiori ori stomachi cõtinuari inuenitur: qd etiam duodenum nominatur: hoc autem aliud sequitur intestinum: qd uo catur ieiunũ. Que duo itestina erecta stãt: ⁊ in longitudinẽ extendũtur corporis. Ori ficia tamen per que epati uehitur nutrimẽ tum: plura in isto sunt intestino .s. ieiuno: quam in alijs: que in epatis tractatu nomi nabuntur. Predictuꝫ uero intestinũ sequi tur quoddam aliud: quod inuolutum uoca tur: qd multis inuolui inuolutionibus inue nitur. Horum autem trium intestinorũ am plitudo portonarij amplitudini i magnitu dine reperiẽ equari. Post hoc uero aliud sequitur intestinum: qd monoculũ uocatur. Hoc autem est intestinum amplum unũ tm̃ habens foramen: ac si esset saccus: uel mar supium. Habet quoqꝫ os unuꝫ per quod il lud qd hora una igreditur: alia egreditur hora: quod etiam in dextro locatur latere. Post istud autem: continuo sequitur intesti num quod colon uocatur: cuius quidem pri cipium in dextro existit latere: sed ipsum p latitudinẽ uentris usqꝫ ad latus sinistrum porrigiẽ. Post hoc aũt: rectũ sequitur ite stinũ: i quo cũ amplam hẽat concauitatẽ: col ligitur stercus: quemadmodũ in uesica adu natur urina. Huius aũt itestini extremitas anus ẽ: sup quẽ ẽ musculꝰ ꝓhibẽs exire ster cus: donec desideriũ adsit qd ipsum soluat.

Capitulum de figura epatis. 17

Epar in dextro latere positum sub co stis superioribus que sunt posterius locatur. Cuius quidẽ figura ẽ lunaris: qd i teriꝰ a parte stomachi cõcauũ cernitur. Ha bet preterea additamẽta quedã: que quãdo qꝫ quatuor quãdoqꝫ quinqꝫ inueniũtur: qd etiam dextrũ latus stomachi cõplectitur. A parte aũt diafragmatis inuenitur eius gib bositas: ⁊ est ligatum ligamentis que conti nuant epar panniculo qui est super ipsum. Ex huiꝰ aũt cõcauitate canalis quedã nasci tur que porta uocatur epatis: cuius figura: uene tenet similitudinẽ: sanguinẽ uero non retinet. Hec aũt canalis in multas separaẽ partes: quarũ una queqꝫ iterum tamdiu in multas separatur partes: quousqꝫ diuisiões recipiat infinitas. Quarum multe diuisio nes ad inferiora tendunt stomachi: ⁊ multe istarum ad duodenum. ⁊ diuisiones multe ad ieiunum uadunt: ⁊ sic etiam ad alia pro tenduntur intestina: donec ad intestinũ per ueniunt rectum. Et ista quidem sunt orifi cia que nominauimus: per que nutrimentũ epati attrahitur: que in suo transitu non ces sat ire donec ex strictiori ad locum amplio rem: donec aggregetur i canali que est epa tis porta. Predictus autẽ canalis in inte riori epatis parte: in partes ad modum ca pillorum subtiles diuiditur: in quibus nu trimentum qd fuit tractum ad epar dispar titur: ⁊ a carne epatis tamdiu coquitur: do nec sanguis fiat. A gibbo uero epatis que dam magna exoritur uena: a qua omnes to tiꝰ corporis uene originẽ sumũt: quẽadmo dũ i uenarũ diximꝰ anathomia. Huiꝰ quoqꝫ

uene radix in partes admodum capillorũ subtiles segregantur: que partibus a foramine qd uocatur porta segregatis coniungũtur. Et sic fit ut sanguis a diuisionibus porte ascẽdẽs ad partes uene que a gibbo oritur transeat: qui postquam in partibus a gibbo uenientibus fuerit: tamdiu de graciliori parte ad ampliorem trãseundo eleuatur: donec tot⁹ sanguis in uena que de gibbo egreditur epatis congregetur.

Capitulũ de figura splenis. 18

S Plen secundum suam figuram long⁹ est. Qui in sinistra positus parte quibusdam nectitur ligamentis: que panniculo qui est super eum continuantur. Et ab una pte adheret stomacho: ab altera uero costis dorsi continuatur. A quo duo exoriũtur pori: quorum unus ad os stomachi: alter ad epatis tendit concauitatem.

Capitulum de figura fellis. 19

F El super epar locatum: duos similiter habet poros. Quorum unus ad epatis uadit concauitatẽ: alter uero in partes separatur que ad superiora tendũt intestina et ad fundum stomaci.

Capitulum de figura renum. 20

R Enes circa epar ab utraqz parte spõdilium dorsi positi sunt. Quorum dexter altiorem tenet locum. Unusquisqz autẽ eorum duo habet colla: quorum unum a latere in quo est: ad magnam que est in gibbo epatis uenam tẽdit. Alterum uero inferius descendit: donec uesice mirabiliter continuetur. Ista autem que ad uesicam descendunt: pori uritides sunt: et uocantur emunctoria.

Capitulum de figura uesice. 21

U Esica urine est uas: et ipsius receptaculum que inter femur locata et anuz ex duabus componitur tunicis. Super os uero eius: quidam sunt musculi qui ipsum constringunt: et prohibent ne urina a uesica inuoluntarie egrediatur: donec uolũtas eam dimittat. Ad uesicam uero a renibus per duo colla profluit urina que emunctoria uocari diximus. Que cum ad uesicam p ueniunt unam perforant tunicarum: et postea inter duas ipsius transeunt tunicas: donec ad collum perueniãt uesice: ubi aliã perforãtia tunicam: ad uesice descendunt concauitatem.

Capitulũ de dicẽdis summis et collectionibus utilitatis istrumẽtorum nutricationis. 22

O S supra sensum tactus qui omnibus membris est communis: gustandi sensum habuit proprium. Quod ideo fuit: ut inter ea que suauitatem et delectationem afferũt: et ea que horribilitatem discernat. Res enim delectationem afferentes: plus alijs nutriunt et proficiũt. Lingua quoque preter magnum iuuamentum qd in loquele formatione tenet: cibum cum masticatur in ore reuoluit: prout est necesse donec equaliter molatur. In quo molendinarum manus similitudinẽ tenet: que ea que molitioni sunt necessaria reuoluit. Dẽtes quoqz tripliciter sunt. Eorum enim quidã sunt ad incidendum apti: de quibus quidã dicuntur duales: et dicuntur incisores alij quadrupli. Alij uero facti sunt ut ad aliqua costringenda apti essent: et ipsi sunt canini. Alij autem ut apti fierent ad molendum: et sunt molares. Est preterea in dentibus quiddam qd mirabili est ascribenduz sapiẽtie dei. s. qd incisores et quadrupli sibi ad inuicem obuiando cum necesse fuerit se tangunt. Quod tunc cõtingit cum aliquid fuerit mordendum uel molendum: quod nullo modo fieri posset: nisi inferior mandibula tamdiu procederet anterius: donec dentes inferiores superioribus obuiare possint ut in rectitudine iungantur. Cum autem cib⁹ masticandus uel molendus fuerit: mandibula inferior ad locum suum redit: et incisores et quadrupli inferiores: interius trahũtur: et superioribus ut prius non occurrũt. Et accidit cum hoc ut molares superiores super inferiores cadãt cum necesse fuerit. Quod tunc accidit cum masticandum fuerit. Impossibile enim erat ut duales et quadrupli superiores suis occurrendo inferioribus iungerẽtur: ita qd molares sibi inuicem obuiarent: qd eis accidit cum aliquid frangitur. Molarium preterea radices: aliorum dentium radicibus plures sunt: quia ipsorum actio multa est et lõga. Molares etiam qui sunt superius: plures habent radices: quia pendent. Maxima quoqz adhibita est cautela ne aliquid eorum que comeduntur: tracheam ingrediatur arteriam: sicut superius fuit ostensum. In hora enim transglutiendi: meri descendit

inferius: ⁊ epiglotis eleuatur superius: ⁊ tunc trachee artarie suum optime adheret coopertorium: ⁊ taliter quod est transglutiē dum super predicti dorsum transit coptorij donec peruenit ad meri. Sed postquaʒ ad stomachū descendit qđ comeditur: stomachus ipsum circundat ⁊ portonarium clauditur. Quod etiam sic manet: donec digestio compleatur. Ipse etiam stomachus a parte dextra ab epate: ⁊ a sinistra a splene anterius uero a girbo: ⁊ posterius a carnibus dorsi circundat. Que omnia idcirco sunt circumposita: ut calor retineatur: ⁊ ut ipsum stomachuʒ multum calefaciant.

Cibus autē in stomacho taliter morās tam diu digerit: donec suco assimiletur: qui per predicta orificia que ad epar tendunt: ad epar transire fit aptus. Que ideo multa fuerunt: quia si unum tantū esset: ⁊ ad unum solum iret locum: deficeret ei quod ex cibo descendit a loco: ⁊ egrederetur perditum unde magnum sequeretur nocumentum. Quamobrem predicta orificia multa fuerunt: que maiori concauitatum intestinorū parti continuantur: ut qđ per unum de predictis orificijs preterierit: ab alio trahatur. In intestinis quoqʒ fuerunt multe reuolutiones: ut quod comeditur tādiu teneri possʒ donec tota succositas que est i ipso abstrahatur: ⁊ cibus non cito elabatur. Actio uero hec scilicet attrahendi: i intestino proprie completur: qđ monoculū uocat. Quod enim ab isto egreditur intestino: nihil in se retinet quod ad nutriendū ualeat. Nā putredo multum in eo ꝑualet. Et quia quod ad epar trahitur: ipsius carne tā diu coquitur donec in sanguinem transit. Et necesse fuit ut quod attrahitur tamdiu dispartiatur: donec parua eius quantitas a multa epatis carne circundetur: quatinus eius conuersio uelox sit ⁊ facilis: iō canalis que porta uocat epatis: cui quicquid trahitur ad nutriendum adiungitur: ⁊ in partes minutas in epatis concauitate separatur. Quod similiter factum est: ut qđ attrahitur in sanguinem uelociter ⁊ facile conuertat. Et quia membra nutriri ⁊ augeri absqʒ sanguine mundo ⁊ conueniente non possunt: cum sanguine autem simul due generantur superfluitates: quas non generari tunc impossibile est. eo quod in oībus coctionibus ⁊ digestionibus sic fieri conuenit: quarum una feci assimilatur: altera spume similis inuenitur: necesse fuit ut sanguis ab illis mundaretur. Qua propter factū fuit fel: habēs collum: quod tādiu protenditur donec epatis ingreditur concauitatem: per quod colra trahitur rubra: que simul cum sanguine generatur. Splen quoqʒ creatus fuit: habēs similiter collum ad epar tendens: quo alia attrahitur superfluitas: ex qua colra generatur nigra. Remanet ergo sanguis tūc mūdus nihil in se de colra rubra uel nigra hn̄s nisi quod est necesse: subtilior tñ est: quam necesse sit. Oportet igitur ut aquosa superfluitas que in eo remansit: ab ipso expellat quod tādiu faciendum est: donec grossiciem hēat qua ad carneʒ generandam apt⁹ fiat. Quamobrem facti fuerūt renes ab unoquoque quorum: collum longum protensuʒ fuerit: tendens ad uenam que est in gibbo epatis. A quo loco aquosum qđ est in sanguie ante quam sanguis eleuetur ⁊ ibibat membra: per predictum trahitur collum. Cum uero sanguis a tribus predictis purgatus fuerit superfluitatibus: sua tunc completa erit mundificatio: ⁊ erit apt⁹ nutrire mēbra ⁊ augmentare ea prout eis conueniēs fuerit. Et tu scies magnitudinem iuuamenti quod habetur ex purgatione sanguinis ab istis supfluitatibus: cum accidentia que istius euenerūt instrumentis consideraueris. Fel enim cum collerā nō trahit rubram: sed cum sanguie tādiu dimittit: donec ad membra uadat nutrienda: multe que ex colra rubra fiunt egritudines: accidunt: sicut hytericia: ⁊ pustule rubre parue ⁊ formica ⁊ rubedo que accidit cum pruritu: ⁊ tumore ⁊ febres acute: ⁊ his similia. Splen quoqʒ cum colleram nigram nō trahit: collere nigre egritudines accidunt: sicut hyctericia nigra: ⁊ morphea nigra: ⁊ lētigies: ⁊ lepra ⁊ melancolia: ⁊ his similia. Aquosa uero supfluitas si non transierit ad renes: una duarum specierum ydropisis asclites uidelicet uel yposarca generabitur. Nisi igitur tria predicta forent instrumenta: predicte assidue acciderent egritudines. Quod autem collum fellis ⁊ collum splenis ad epatis concauitatem uenientia: que expellēda erant ab eo trahunt: mirabiliter est actum ac sapienter. A renibus autem ad uenā

que est in gibbo epatis descendentem: duo diriguntur colla: que inde aquosam trahūt superfluitatem. Quod ē propterea qz sanguini fuit necessarium ut ad hunc eleuaret locum in meatibus in subtilitate capillorū minutis: tunc oportuit ut hec aquositas in ipso relinqueretur quatinus sua sublimitas sibi remaneret adiuuans ipsū super uelocitatem ascensionis sue in istis meatibus. Quamobrem instrumentum trahens ipsaz non illic continuatū fuit. sed postquaz ascendit ꝛ in istis subtilibus uijs penetrauit. ꝛ puenit ad uiam amplam. exsecutus est a sua subtilitate. ꝛ indiguit crossitudine sua. ꝛ iunctum est ei illic. Et qn̄ ascendit ad istas uenas sanguis mundus per totum diuiditur corpus ut omia corporis imbibat membra ꝛ suam unicuique deleget particulam: que secundum ipsius quantitatē ipsum iuste cōtingit: quemadmodum in uenarū diximꝰ diuisione. Sanguis aūt qui mēbris sic diuisꝰ est in unoquoqz ipsorū in ipsius conuertitur naturaz: ꝛ sic nutrit ꝛ auget ipsum: si corpꝰ adhuc indiget incremento. Sin autem ea que ab eo sunt dissoluta restaurat. si non minuitur corpus. Si autem iam minui incipit: minus eo restauratur quod dissolutū est Actio autem q̄ꝫ modo diximus finalꝰ existit causa: quare omnibus nutricationis instrumentis indiguit animal. Et ne predicte supfluitates a quibꝰ sanguis purgatur oīo inutiles uiderent: fecit eas deus qui sit benedictus: alijs magnis utiles iuuamentis. Vel enim uno suo collo sanguinem a collera rubra purgat ut predictum est. Alio uero collo ipsam dirigit intestinis: ubi ipsa collera acuitate ꝛ punctione sua: itestina ad stercoris expulsionem cōmoueri facit. Et hec est causa qua corpus a stercore purgatur: ꝛ securatur a stercoris induratione. ꝛ ipsiꝰ retentione. Splen quoqz feculentam trahit supfluitatem: a qua sanguinē purgās cōuertit eam adhuc donec ipsa acetositatē sit adepta ꝛ ponticitatē. Postea uero ori stomachi ex ea aliquid quotidie mādat: ut sua acredine ꝛ ponticitate appetitum ī eo excitet ꝛ cōmoueat: que postea simul cū stercore eijcitur. Renes autē ut predictum est aquosam trahunt superfluitatem sanguinis ꝛ ex parte que eis conuenit in predicta superfluitate reperta nutriuntur. Reliqua uero eius pars p duo foramina que nomiamus ad uesicā transmittit. Vesica uero ampla fuit ut non sit necesse anial continue ad mingendum surgere. Super cuius os musculus quidam positus fuit: q ipsam adeo constringit. ut aliquid ab ea exeat: nisi prius plena fuerit ꝛ estuare incipiat p̄ multitudine urine ꝛ eius acuitate: ꝛ tūc uoluntarie soluatur ꝛ urina extra expellatur. Duorū autem foraminum renum transitus mirabiliter ꝛ sapienter factus est. Vides enim quod cum uesica inflatur. uentus tam̄ non ab ea egreditur: quāuis in ea duo sint foramina per que radius ingreditur: p que ꝛ sanguinis aquositas que ē urina a renibꝰ ad uesicā dilabitur. Quod ideo fit qa duo colla predicta unā uesice perforāt tunicaz: ꝛ perforando inter duas ipsius tunicas trāseunt donec collo adiungantur uesice: ubi etiā aliam perforant tunicā: ideoqz omnia uesice concauitatē intrantia eius interiorez distendunt tunicam ꝛ exteriori approximare faciunt: unde etiā quantomagis implet tantomagis eius tunice cōiungunt. Quā obrem foramen predictum ad eo coarctat ut nihil ex urina postq̄ꝫ in uesica fuerit: retro redire possit. Urina quoqz facile emulgetur: ꝛ non cessat urina emulgendo ad uesicam fluere: donec ab ea grauetur. Que postq̄ꝫ estuationē istam presentit: laxat musculus os uesice constringens: ꝛ constringit uesica ꝛ elabit urina. A stercore autem spisso postq̄ꝫ illud quo aliquid nutriri potest abstractum fuerit: quod relictū fuerit ad rectū mittitur intestinū: quod amplam hēt cōcauitatē: ut quod ibi congregatur ex stercore: colligere ꝛ retinere possit: ne semp ad egerendum surgere sit necesse. Quod postq̄ꝫ ab eo quod ibi retentū est agrauari uel pūgi incipit sentit estuationez istam: ꝛ animal musculū uoluntarie laxat qui ipsum claudebat ꝛ egreditur stercus. Et ad hunc modū nutricationis procedit regimen: ex quo aliquid nutriens ingreditur corpus: donec ipsum corpus ex eo quod ipsum nutrire debet nutriatur ꝛ superfluitas ab eo diuisa expellatur.

De forma mirach uentris. 23

Sub cute qua uenter exterius cooperitur: interius octo inueniuntur musculi quos nominauimus. Post quos in in

siphac

teriozibus est panniculus quidam rugosus qui uocatur siphac : post quem est girbus post girbum uero:sunt intestina. Ruptura uero que in mirach accidit:est quando rumpitur hoc siphac.

De forma testiculozum τ uirge. 24

e X osse femozis quoddam cozp⁹ ligamento simile exozitur multa ampla habens fozamina:sub quo multe ample existunt artarie:supza id quod eius meret mēsura τ uene:cozpus uero pzedictum uirile est membzum. A siphac preterea duo descendunt canales:qui eis que a renibus ad gibbum epatis in suis pzotenduntur fozaminibus in sui natura similes conspiciunt. Ex quibus postea dilatatis interiozes folliculi testiculozum tunice generantur : in quibus ipsi continentur testiculi. Veniūt quoque ad partes testiculozum a partibus inferiozum uenarum rami quidam: qui multipliciter circūuoluti: a carne glandosa τ alba compzehenduntur:que quicquid sanguinis in eis est adeo immutant:quod album fit : τ fit tunc aliqua pars unctuositatis spmatis. Postea uero ab hac carne ad testiculos transmittitur : ubi sua completur conuersio:τ in suam tzansiens speciez perfectū fit spma. Ibique duo generantur fozamia que ad uirgam uadunt:cuius erectio fit: cū ipsa que in uirga sunt fozamina : gzossa replentur uentositate:τ eius uene sanguine similiter replete fuerint. Et non quiescit erectio sua quando extenditur τ pzeparātur uasa ex quibus est spma.τ commouentur ad expellendum quod est in eis : pzopter multitudinem τ mozdicationem suam. Que quod in eis est expelle appetunt : uel quia spma quod est in eis est multum : uel quia ē acutum. Una autem ex causis ex quibus hoc contingit est cum caput uirge aliquod cozpus sibi obuium habuerit i ipsum se confricando uel scalpendo. Ex hoc enim spermatis uasa tenduntur τ ut euomant quod in eis est nituntur.

De fozma mamillarum. 25

m Amille ex artarijs:uenis : τ neruis: componi inueniuntur:inter quas carnis glandose τ albe species solidari τ spissari inuenitur. Et quia eius natura lactis assimilatur nature:creauit eam de⁹ qui sit benedictus:ut ad lactis conuersionem τ generationem apta fozet. Uene autem iste et artarie in mamillis subtiliter diuiduntur. Et iste artarie τ uene in mamilla in diuisiones subtiles diuiduntur:et reuoluuntur τ inuoluuntur inuolutionibus multis :τ cōpzehendunt illam carnem lactis generatiuam: τ conuertit quicquid est in concauitate sua de sanguine per suam assimilationem cū natura sua:quemadmodum caro epatis pzopt assimilationem illius quod secū a stomacho trahitur τ ab intestinis : tamdiu conuertit donec fit sanguis.

De fozma matricis. 26

m Atrix inter uesicam τ rectum posita est intestinum.Superioz est tamen q̄z uesica. Que in uirginibus τ que nondum pepererunt parua ē:in eis autem que iaz pgnantes fuerunt uel peperunt magna inuenitur. Que ligamentis quibusdaz ligatur nō ualde strictis:τ in se ipsa neruosa existit ut extendi possit cū necesse fuerit τ āpliari : τ colligi τ constringi : cum amplificatio necessaria non fuerit. Propter aliud etiam neruosa fuit:ut in partu multipliciter amplificari queat : cuius ligamenta non multum stricta sed ampla fuerunt. Que duos hēt uentriculos qui ad unum perueniunt ozificium. Duo preterea habet additamenta : que ipsius coznua uocantur. Post autem ista duo additamenta : mulieris locantur testiculi:qui uirozuz testiculis minozes sunt τ latiozes:a quibus muliebze spma ad concauitatem descendit matricis. Matricis preterea collum ad mulieris pozrigitur uuluam:quod in muliere est sicut in uiro uirga. Uulue autem ozificium: in uirgine cō strictum est τ rugosum. In rugis autem ipsius colli uirginalis scilicet uene contexuntur subtiles : que quādo cozrumpitur uirgo abzumpuntur:τ pzedicte dilatantur ruge. Cum autem mulier impzegnatur: os matricis intantum constringitur : ut etiam acus ipsum ingredi nequeat. Cum uero pariendi hoza euenerit:uel nocumentum aliquod fetui acciderit ex quo cozrumpatur: pzedictum os adeo dilatatur ut infantis cozpus per ipsum transire possit. Infans autem secundum sententiam. Ga.ex spmate generatur:sed crescit τ augetur ex sanguine menstruo. Cuius fozma si masculus fuerit pzius completur quam femine. Fetui etiam

quedam continuantur uene: que ad matricem uenientes ipsum fetum tamdiu nutriunt donec compleatur. Qui postquam cõpletus fuerit ab eo quod ipsi dirigitur: sufficienter foueri non potest. Quamobrem duriter mouetur ꝛ fortiter ꝛ abrumpuntur retinacula quibus matrici alligatus erat ꝛ consequitur partus.

¶ Tractatus secundus de cognitione complexionum corporis humani. qui quinquaginta octo continet capitula. Collectio aggregationis de cognitione complexionum. uerba abubecri.

CORPORIS complexio. ex colore ꝛ corporis habitudine. ꝛ ex tactu ꝛ ex operationibus. ꝛ ab exeuntibꝰ a corpore cognoscitur. Color namqꝫ albus. ꝛ fuscus. ꝛ ex albedine ꝛ glaucedine mixtus. ꝛ gipseus. ꝛ plumbeus frigidam innuunt complexionem. Rubeus uero ꝛ subrubeus: ꝛ rufus ꝛ inopos omnes isti complexionis demonstrãt calliditatẽ. Et si claritas ꝛ subtilitas colori coniungatur. humorum claritas declaratur. ꝛ subtilitas. Turbulencia uero si ei amisceatur ꝛ crossities. humorum significatur crossitudo. Albꝰ preterea color cui cum subtilitate ꝛ claritate rubedo ammisceatur. complexionis demonstrat equalitatẽ. Quod si rubedo superauerit. ꝛ claritas fuerit minor. sanguinis significabitur dominium. Rubedo autem si adeo fuerit diminuta. ut colori approximet eboris sanguinis innuit paucitatem. Que etiam si adhuc magis diminuta fuerit. ita scilicet ut ex ea fere nihil appareat. proueniet color q gipseus a medicis appellari solet. Qui utriusque collere ac sanguinis paucitatem ꝛ flegmatis dominium in corpore portendit. Hic autem si albedini cui uiriditas sit ammixta approximet. color prosequitur qui a medicis plumbinus appellatur. Qui sanguinis ac collere rubee diminutionem ostẽdit. ꝛ collere nigre ac flegmatis indicat dominium. Fuscus si rubedini uicinetur. uel ei ammisceatur. sanguinẽ crossum dominari demonstrat. secundum quantitatem qua ei approximat. uel qua ei ammiscetur rubedo. Color autem pure fuscus. qui uiriditati appropinquat collere nigre ostendit dominium. Corpora uero rufo colore colorata. qui scilicet albedini magis inuenitur ꝓpinquus. frigidioris sunt complexionis. Uiriditati autem uel glaucedini si magis appropinquauerit. callidioris erunt complexionis. ad hunc modum. Citrina uero alia sunt que albedini propinqua subtilitate participant. qui color in conualescentibus uel a quibus sanguinis multitudo profluxit inuenitur. Et fit hec citrini coloris species; quia sanguis diminutus est. non propter collere dominium. Et corpora ista non sunt citrina. nisi accidentaliter. Alia uero uere citrina sunt. ꝛ parum clara que omni tempore talia perseuerant: ꝛ ista sunt corpora collerica. Sunt preterea eorum quedam que cum citrinitate uiriditati ꝛ fusco appropinquant colori. parua participantia pulcritudine. quibus utraque dominatur collera. quorum complexio. omnibus alijs deterior comprobatur. Epar quoque ꝛ splen huiusmodi habentium complexionem. plerumqꝫ sunt egra. Et horuꝫ corporum sanitas nec est firma nec permanens. Corpora uero colorem inopom habentia que citrinitati magis sunt propinqua. callidioris sunt complexionis ꝛ collere rubee uicina. Que autem uiriditateꝫ habent ammixtam: minus sunt callida ꝛ collere attinent nigre. Ex formis quoque corporis. complexionum cognitio habetur Grossum namque ꝛ crassum. complexionem significat humidam. Gracile ꝛ macrum si fuerit corpus. complexio monstratur sicca. Uerumtamen quando crossitudo est ex carne solida dura. ꝛ est rubedo ꝛ sanguinitas aparens in colore. complexio simul cuꝫ humiditate calliditatem obtinebit ad hunc modum. Quod si crossitudo ex pinguedie fuerit. ꝛ corpus fuerit molle ꝛ in sanguine diminutum complexio frigida simul erit ꝛ humida. Membrorꝫ etiam equalitas ꝛ proportionum obseruantia in suis mensuris. quando unum alij comparatum fuerit suarum propinquitatem complexionum

Colo albus
rubeus
Ex form

ostendit. Que si in hoc diuersificantur. innuitur quod eorum complexio nec una est nec propinqua. Largitas itidem forarminum que sunt in membris et suorum canalium. calidam ostendit complexionem. Eorum autem angustia et paruitas. frigidã significant complexionem. Ex tactu quoque dignoscitur complexio. Nam corpus quod semper tactu calidum inuenitur calidam uidetur habere complexionem. Quod uero semper sentitur frigidum. complexionem habet frigidam. Si autem corpus cum tangitur lene sentiatur. complexionis erit humide. asperum uero sicce. Si autem calliditas tactus ipsius lenitati ammixta fuerit. complexionem callidam demonstrabit et humidam. asperitati uero si adiungatur. complexionem calidam significat et siccam. frigiditatis quoque tactus lenitati ammixta. frigidã et humidã declarat complexionem. Que itidem cum aspitati ammiscetur. frigidam et siccam portendit complexionem. In pluribus tamen corporibus tactus frigiditas lenitati ammiscetur: quam asperitati. Vix enim corpus reperiri potest. quod frigide sit complexionis et asperum. Laxum autem et molle si fuerit corpus. humida monstratur complexio. Solidum uero et durum. sicce perhibetur esse complexionis. Operationes quoque naturales sicut appetitus. digestio. et augmentum. et pulsus cum fortes fuerint et ueloces. calidam significabunt complexionem. debiles uero et tarde si fuerint: frigidam demonstrabunt complexionem. Et animales similiter operationes. ut ingenij acuitas. et loquendi uelocitas. et uelox motus atque audatia. callidam significant cõplexionem. His uero contraria. complexionem demonstrant frigidam. Superfluitates quoque que a corpore solent egredi. ut stercus. et urina. et sudor. capilli. et alia multa. complexionum sunt declaratiue. Velox namque capillorum ortus. et spissitudo. et nigredo. et crispitudo et crossitudo atque asperitas. omnia hec complexionem significant callidam. Contraria uero his. frigidam innuunt complexionem. Sudoris etiam fetor. et malus in corpore odor. calliditatem declarant complexionis. Sudoris quoque multitudo. complexionis significat humiditatem. Que uero his contraria sunt. contrariam ostendunt complexionem. Egestio quoque pauca et sicca. et urine tinctura ac ipsius fetor. complexionẽ significat calidam. his uero contraria. frigiditatem declarant.

De signis corporis equalis. 2

c Color corpus habentis equale. est albus cui rubeus ammiscetur. Tactus uero eius non est frigidus. nec in calore superfluus. nec multum aparet lenis. lenitati tamen et calliditati. magis quam frigiditati et asperitati aproximare inuenit. Huius quoque corporis habitudo inter matiem et carnositatem media existit. Parum tamen plus carnositati. quam matiei uicinatur. precipue si regimen illius est: tranquilitatis regimen et quietis. Cuius capilli inter subtiles et crossos. atque inter nigros et rubeos. et inter lenes et asperos medij existunt. Corpus preterea huiusmodi. neque multum pilosum. neque ualde apillis nudum. cernentibus apparet. Operationes insuper eius omnes tam naturales q̃ animales. equalitate tenentur. adeo ut neque multum desiderij habeat. neq; sue cupiditates in tantum debilitentur. ut quasi mortue inueniantur. neque multum sit uigilans. neque multum dormiens neq; multum et uelociter mobilis. neque multum quietus. Superfluitates quoq; ab ipsius exeuntes corpore. iter predictas mediocres existunt dispositiones. Et ad ultimum eius dispositio inter contrarias dispositiones equalitatem excedentes existit media. uene quoq; eius nec oculte sunt et angustie. nec ample et manifeste. uox etiam eius. et ipsius anhelitus. et pulsus. et eius motus. hec omnia inter paruum et magnum. et uelox et tardum mediocria sunt.

De significationibus corporum calidorum. 3

b Ec citissime crescunt. que et tangentibus callida occurrunt. et macra existunt et gracilia. Vene quoque eorum

manifeste sunt. τ motus velox. τ omnia que in eis considerantur velotia. Obstinati p̄terea sunt pauci somni. multorum capillorū crisporum. τ in nigredine intensorum. Eorum collor rufus. atque rubeus cum obscuritate quadam.

De significationibus corpoꝝ frigidoꝝ.

b Ec tarde crescunt. Capilli quoque tarde eis nascuntur. hebetis existentes ingenij. τ tardarum operationum. pulsus eorum paruus. τ anhelitus occultus. tāgentibus apparent frigida. Et huiusmōi habentes corpora. non sunt in coitu potentes. τ sunt parum generantes filios. debilis desiderij τ multi somni.

Significationes corpoꝝ humidoꝝ.

b Orum tactus multuꝫ invenitur lenis Eorum quoqꝫ caro mol . τ membra laxa. Iuncture eorum. τ ossa oculta. uirtꝰ similiter pauca. τ parum pacientes laboris τ cum laborant velociter dissoluuntur. τ velociter in eis apparet ex labore dissolutio. Corpulenti preterea sunt. τ multum dormientes. τ debiles τ paucos hn̄tes pillos.

De significationibus corpoꝝ siccorum τ

b Ec corpora aspera sunt τ macra. τ dura. τ fortia. τ multum rigida. τ multi patientia laboris. Quorum iūcture τ corde. manifeste: multorum preterea sunt capillorum τ pilosi.

De significationibus corporum callidorum τ siccorum.

b Ec corpora in ultimo plurimis habūdant capillis nigris τ spissis. Macilenta quoque ultime reperiuntur. Que τ tangētibus calida occurrunt. cutis habentia spissitudinem. τ asperitatem. τ neruos fortes. Que cordas quoque habent manifestiores τ ossa. et iuncturas et sunt pauciores somni τ pulsus in eis sunt velociores. τ motus similiter. τ tactus. caliditas. τ sunt audatiores. τ obstinatiores.

De significationibus corporum frigidorum τ humidorum.

b Ec ultimo tangentibus mollia sentiūtur. τ a pil̄is denudata τ capillos habentia lenes. τ venarum angustiam. τ iuncturas occultas. τ sunt corpulentia. multaꝫ habentia pinguedinem. Et laxa multum habentia somnum. pigri. motus eorum tardantes. Corporis autem frigidi τ sicci τ calidi τ humidi dispositiones. ex simplitium dispositionibus mixte sunt. ex quibus composite fuerunt. quemadmodum scilicet uni earum appropinquant. aut inter eas medie existunt.

De significatione cōplexionis cerebri τ sue forme τ primo de complexione calida cerebri.

f Orma cerebri formam sequitur cranei. Paruum namque si fuerit craneum: cerebrum quoque paruum erit. Et si eius figura corrumpitur. cerebri proptera figura corrumpetur. Qua propter caput in paruitate superfluum. necessario est malum. Et cuius figura existit feda. sicut que palmarum cisti similis. est τ ipsius similis mala est. Caput autem melius. est quod in magnitudine moderatum existit. Decentem habens rotunditatem. que scilicet ante τ retro paruꝫ emineat τ ab utrisqꝫ auribus paruam habeat compressionem. Complexionum autem cerebri que calida ē capitis τ fatiei tactum superflue calidū reddit. In oculis quoque rubor τ vene in eis apparent manifestiores. τ capilli eorum ī capite cito nascuntur. τ sunt spissi τ fortes. τ nigri. τ asperi. τ somnus eorum paruus τ levis. Huiusmodi preterea habentes complexionem. a calidis cito leduntur odoribꝰ Eorum capita cito grauantur τ replentur. In cogitationibus quoque veloces sunt τ instabiles. τ multe mutationis. Superflue etiam sunt acuti. τ veloces in operationibꝰ animalibus. Frigida autem complexio his omnibus contraria operatur. Est nāque somnolentus. τ hebes. τ tardi intellectus. capilli quoque capitis eius lenes τ parum nigri. velociter catarrum patiens. cui detegere caput est nocuum. eius etiam pal

pebre. tarde mouentur ⁊ pigre. Sed sic cum cerebrum si fuerit. capilli i capite cito nascuntur. ⁊ cito calui fiunt. ⁊ uigillantes e runt. ex naribus quoqꝫ nihil defluet nisi pa ruꝫ. ⁊ capitis reumatissimus non eis acci dit neque coriza. Humidum autem. huic contrarium est. Eius namque capilli sub tiles sunt. ⁊ tarde nascuntur. neque calui fi unt. Humor quoque ex naribus semper defluit. ⁊ reumatissimus leditur. ⁊ est somno lentus ⁊ eius sensus non sunt clari. Ca lidam autem ⁊ siccam habens complexio nem. capillos in capite habet in ultimo for titudinis. ⁊ uelocis natiuitatis. ⁊ ultime ni gredinis. ⁊ crispitudinis. ⁊ calui citissime fi unt. ⁊ sunt in ultimo gradu paucitatis som ni ⁊ in eo parum profundi. Animaliū quo que operationum uelocitatem habent. ⁊ ue loces cogitationes ⁊ sensuum claroꝝ. Su perfluitates etiam pauce ab eis descendūt. Frigidum autem ⁊ humidum. huic dispositi oni contrarium est. Est namqꝫ multum ha bens somnum. piger. tardus. ⁊ hebes. Cui nullomodo accidit caluitium. coriza tamen ⁊ reumate ualde molestatur. ⁊ frequēter ei accidunt. Calida uero complexio ⁊ hu mida. ⁊ frigida. ⁊ sicca secundum hoc quod alicui ex suis simplicibus appropinquant. suas ostendunt significationes. Si eni sim plices equales fuerint. significationes quo que erunt equales.

De signis complexionis cordis.

Cordis complexio si calida fuerit. pulsus uelox erit ⁊ frequens. cui a nhelit⁹ similis reperitur. Et super pectus pilli multi sunt ⁊ spissi. quod etiam tactu ca lidum sentitur. huiusmodi cordis complexi onem habens. audax est. ⁊ obstinatus ⁊ mlᵗ te iracundie. Habitudo preterea corporis in magnitudine ⁊ paruitate sua cōsiderata complexionem demonstrat cordis. Pect⁹ enim si magnum fuerit. cordis calliditatem ⁊ magnitudinem proprie manifestabit. Quod adhuc manifestius erit. si cum hoc caput paruum fuerit. aut etiam non fuerit magnuꝫ. hoc enim si ita fuerit. alia nō opor tebit attendere signa. Simili quoque mo do si pectus paruum fuerit. ⁊ caput magnū aut mediocre. proprie cordis paruitas ⁊ sue complexionis frigiditas demonstrabit. Quod si pectoris magnitudo. capitis ma gnitudini. aut pectoris puitas. capitis par uitati proportionalr̄ exstiterit. alia attēdere debes signa. Frigida autem cordis cō plexio. paruum facit pulsum. cui anhelitus similis inuenitur. Pectus quoque paucos habebit pillos. ⁊ subtiles. Et pectus tan gentibus frigidum occurret. Qui huiusmo di cordis complexionē habuerit timidus ⁊ piger erit. Complexio auteꝫ sicca si fue rit. pulsus erit durus. ⁊ totum corpus. inue nietur musculosum ⁊ fuscum pectus quoque paucam habebit carnem. sed uenas habe bit manifestas. ⁊ pilosum erit. ⁊ cutem cros sam ⁊ duram. Humida autem lenem fa cit pulsum. ⁊ pectus a pillis nudum. carneꝫ quoque pectoris mollem ac suauē. Cō plexio calida ⁊ sicca. pulsum reddit durum ⁊ uelocem. ⁊ frequentem ⁊ multos in pecto re pillos. ⁊ fortes. ⁊ spissos. ⁊ in femore si militer. Anhelitus quoque ex ea magnus prouenit ⁊ frequens. Totuꝫ preterea cor pus. tactu calidum sentitur. ⁊ musculosum. atque manifestas habens uenas. huiusmōi complexionem cordis habens. irascibilis erit ⁊ obstinatus. Frigida autem ⁊ hu mida complexio. his contraria operatur.

De signis complexionis epatis.

Complexionis epatis calliditas. ex uenarum amplitudine ⁊ magnitudie ⁊ ex stercoris siccitate sepius repta. cognos cit. Preterea appetitus ē fortis. ⁊ in cor pore multa collera rubea generatur. Uri na quoque ⁊ egestio tincte sunt. ⁊ sitis mul ta. Et calida cibaria ei nociua sunt. Et sub ypocondrijs pillorum inuenitur multi tudo. Epatis uero frigiditas. ex omni bus signis que predictis sunt contraria co gnoscuntur. Sed eius siccitas. ex san guinis paucitate. ⁊ ex hoc quod corpus ē macruꝫ. ⁊ uenter gracilis ⁊ quod color pau ca participat pulchritudine. cognoscitur. Humiditas uero eius: ex omnibus signis que his predictis contraria existunt. per pendi potest. Quod si calliditas cum siccitate ei dominatur: cognoscitur eo quod

signa calide complexionis: sunt manifesta: τ in ultimo existunt fortia. Eius quoqȝ humiditas cum frigiditate cognoscitur. ex hoc: quod significationes frigide complexionis fortes existunt τ in ultimo sunt manifeste.

De signis complexionis pulmonis. 12

Cum pulmo calidus fuerit: uox erit grossa: τ anhelitus magnus τ pect' amplum τ magnum. Cui minuitur nocumentum a frigidi aeris attractione: τ magnificatur ipsius nocumentū aeris callidi attractione. Si autem pulmonis complexio frigida fuerit: omnia his contraria eueniēt. Cum autem sicca fuerit: uox erit clara: τ per os pauce prohibitientur superfluitates. Humida autem si fuerit: contraria his euenient. Significationes uero complexionum compositarum: ex simplitium cognitionibus haberi possunt.

13 De signis complexionis stomachi.

Cum stomachi complexio calida fuerit: digestio fortior erit appetitu. τ subtilia cibaria ut uolatilium caro τ edulina in ipso corrumpentur. Grossa uero cibaria ut uacina caro: τ frumentum coctum. bene in ipso digeruntur: τ sitit multum: famē etiam tolerare non potest. Accidit enim huiusmodi habentibus stomachuȝ ex ea capitis dolor: τ uertigo. Irascibilis quoque est: τ acutus. Frigida uero cum fuerit: his omnibus contraria euenient. Appetitus enim maior est digestione: cibaria quoque grossa: in eo corrumpunt. Quamobrē apud ipsorum corruptionem accida sequit eructuatio: quemadmodum apud ipsorum corruptionem in stomacho callido. est fumosa. Siborum preterea frigidorum. appetitus erit. Ex quorum multa commestione lesio proueniet. Cum autem stomachi complexio humida fuerit: sitis minuetur. τ saliue multitudo ab ore profluet: nauseam quoque cito pacietur. τ uomitus cito proueniet. Scotomiam quoque τ vtiginem cito patietur. Cum autem complexio est sicca. oībus his contraria operatur. Sitis namque ē multa: τ egestio est sicca. Preterea cū cibaria in stomacho moram fecerint τ non cito ab eo descenderint. sed cum quadam duritie: τ appetitus fortis non fuerit: nec purus: stomachus debilis erit. Cōtraria uero his cum stomacho dominata fuerit stomachi fortitudo significabitur. Ex multa quoque cōmestione semel facta cum aliquis grauatus fuerit: non auteȝ ex multa commestione in diuersis horis facta leditur: sed facile τ bene digeritur: significatur quod illius stomachus est fortis. licet paruus sit.

De signis complexionis testiculorum. 14

Testiculi cum calidi fuerint: uicie partes multis τ spissis uestientur pilis: Virga quoque eorum fortiter erigetur. Sperma erit grossum. Coitum quoqȝ uelociter explebit: τ tempestiue. ante scilicet pubertatis tempora. Ad coitum feruēs erit. uene preterea que sunt in uirge superfitie. grosse sunt τ manifeste. Ipsius quoqȝ corde fortes reperiuntur τ grosse. Cutis aūt ipsam τ testiculos circundans: grossa: τ spissa: τ aspera conspicitur. Frigida autem cū fuerit complexio: omnia his cōtraria apparebunt. Quando autem conplexio sicca erit. sperma in quantitate. paucum inuenietur. τ spissum. uirga uero non solū ñ eriget. uerum etiam debilis erit. Cum autem complexio humida fuerit. sperma in quantitate multum τ in qualitate subtile erit. uirga uero non erigetur. Est enim laxa τ non fortis. corde etiā eius. similes ei inuenientur. Ipsius uero cutis lenis est. cuius locus a pillis nudus existit. Et cum complexio calida fuerit τ humida. multa erit uirge erectio. τ sperma multum. τ erit uenereus. τ multum in ueneres potens. Frigida autē τ sicca cū fuerit. oīa his accidēt cōtraria.

De dominādis summis eximijs τ necessarijs. quarum auxilio aliquis complexiones cognoscere potest.

Totius corporis complexio. mēbrorum principaliū. τ pprie cordis τ epatis. τ cerebri τ testiculorum cōplexionibus. similis inuenitur. Corpora quidem in qb' istorum mēbrorum complexiones diuerse inueniunt alijs sunt deteriora corporib'. Hec namqȝ corpora. incessanter infirmantur. 15

Etates quoque ⁊ regiones: non minima in cōplexionibus operari uidenť. Etas nāque puerilis: omnibus etatibus humidior inuenitur. Senilis autēꝫ omnibus ē frigidior. Homo enim a natiuitate usqꝫ ad senium desiccari non cessat donec nihil fiat. Seniū namqꝫ non est aliud. nisi magnuꝫ in corpore siccitatis dominium. Superfluitatum autem multarum que a senibus cum tussi et emunctionibus profluunt causa: est qđ foramina suorum membrorum superfluitatibus et humoribus crudis: plena sunt. Ipsarum quoqꝫ uenarum ⁊ suorum membrorum corpus i ultimo siccitatis existit. Et siccitas ⁊ fuscus color. ⁊ pulcritudinis: ac teneritatis. ⁊ humiditatis minoratio: i eis manifesta sunt. Puerorum uero caliditas: secundum quantitatem maior est: iuuenum autēꝫ in qualitate fortior uel acutior. Senum preterea complexio. respectu eorum qui in senio sunt constituti: calida est ⁊ humida. Iuuenuꝫ uero comparatione: frigida dicit ⁊ sicca. Ex regionibus uero que calide sunt. complexionem reddūt sicciorem: ⁊ corporis superficieꝫ adhurendo intendūt. Intestina uero ⁊ membra interiora frigida efficiunt. Regiones autem que frigide sunt: humores in corpore conseruant. corporis quoqꝫ superficiem: in lenitate ⁊ nuditate corporum sclauorum dispōni similem reddunt. Sed intestina ⁊ alia interiora membra superflue calida constituunt. Unde in nigris capillorum crispitudo: ⁊ i arabibus color rubeus fuscum habens ammixtum: non absolute significant. qđ eorum cōplexio sit calida. Lenitas quoque cutis parthorum: ⁊ eius a pilis nuditas atqꝫ albedo non significat eoruꝫ complexionis frigiditatem: immo parthorum interiora. nigrorum interioribus multum sunt callidiora. atqꝫ omnia nigrorum corpora. parthorum corporibus ualde sunt sicciora. In regionibus autem que inter calliditatem ⁊ frigiditatem temperate existunt significatio ex qua superficiei habetur notitia super ipsius interiora uera est ⁊ firma. Consuetudo etiam in complexionibus diuersa operatur. Comedendi enim ⁊ bibendi et dormiendi largitas complexionē facit humidam. his uero contraria. siccam reddunt complexionem. Una propter cum hominem crossum ⁊ carnosum uiderimus cuius preterea ample sint uene: intelligere debemus. Huius corporis magnitudinem nō naturalem sed accidentalem fore. Quam obrem inter carnosum corpus ⁊ pingue diuidere debemus. Carnis enim multitudo sanguinis multitudinem. ⁊ calidam ⁊ humidam sequitur complexionem. Multa autem pinguedo: humiditatis multitudinem. et frigidam ⁊ humidam immittatur complexionem.

De nominatione significationum particularium que alias quandoqꝫ iuuant significationes in cognoscēdis complexionib⁹.

u. Ex crossa caliditatem designat complexionis. Gracilis uero cōplexionis innuit frigiditatem. Loquendi uelocitas: calidaꝫ significat complexionē: uelocitas aperiendi ⁊ claudendi oculos. caliditatem significat complexionis. Nasi acuitas: ⁊ collum longuꝫ ⁊ epiglotis foris prominens. ⁊ uox acuta ⁊ pulcra cōplexionis demonstrat siccitatem. Occuloruꝫ magnitudo foris prominentium: humidam portēdit cōplexionem. Oculi in latitudinē corporis tendentes. parthoꝝ oculis similes. corporis humiditatem designant. Capilloꝝ crispitudo qui sursum eleuantur. cōplexionis caliditatē demōstrat. Narium amplitudo ⁊ in maxillis carniū multitudo. ⁊ ī genis pilloꝝ paucitas. cōplexionis significant humiditatē. Traulitas uero humiditatē innuit complexio. Fetor corporis calidam demonstrat cōplexionem. Color citrinitati parumper propinquus: ⁊ facies parū tumida: ⁊ palpebre inferiores tumorē ordeolo similē habentes. omnia hec epatis innuunt debilitatem. Dentiū raritas: et eorum debilitas totius corporis imbecilitatem: ⁊ uite breuitatē significat. Nasus quoqꝫ curtus: ⁊ os paruum ⁊ dentes curti: ⁊ crossi humidam declarant cōplexionem: et frigidam. Extremitatū lenitas: ⁊ eaꝝ tenuitas. atqꝫ equalitas humiditatem demonstrant complexionis. Manus ⁊ pedes cum pulcri fuerint ⁊ parui totius corporis complexionem esse debilem. ⁊ ipsius

caliditatem fore paucam demonstrant.

17 ¶ Significationes debilitatis neruorum.

Pauca laboris tollerantia. et cum fortis fit operatio tremor ⁊ debilitas in coitu. atque ex aque frigide potu. laxatio. et iuncturaꝝ paruitas. ac cordaruȝ subtilitas. ⁊ cutis et forme eius tenuitas. Quod etiaȝ humidas habentibus complexiones magis accidit.

18 ¶ De signis complexionis membrorum humidorum.

Cor omnibus corporis membris calidius est. Ab eo enim calorem. totum recipit corpus. unde ipsum quasi fons et innati caloris origo. inuenitur. Epar uero post cor. in caliditate secundum existit. Post epar uero. sunt carnes. Adeps uero carne frigidior est. Cerebri complexio. frigida est et humida. Ossis preterea complexio. similiter frigida est ⁊ sicca. Cartilagines uero ⁊ ligamenta. ac corde. et corpora uenarum. atque panniculi. omnia hec complexionem habent frigidam ⁊ siccam. minus tamen quam os. Cutis complexio tēperata est. proprie taṁ ea que in uolis manuum hominis temperati reperitur. Neruorum complexio diuersificatur. Nam qui a cerebro nascuntur. humidiores sunt. Qui uero a nucha oriuntur. in sua complexione cutis complexioni uicinantur. Glandularum complexio. que lac et sperma. ⁊ saliuam generant frigida est et humida. Carnis uero substantia. in membris diuersa inuenitur. que in uno quoque membrorum propriam tenet complexionem. Carnis enim pulmonis complexio. a complexione carnis renum diuersa est. Sermo tamen hec diffiniens. ab huius libri intentione remoueri inuenitur.

¶ De humiditatibus autem ⁊ humorib⁹ sciendum est quod collera rubea omnibus alijs humoribus est callidior. ⁊ cum hoc. flegmatis ⁊ sanguinis comparatione est sicca. flegma uero omnibus alijs humoribus frigidius inuenitur ⁊ humidius. Collera quoqȝ nigra. respectu sanguinis est frigida. aliorum uero humorum comparatione est sicca. Preterea sanguis respectu flegmatis. ⁊ collere nigre. calidus utriusqȝ uero collere comparatione. humidus conspicitur. Cuius quidem species diuerse sunt sicut ⁊ flegmatis. quarū una frigidior alia habetur. fellis similiter species uel collere quedam alijs est acutior ⁊ sicciorís qualitatis. Sanguinis itidem quiddam alio temperatior est. ita ut sit per comparationem ad sanguinē bonū collericus. ⁊ flegmatic⁹ ⁊ melancolicus.

¶ De significatione repletionis.

Si quod in uenarum foraminibus inuenitur tante fuerit magnitudinis ac multitudinis. quod uenas extendat ⁊ inflet proueniet dispositio. que a medicis repletio secundum foramina uel ex foraminib⁹. uocatur. Et qū quod in eis ē eius ex quo corpus nutriri debet mensuram adeo excedit: quod natura aliquid ex eo ut in corporis nutrimento non necessarium dimittit. quia conuertere illud non potest. neque ei dominari uallet. prouenit inde dispositio. que a medicis secundum uirtutem repletio nominatur. Hec autem utreque dispositiones egritudinum sunt generatiue. Repletionis autem illius que est secundum foramina significatio est coloris rubedo. et corporis caliditas cum eiusdem intensione. alicum quoque et ositationum multitudo. ⁊ somnus multus. ⁊ uenarum repletio cum ipsarum tensione sanguis similiter ex naribus ⁊ gingiuis gutatim fluens cum utreque parum tacte fuerint. et capitis proprie atque oculorum ⁊ timporum grauitas. et ingenij atque sensus turbulentia. et pulsus magnitudo. cuius etiaȝ dispositio sit similis sue dispositioni cum lapsus est. et quod ante multa commestione et potatione fuit usus. ⁊ somno superfluo. ac multa quiete. Repletionis autem que secundum uirtutem contingit. significationes iste sunt. Appetitus casus ⁊ ad motiones grauitas. ⁊ pigritia ⁊ dissolutio. ⁊ laxitas. Omnia. n. hec si sine coloris rubedine. et membroꝝ extensione fuerit ꝓprie predictā significant repletionem. Pulsus quoque

in hac replexionis specie non est magnus. urina quoque non est tincta neque cocta.

De cognoscendo quis quatuor humorū dominetur.

S Ignificationes omnes prime duarum repletionis specierum. sanguinem dominari ostendunt. Pruritus preterea loci ex quo sanguis solet minui. et oris dulcedo preter solitum. et parue i ore uesice. et in corpore carbunculi. atq3 urina rubea et spissa. et si preter ista etas sit iuuenilis. et corpus sit bone habitudinis. multas habens carnes. et cibaria quibus im precedēti tempore usus fuit. sanguinis generatiua fuerunt. proculdubio sanguis habundare significatur.

21 De significatiōe dominij collere rubee.

C Oloris citrinitas. et oris amaritudo. atq3 multa in ore siccitas et sitis multa. ac appetitus debilitas. et nausia. atque uomitus citrinus. et uiridis. et amarus. et egestio mordicatiua. ac lingue siccitas. et ipsius asperitas. et eorum que in albis oculorum apparent citrinitas. et urina tenuis ignea et clara. quecumque harum significationum apparuerit. si cum hoc tempus estiuum fuerit. et etas iuuenilis. et cibaria quibus ante usus fuit pauca uł calida. et labor precessit multus. et somnus paucus. atque corporis complexio calida inuenitur. tunc fidutia habenda est de eius dominio.

22 De significatione collere nigre.

A Rdor stomachi. multitudo canini appetit⁹ et fuscus color. et sanguinis nigredo ac spissitudo. et urina nigra uel rubea fusco participans colore. uel uiriditati appropinquans corpus preterea tale sit in quo nigra generari solet collera. in corporibus enim albis et crassis. et nudis a pilis. collera nigra uel raro uel nullomodo generatur. In corporibus autem bruno colorati colore. et macris atque colorem habentibus ex rubeo et fusco commixtum. et musculosis. et in corporibus rufis. et rubeis. quando multum laborant uel male reguntur. et si cum hoc cibaria quibus pri⁹ usus fuit collere nigre generatiua fuerunt et ipsius regimen simile. et corpori preterea acciderint scabies. et morphea nigra. et pustule male. et splenis augmentum. quādo ista affuerint. non est amplius dubitādū colleram nigram dominari.

De significatione dominij flegmatis. 23

M Ultitudo uiscose saliue. et sitis paucitas. et urina alba. et pigritia. et ebetudo. et uictoria somni. atque corporis mollities. et digestionis tarditas. et preterea si cuȝ hoc cōplexio fuerit frigida. et tēpus hiemale. Homo quoq3 ante hec paruo fuerit usus motu. et pauco exercitio. et multa commestione. cibaria etiam quibus usus fuit secūdum maiorem partem flegmatis generatiua fuerunt. atq3 aque dulcis balneo usus fuit. tunc significationes fortiores erunt et firmiores in flegmatis dñij significatione.

De somniorum significationibus. 24

S Omniorū preterea significationes predictis multotiens ammisceri solent. Cum enim aliquis in somno pluuias multotiens uidet. et mare. et fluuios. multa in eius corpore humiditas ad esse significatur. Ignes uero et fulgura. ac lites cum aliquis frequenter in somnis aspicit. collera rubea in ipso habundare monstratur. Colores autem rubeos: et tinctos. ac nuptias et cibaria dulcia. et uentosas atque fluxum sanguinis. et flobotomiā. si aliquis somniauerit. quod sanguinis multitudo sit declaratur. Cumque multa fusco colore tincta. atque nigredinem. et timores ac pauores. in somno aliquis aspicit. collere nigre operatio significatur. Et cum aliquis in somno uidet se manere quasi in loco niuis. uel frigido a quo leditur. frigoris significatur uictoria. His autem contraria si uisa fuerint. contrarie erunt significationes. Et si aliquis uidet se quasi in balneo. uel i sole. uł quasi canicularibus exponat dieb⁹ uł in igne. excessus significatur caliditatis. Et cū aliquis somniauerit se quasi uolare.

ꝛ inuadere sicut accipiter ꝛ inuadere et capere. siccitatis demonstrabitur excessus. atque humorum leuitas ꝛ subtilitas. Si quis etiam se quasi ab aliquo grauari som pniat. repletione laborare ostẽditur. Qui cumque etiam se per loca quasi cenosa in cedere uidet. fetidum habentia odorem. putridos in corpore demonstratur habere humores. His uero contraria. contrariaꝫ habent significationem. Qui autem in somnis uidet quod quasi incedat per or tos bonum habentes odorem. suorum signi ficatur equalitas humorum: ꝛ quod a pu tredine ualde sunt remoti. Per loca ue ro quasi angusta ꝛ per foramina si quis se ambulare conspicit instrumenta anhelitus grauem pati egritudinem demonstrantur. que ipsum tantam aeris quantitatem attra here uetat. quanta ei est necessaria.

2-5 ¶ De comparatione uel emptione cap tiuorum.

In primis captiui color cum summa intueri diligentia oportet. Color enim cum in rubedine minuitur. epatis in firmitas uel splenis uel stomachi significa tur. uel quod emoroydas patiatur a quibꝰ sanguinis effluit multitudo. Post hec ue ro totius corporis superficies in loco cla ro. ꝛ luminoso considerari debet. Ne mor phea subtilis si in ipso fuerit uel in petigi nis initium occultari possint. Morphea enim in suo initio ualde est occulta. Ipsa namque non est tunc. nisi albedo. uel nigre do subtilis. que paulatim procedendo cum sui additione completur. Impetigo quo que non est aliud in sui initio. nisi crispitu do que loco accidens cum additione sem per de die in diem crescit. Preterea si in aliquo loco corporis nerui. uel cocture si militudinem uel signum aliquod habuerit. cum summo studio considerandum est ne in hoc loco. forsitam habuerit baras. propter quam cumbustus sit. uel excoriatus. uel tinctus. ut occultari posset. Que cum se nuerit uel longi fuerit temporis. tincturam quasi debilem amittet ꝛ amplificabitur al baras ultra locum cocture. et excoriatio nis. Cumque nerui dubitatio occurrit. ip se in balneo ponatur ꝛ cum aqua calida fortiter prius fricetur. ꝛ cũ semine alusuen. et haurac atque aceto. deinde consideretur et si in loco in quo coctura. uel excoriatio fieri non solet. fuerit coctus uel excoriatus suspectior haberi debet. ideoque magis fri cari debet. Preterea summitas ꝛ extre mitas cocture cum magna inquisitione con siderari debet. In his enim locis. euiden tius apparet. Postea uero queratur. quod querendum est: ꝛ quod dicitur scia tur. Deinde uero capitis pili atque toti us cutis considerandi sunt. an sit in ea fur fur. uel rubor. Auditus quoque acuitas perquirenda est. ꝛ uerba ipsius ꝛ sensus at tendenda sunt. Pupille etiam attenden de sunt. an sint in magnitudine equales. eiusque uisionis acuitas. ꝛ albedinis que in oculis est claritas considerande sunt. Cum enim in eis est fuscus color turbidita te participans. lepram designant. Et quando in eis est citrinitas. egritudo epa tis significatur. Et quando uene rubee multe ꝛ manifeste sunt in eis patitur sebel. Palpebre quoque eius. considerande sunt si multe sint ꝛ cito mobiles. Grosse autem si sunt. plerunque sunt scabiose. uel sunt ad scabiem preparate. Que uero grauiter mouentur ꝛ difficile sunt male. Oportet enim illum cuius talis est dispositio. suas quando a somno concitatur tamdiu frica re palpebras. donec aperiatur. Lacrima le quoque quod a parte naris est exprimen dum est. decurret enim forsitam humor ab eo occasione fistule si ibi est. Pili prete rea palpebrarum ꝛ ciliorum oculorũ per quirendi sunt. Si enim fuerint rari. malũ significabunt. ꝛ proprie si cum hoc raucus fuerit. ꝛ faciem habuerit rubeam. Dein de cuꝫ magna diligentia anhelitus per os et nares attendatur. ne malus sit ibi odor. Nariũ quoque figura consideretur. Ma gne enim ꝛ forte si fuerint. fistulam in se cõ tinebunt. ideoque in sole conspici debent. Itemque anhelitus attendendus est. si sit facilis. Deinde preterea modus obser uandus est uidelicet si sunt recti. ꝛ fortes. et mondi. ꝛ si aliqui eorum mouentur. uel corroduntur. Dentes enim fortes diu permanẽt. Minuti uero uel debiles cito

cadunt. preter hoc quoqȝ totius corporis debilitatē pronosticant. Deinceps eius collum consideretur si est equale. ꝛ comprimatur. ꝛ uideatur si est ibi aliquis locus tumidus. uel cicatricem habens. Fortassis enim glandule ibi erunt. ex quibus scrofule cito generabuntur. Pectus preterea attendatur si est amplum ꝛ multas habens carnes. Paruum enim si fuerit et macrum. ꝛ spatule foris prominuerint. ptisis sinificabitur. Post hec uero. superius iacens statuatur: ꝛ totus eius uenter perquiratur. attendendo si tumor uel dolor inueniatur ibi cum comprimitur: ꝛ precipue in loco epatis. ꝛ splenis ꝛ oris stomachi. Deinceps precipiatur ei ut incedat. cuius gressuuȝ attendatur uirtus. Deinceps aliquid constringere iubeatur. et sue constrictionis fortitudo consideretur: debilis enim si fuerit. omnium neruorum debilitatem demonstrabit. Postea uero precipiatur ut currat. ꝛ attendatur an post cursum asma ipsum inuadat uel tussis. Manus preterea ipsius ꝛ pedes ad inuicem comparando respiciantur. Una enim fortasse altera maior inuenietur. Juncturarum quoque dispositio consideranda est si admotiones scilicet prepa rate sunt. Deinde crura sunt inspicienda. an in eis uene magne. ꝛ crosse. ꝛ ample inueniantur. Ex his enim uarices. ꝛ elephantia sepe accidunt. Alia etiam omnia que in complexionum cognitione attendenda fore diximus. ad has res adiuuant cognoscendas.

26 Capitulum significationum capillorum.

C Apilli lenes. timoris sunt significatiui. Crispi autem audatiam significant. In uentre etiam pilorum multitudo reperta. luxuriosum demonstrat. Super dorsum uero si multi fuerint pili. audatia iudicabitur. Sed si super spatulas ꝛ collum multitudo fuerit pilorum. dementia et obstinatio significabuntur. In uentre quoque ꝛ pectore pillorum multitudo reperta. sapientie innuit paucitatem. Pili in capite uel in toto corpore stantes reperti timorem significant.

27 Capitulum significationum colorum.

C Olor rufus uel rubeus. sanguinis et caloris innuit multitudinem. Color uero inter rubeum ꝛ album medius. equalem significat complexionem. si cum hoc cutis apilis nuda fuerit. Cuius autem color est uelud flamma ignis. instabilis est ꝛ maniacus. Cuius etiam color rubeus ꝛ clarus conspicitur. uerecundus est. Cuius preterea color uiridis apparet uel niger irascibilis est.

Capitulum significationum oculorum. 28

C Uius oculi sunt magni piger est. Cuius quoque oculi in profundo sunt positi. calidus est ꝛ deceptor. Cuius oculi foris prominent. inuerecundus est et loquax ac stolidus. Quando autem oculi in corporis longitudine positi fuerint. callidum et deceptorem demonstrabunt. Cuius uero pupille multa participant nigredine. timidus est. Cuius oculi in collore caprarum oculis similes existunt stolidus est. Cuius oculi cito mobiles sunt ꝛ acute cernentes. deceptor est ꝛ callidus. atque latro. Cuius oculi ad eo sunt immobiles ut quasi lapides sunt. callidus est. Cuius uero intuitus mulieris intuitu assimilatur. luxuriosus est. et inuerecundus. Quando autem ita ac si puer esset intuetur. atqȝ tota eius faties ꝛ oculi quasi ridere uidentur. letus est. ꝛ diuturna potietur uita. Cum oculi magni sunt ꝛ tremili. homo piger est ꝛ spatiosus. et amator mulierum. Cuius oculi parui sunt ꝛ tremili. ac uarij. ualde est inuerecundus. ꝛ mulierum amator. Cum oculi in rubore prune assimilantur. homo pessimus est ꝛ obstinatus. Pupilla si est nigra. pigrum portendit et ebetem. Oculi uarij. suo colori citrinitatem habentes ammixtam. qui quasi croco tincti esse uidentur. pessimos significant mores. Macule multe circa pupillam in oculo apparentes. malum significant hominem. Quod si cum oculis etiam fuerit uarius. erit deterius. Oculi si parui fuerint. ꝛ foras prominentes ut oculi cancri stultitiam significabunt ꝛ stoliditatē. et suas sequentē cupiditates. Cū oculi fuerint pui. ꝛ multū mobiles. palpebre quoqȝ

frequenter palpitantes hominem significabunt pessimum. Pupille in quarum circuitu margarite apparet similitudo. hominem demonstrant inuidum. ⁊ uerbosum ⁊ timidum. ⁊ pessimum. Oculi qui sunt uacarum oculis similes. amentiam portendunt. Cum pupilla nigra existens talem habet citrinitatem: ex qua quasi deaurata apparet. hominem malum. homicidā sanguinem fundentem declarat. Oculi sursum tendentes sicut oculi bouum qui et cum hoc rubei uidentur ⁊ maximi. hominē pessimum stolidum. atque stultum ⁊ ebriosum significant. Oculi autem meliores esse dicuntur. qui inter nigrum ⁊ uarium. medij sunt. si cum hoc nec multum sint radiosi. neque rubedo uel citrinitas appa ret. Oculi enim isti. bonam demonstrant naturam. Oculi uarij cum citrinitate radiātes. aut ut color lapidis fisuret uirides hominem significant malum. Preterea homines cum hoc habentes in oculis maculas rubeas ut sanguis aut albas. omnib⁹ hominibus sunt deteriores. ⁊ magis deceptores. Qui autem pupillam foris prominentem cum totius oculi substantie latitudine habet. est amens. Cum oculi profundi fuerint ⁊ parui. calidum ⁊ deceptorem ⁊ inuidum iudicabunt. Et quando pilli palpebrarum curuantur inferius. uel ad unam naturaliter partem torquentur. mendacem significant ⁊ callidum ⁊ stultum homo habens oculos ualde tremulos. malus est. Cum oculi fuerint parui. homo erit malus ⁊ stultus. Oculus uero si fuerit magnus. minor erit malitia. ⁊ stultitia maior. Qui oculos habet uarios ⁊ uirides. malus est ⁊ latro. Oculi quorum palpebre cum magna palpitant frequentia. hominem timorosum ⁊ maniacum declarāt.

Capitulum de significationibus superciliorum.

Qui in supercilijs pilorum habet multitudinem. multarum est cogitationū et multe tristitie. atque eius loquela. feda est ⁊ crossa. Cuius supercilia longa sunt. arrogans est ⁊ inuerecundus. Cuius supercilia inferius descendunt a parte naris ⁊ superius eleuantur a parte tiporis. inuerecundus est ⁊ hebes.

Capitulum significationum narium.

Cuius narium extremitas est subtilis homo ē diligens lites. Cuius nares magne sunt ⁊ crosse. pauce sapientie homo est. Cuius narium extremitas longa est. et subtilis festinus est ⁊ stultus atque leuis. Cuius nares late sunt. luxuriosus est. Cuius narium foramina ualde sunt apta. irascibilis est.

Capitulum significationis frontis.

Cuius frons plana est rugas non habens. litigiosus est. ⁊ commouens rixas. Cuius frons est rugosa ad medium sui declinans. irascibilis est. Qui paruam habet frontem stolidus est. Qui uero magnam habet frontem. est piger. Cuius frons uehementer est rugosa. inuerecundus est.

Capitulum significationis oris ⁊ labiorum et dentium.

Qui magnum habet os gulosus est et audax. Cuius magna sunt labia stultus intelligitur ⁊ hebes. Cuius labia nō bene sunt tincta. egrotans est. Cuius dentes debiles sunt ⁊ rari ⁊ minuti: totum ei⁹ corpus est debile. Cuius canini lōgi sunt et firmi. gulosus est ⁊ malus.

Capitulū significationis faciei ⁊ forme.

Cuius facies hominis ebriosi faciei assimilatur ebriosus est. Iracundo uero cum assimilatur. irascibilis est. Cum autem uerecundo inuenitur similis. uerecūdus est. Cuius facies carnosa est. piger est ⁊ stultus. Cum maxillarum caro crossa est. crosse est nature. Qui subtilem habet faciem. multarum est cogitationum. Cui⁹ facies uehementer rotunda est. stultus existit. Cuius facies est permaxima. piger est. Cuius facies est ualde parua. malus est ⁊ calidus. ⁊ adulator. Cuius facies est deformis. mores habere bonos nō potest. nisi raro. Cuius facies est longa. inuerecundus est. Qui timpora habet inflata. ⁊ uenas arteriatas crossas. irascibilis est.

Capitulum significationum aurium.

Cuius aures magne sunt. stolidus est et longe uite.

Capitulum significationis uocis ⁊ anhelitus ⁊ loquele.

c Cuius uox est ualde crossa ⁊ alta. audax est. Cuius loquela est uelox. festinus est. ⁊ parui intellectus. Cuius loquela cum quadam festinatione uelox est festinus est. irascibilis. ⁊ maloꝝ moꝝ. Cuius anhelitus lōgus est. uilis ē. Qui uocē habet grauē sui uentris seruiens ē. Cuius uox est aspera inuidus est. ⁊ malum in corde tenet occultatum. Bonitas uocis. stultitiam ⁊ paucam demonstrat sapientiam.

¶ Capitulum significationum carnium.

c Carnes multe ⁊ dure. crossum declarant sensum ⁊ intellectum. Carnes uero lenes bonam naturam significant. ⁊ intelligentiam.

¶ Capitulum significationum risus.

q Qui multum ridens est. benignus ⁊ omnibus est conueniens. nꝫ pro rebꝰ aliquibus sollicitus est. Qui uero parum ridet: huic contrarius est. Displicet enim ei omnia hominuꝫ facta. Qui alta ridet uoce. inuerecundus est. Qui autem cū ridet tussit. aut inspirandi difficultatem patitur. inuerecundus est ⁊ tirannus.

¶ Capitulum significationum motuum.

m Motus tardus. significat hebetudinē: Motus festinus. leuitatē designat.

¶ Capitulum significationum colli.

q Qui collum habet curtum calidus est et ingeniosus. Cuius collum est longum ⁊ gracile. stolidus est et garulus atqꝫ timidus. Qui crossum habet collum. duꝝ ac forte iracundus est ⁊ festinus.

¶ Capitulum significationum costarum.

c Costarum fortitudo. ⁊ super ipsas carnium multitudo. stoliditatem declarat. Corporis subtilitas. multam significat astutiam. Uentris magnitudo. libidinis declarat nimietatem. Costarum gracilitas. ac earumdem subtilitas. cordis inuit debilitatem.

¶ Capitulum significationum dorsi.

d Dorsi amplitudo: fortitudinem declarat ⁊ arrogantiam. atque ire uehementiam. Dorsi uero curuitas. morum innuit malitiam. Equalitas dorsi. bonū est signum.

¶ Capitulum de significationibus spatularum.

s Spatula subtilis. sensus ostendit paucitatem. Spatula lata bonum indicat intellectum. Capitis spatule eleuatio ualde elongata stultitiam significat.

¶ Capitulum significationum brachioꝝ.

c Cum brachia adeo fuerint elongata. ut manus ad genua attingant subtilitatem anime. ⁊ arrogantiam. ac regendi designant cupiditatem. Cum brachia multum curta sunt. hominem timiduꝫ ⁊ malitie amatorem significant.

¶ Capitulum significationum uolarum manuum.

m Manus leues ⁊ subtiles. sapientiam multam. ⁊ bonum designant intellectum. Manus ualde curte stultitiam significant. Manus graciles ⁊ multum longe. tirannidem declarant. atque stultitiam.

¶ Capitulum significationum ancharuꝫ coxarum ⁊ pedum.

p Pedes in quibus carnis est multitudo atque ipsius durities. mali intellectus hominem portendunt. Pedes parui ⁊ pulcri. hominem fornicatorem ⁊ iocundum innuunt. Cum calcaneum est gracile: timorem significat. Grossum uero et forte cum fuerit. fortitudinem indicabit. Cum cauille utrūque atqꝫ crura crossa fuerint. hebetem ⁊ inuerecundum demonstrabunt. Coxe cum exterius multas habent carnes. fortitudinis imbecilitatem atque laxitatem declarant. Quando coxarum ossa foris prominuerint audatiam significabunt. Ancharum quoque ossa cum exterius tenduntur. fortitudinis demonstrāt multitudinem ⁊ uirilitatem. Ancharum gracilitas. mulierum significat amatorem. et corporis debilitatem. atqꝫ timorem.

¶ Capitulum significationis passuum.

c Cuius passus ampli sunt ⁊ tardi. spatiosus est. Cuius passus ueloces sunt ⁊ breues. festinus est. et pro rebus quibuslibet ualde sollicitus. quas tamen disponere ignorat.

¶ Capitulum significationis audacie.

a Audax est cuius capilli sunt fortes et asperi. ⁊ statura ipsius erecta. ossa quoqꝫ fortia. et extrema. atque coste. nec non iuncture fortitudinem habentes. et magne. Pectus preterea magnum. et uenter magnus. ac spatule magne.

Collum quoque forte ꝛ grossum in quo car nis non sit multitudo. Est etiam torax la tus.ꝛ coxe abscondite:atqꝫ lacertus qui in pulpis cruris ab interiori inuenitur infe rius descendit. Cutis etiam eius ꝛ carnes.siccitatis sunt additioris.frons quo que eius uenas habens ꝛ rugis carens. nec est sine pilis. Sunt preterea audatie signa carnium equalitas ꝛ stature erectio. ac iuncturarum ꝛ digitorum fortitudo.ꝛ uentris gracilitas ꝛ quod eius nates par ue uel omnino uidentur delete. ꝛ quod utras que spatulas magnum distinguit spatium. ꝛ quod supercilia sunt erecta. ꝛ frons non est rugosa. Ipse quoqꝫ est ualde iracund⁹. ꝛ semper iram conseruans. Est etiam in pectore pilosus ꝛ spatulis.

48 Capitulum significationis timidi.

t Timidus est.cui⁹ capilli sunt pleni.ꝛ statura curua.ꝛ musculi cruris iterio res sursum ascendunt. Color citrinus ꝛ oculi debiles.ꝛ frequenter palpitantes. Manus quoqꝫ ꝛ pedes subtiles.ꝛ macri. Intuitus uero eius.ituitu tristis similis ē.

49 Capitulum significationum hominis bo ni intellectus ꝛ bone nature.

h Uius signa sunt.quod carnes sunt le nes.ꝛ molles.ꝛ pauce.medius inter crassum existens ꝛ macrum.non multas ha bens in fatie carnes.ꝛ ipsius spatule sunt eleuate.cuius dorsum carnes non habet.ꝛ eius color inter rubeum ꝛ album est medi⁹ ꝛ tener ꝛ lucidus atqꝫ clarus. Cutis pre terea est subtilis. Capilli etiam non sunt multi.ꝛ duri.nec multum nigri. Cui⁹ ocu li sunt inter uarios ꝛ nigros medij. sunt etiam molles.

50 Capitulum significationis corporis ha bentis bonam naturam.

h Uius signa sunt.quod inter longum ꝛ curtum. crassum atqꝫ macrum. me dium inuenitur.ꝛ est album paucam habēs amixtam rubedinem. Manus quoqꝫ ꝛ pedes.inter magnos ꝛ paruos.atqꝫ inter multas habentes carnes ꝛ paucas. medij existunt. Caput preterea.corporis magni tudini est proportionale: In cuius collo. pauca extat crosities. Capilli quoqꝫ eius inter lenes medij ꝛ asperos. rubedini pa rumper uicinantur. Fatiesqꝫ eius rotunda ꝛ nares erecte ꝛ perpulcre:ꝛ in magnitu dine equales. Oculi etiam sunt inter ni gros ꝛ uarios medij. in quibus humiditas existit.ꝛ claritas.

Capitlm significationis hoīs philosophi.

h Uius signa sunt.quod eius statura ē erecta. Carnis quoqꝫ tenet equali tatem.ꝛ est albus paruam habens rubedi nem ammixtā. Capilli eius inter multos ꝛ paucos.ꝛ planos ꝛ crispos sunt medij ꝛ nigros ꝛ rubeos. Manus quoqꝫ sunt pla ne digitos habentes diuisos. Frons etiaꝫ est magna. ꝛ oculi inter uarios ꝛ nigros sunt medij.molles quoqꝫ sunt. Et quod eius intuitus. ridenti uel gaudenti similis inuenitur.

Capitulum significationis hominis qui est crosse nature. 52

h Uius signa sunt uel quod est multum album.uel multuꝫ brunus.uel fuscus uenter quoqꝫ est magnus.ꝛ digiti curti.ꝛ facies ualde rotunda.atqꝫ in maxillis car nis multitudo. De suis preterea significa tionibus est.quod in collo ꝛ pedibus.ꝛ in eo quod est iter ea multa existit carnositas. Uenter quoqꝫ cum rotunditate foris pro minet. Et quod eius spatule sursum sunt eleuate.ꝛ frons in rotunditate pile simili tudineꝫ.ac si esset gibbosa tenet.multas ha bens carnes. Mandibule etiam eius ma gne ꝛ crura longa. Est etiaꝫ longa faties ꝛ collum crossum.

Capitulum significationis hominis in uerecundi. 53

i Inuerecundus est:cuius oculi multū sunt aperti.ꝛ foris prominentes. et acute intuentes.eius quoqꝫ palpebre cros se. Statura autem eius non multum lon ga. Cum uero incedit.pectus parumper anterius tendit. Cuius preterea spatule eleuate sunt.motus festinus. Color uero ruffus multum habens sanguinem. facies rotunda.torax parumper gibbosus. De suis insuper significationibus est:quod ocu li multuꝫ aperiuntur.ꝛ sunt acute intuētes. Est etiam multum loquax.

Capitulum significationis hominis ma lorum morum. 54

h Uius signa sunt:facies feda.coloreꝫ cum quadam obscuritate rubeum ha bēs.cutis faciei sicca.toti⁹ corporis macies. rugosa facies ac capillorū nigrēdo ꝛ lenitas.

Capitulum significationis hominis luxuriosi.

b Eius signa sunt: albedo coloris ⁊ rubedinem habens ammixtam. capillorum etiã multitudo: ⁊ crossities: lenitas: atq3 nigredo. Preterea qđ super timpora multos habet capillos: ⁊ quod eius oculi sunt crossi.

Capitulum significationis femine.

i In omnibus aialiu3 generibus femine magis mortuũ hñt animum minusq3 sunt patientes: ⁊ citius conuerti possunt citiusque irascunt̃: ⁊ uelocius sedantur. maiorisque sunt calliditatis. Sunt preterea p̃cipites: ⁊ inuerecunde. Caput etiam habent paruum: ⁊ faciem ⁊ collum subtilia. Pectus quoq3 ⁊ spatulas: habent magis angusta: atq3 costas minores. Coxas uero utrinq3 hñt crossas: ⁊ nates similiter. Earum insup crura: gracilia sunt. Manus autem ⁊ pedes tenues. Que in oibus aialium ut p̃dictum est generibus masculis: ⁊ timidiores ⁊ deterius inueniuntur morigerate.

Capitulum significationis eunuchi.

e Eunuchus: maloꝝ est moꝝ. Est enim stultus: ⁊ cupidus: ⁊ p̃sumptuosus. Qui aũt castratus non fuit: sed sine testicul' natus: uel paruissimos hñs: eunuch' apparet: cui uidelicet barba nunquam nascitur: deterior est.

Capitulum de summa eoꝝ que i conside ratione fisonomie sunt necessaria.

o Oportet ut cu3 iudicare uolueris: non unam tm̃ attendas intentionem: sed i quantũ uales ad ipsaꝝ intendas aggregationem. Et si quando significationũ acciderit contrarietas: ipsarum uirtutes ⁊ testimonia metiaris. Deinde ad fortiores ipsaꝝ declina: ⁊ earum iudica testinonio: ⁊ similit̃ que plures sunt. Preterea scire debes. qđ faciei significatio ⁊ precipue oculoꝝ: oibus alijs significationibus in fortitudine ⁊ firmitudine preiudicate.

Cõpletus est tractatus secund' auxilio dei cui gratie sint infinite. Incipit tractatus tertius. 25. continens capitula. Sermo aggregatus cuius auxilio uirtutis ciboꝝ ⁊ medicinarum habetur scientia.

Capitulum primum ⁊ est dictio uniuersalis ad sciendum uirtutes nutrientium ⁊ medicinarum.

d DULCE CALIDUM est: licet uiolente non sit calliditatis. Cui' calliditatis fortitudo ñ apparet nisi cũ aliquis eo frequenter uti ceperit: uel cu3 eo utens caliditati aptus fuerit: sicut febriens: ⁊ qui calidam hēt cõplexionē. Et qui dulci usus fuerit: multa collera rubea i eo generabit̃: ⁊ sanguinis multitudo: ⁊ egritudies: ex utrisque factas: commouet. Opilatiões quoq3 generat: ⁊ apostema i epate: ⁊ splene: ⁊ p̃cipue: si hec mẽbra: ad hoc fuerit p̃parata. Uentris itidē fluxus: ex eo sequit̃ ⁊ mollificat stomachu3. Pectori ṽo ⁊ pulmoni cõfert: corpus itidē impinguat: ⁊ augm̃tu3 spmatis tribuit.

Acciduũ frigidũ est: licet uehem̃tis ñ sit frigiditatis: collerã rubeã ⁊ sanguinē reprimit: atq3 uentrē stringit: si stomachus ⁊ intestia mũda fuerint. Si aũt flegmatis in eis fuerit multitudo: uētris efficit fluxũ: ⁊ corpus i frigidat: uirtutē quoq3 debilitat digestiua3: p̃prie in epate. Neruis ṽo ⁊ neruosis mẽbris nocumentũ affert: atq3 corp' desiccat. Uirtutem aũt appetitiua3 excitat. Unctuosu3 uero stomachũ mollificat: ⁊ uentrem fluere facit. Ac facietatē affert ante quam hõ cibi quantitatē sibi necessariã assummat: ⁊ calefacit maxie tamen febricitantes: uel habentes epar uel stomachũ calida corpus p̃terea humectat atq3 lenit. Flegma uero auget: ⁊ cogitationē reddit: hebetem: ⁊ augmentat somnum. Stipticum aute3 corpus infrigidat ⁊ desiccat: carnium quoque ac sanguinis minorationem facit: siquis eo multotiens utatur: stomachum quoque confortat ac uentrem secundum plurimum constringit: ⁊ sanguinem generat melencolicu3

Amarum calefacit ⁊ desiccat fortiter: sanguinemque cito ad adbustionem: perducit ⁊ malitiam. Coleram quoque rubeam: in sanguine augmentat. Acutum multo plus calefacit q̃3 amarum. Unde ⁊ calorē auget: ⁊ corpus uelociter inflammat: ac sanguinem adburit: ipsumq3 prius in colleras mutat rubeã: postea in nigrã. Insipidũ

aliud est quod magis nutrit: quod equalitati uicinum est: aliud uero: quod tẽperate calefacit: ⁊ aliud est quod tẽperate infrigidat cum quo si multa fuerit humiditas: humectabit. Cum autem fuerit siccū: desiccabit. Cum autem predictorum saporꝫ un⁹ alicui rei adeo fuerit dñatus: ut alterius nõ possit dominium pcipi: aut si sentitur: parum tam̃ ⁊ occulte sentitur: erit tunc eius in corpor operatio: secundum quod diximus. Duo aũt sapores si equaliter dominati fuerint. operatio eorum composita equaliter erit secundum hoc.

¶ Capitulum de uirtutibus granoꝝ ⁊ seminum usitatorū ex quibus solet fieri panis.

T Riticum temperamento est uicinum licet calliditati parum attineat. Quod autem ponderosius inuenitur ⁊ solidius: maioris est nutrimenti: hoibus quoqꝫ omnibus alijs granis magis conueniẽs ⁊ magis proprium inuenitur. Sanguis etiã ex eo generatus: omni sanguine q ex alijs generatur granis: temperatior existit. Ordeū equalitati est propinquū: licet frigiditati attineat. Cuius nutrimentum: tritici comparatione ẽ paruum. Est enim inflatiuū: ⁊ i frigidatiuū. Solitos autẽ uentositatem ac egritudines frigidas ⁊ colicã pati impedit. Calefactis uero: ⁊ qui carniuꝫ uolunt adipisci minorationẽ: confert. Sãguinem uero collere nigre uicinū generat. Rizi temperiei que ẽ inter caliditateꝫ ⁊ frigiditatem uicinū existit: ⁊ uentrem stringit. Solitis autem colicam pati: nocet. Quod licet multum nutriat: de uentre tamen non facile descendit nisi coquatur cū aliquo multum unctuositatis habente. Quod quãdo cum lacte coquit̃ ⁊ cum zuccaro cõmeditur: plurimum nutrit atqꝫ sanguinẽ augmentãt: Fabe temperamẽto proxime existunt: licet frigiditati parumper attineant. Que multum inflantes: scotbomiam generãt. Capꝫ preterea grauant. corpusqꝫ totum dissolutū effitiunt. Guttur uero leniunt: quãdo earū apozima bibitur: ⁊ sine sale commeduntur. Cum aceto autem si commeste fuerint uentrem stringunt. Solitis uero pati uentositatem ex colica uel ex ruptura: male sunt. Virides autem fabe: humores generãt crudos: ⁊ in stomacho ac in testinis. augmẽtant flema: ⁊ in ipsis uentositatem excitant.

¶ Cicer calidum est: inflat ⁊ urinam ac menstrua prouocat: ⁊ auget sperma. Viride ꝑterea cicer in stomachi ⁊ intestinis: multas generat superfluitates: fabe tamen ⁊ cicer si assentur: minoris sunt uẽtositatis. ¶ Lẽticule frigide sunt ⁊ sicce: ⁊ sanguineꝫ generant melancolicū: ⁊ corpus desiccant. Sperma quoque destruunt: atque sanguinem sedant: cuius extingunt caliditatem. Infrigidant enim: atque oculorum tenebrositatẽ ⁊ melancolicas effitiunt egritudines: cum aliquis in commestione eis frequenter utitur. Que autem ex eis assantur: minus inflant: ⁊ magis desiccant. ¶ Ores frigidi sunt ⁊ sicci. Qui fagis ⁊ lenticulis leuiores: minus illis sunt inflatiui. Ipsorū quoque nutrimentum fabarum ac lentium nutrimento minus inuenitur. ¶ Lupini crossi sunt: ⁊ ad digerendum duri. Cum autem dulcorantur ⁊ commeduntur: non calefaciunt corpus: dum uero amari sunt: non ad nutriendum sed ad medicinam sunt apti. dissoluunt enim scrofulas: ⁊ abstergunt fortiter: quando' administrantur: non multum dulcorati. Urinam quoque ac menstrua ꝓuocant. Aborsum preterea faciunt: ⁊ lumbricos atque uermes de uentre expellendo educunt. Emorroydaruꝫ insuper ora aperiunt. ¶ Faseoli inflant: ⁊ impinguat corpus. Urinam quoque ac menstrua prouocant. Uentrem etiam reddunt mollem: qȯ illi proprie efficiunt qui rubei sunt. Corpus calefaciunt: capitis efficiunt scotbomiam: ac mala somnia uidere faciunt. ¶ Robelie frigide sunt ⁊ sicce. Que parum nutrientes: malum generant sanguinem neruisque impedimentum prestant. ¶ Panicum atque miliū frigida sunt ⁊ siccã. Que licet parum nutriant uentrem carnem stringunt. ¶ Dora: sicca est: que ⁊ parum nutrit: ⁊ uentrem stringit.

¶ Capitulum de hijs que ex tritico ⁊ ordeo fiunt.

P Anis qui ex tritico fit pluribus hominum conuenientior est. Qui etiam melior redditur: quando multum salis habens ⁊ multum fermenti: bene fermentatur ⁊ coquitur: unde ⁊ citius digeritur: ⁊ magis tenuis ac subtilior inuenitur.

Azimus autem panis: dure digeritur: tardeque de stomacho descendit. Qui in uentre dolorem efficiens: in epate opilationem: atque in renibus lapidem creat. Simila ex qua fit darmacha: ꝛ ipsa darmacha: maioris sunt nutrimenti: tarde tamen descendunt. Comunis autem farina: citius descendit minus nutrit. Sanguis uero ex ea generatus: melācolie parumper attinet. Panis preterea qui in patella coquitur: omnisque panis nō bene coctus: ad digerendum inuenitur durus: ꝛ uentrem dolere facit. Cuius frequentem commestionem pati nequeunt: nisi qui multo utuntur labore ꝛ exercitio. Tri vo atqꝫ panis alescar negi: atqꝫ cipule: ꝛ artocleoli: ꝛ crustula: oīa hec: sunt ut panis azimus. Uerūtamen quocunque horum cuꝫ oleo uel lacte confectum fuerit: spongiosus erit: atque magis ultimum: maioris tamen erit nutrimēti. Ordeatius autem panis: triticei panis comparatione: frigidus reperitur. Qui parui existens nutrimenti uentositateꝫ ꝛ colicam atqꝫ egritudines facit frigidas uentremqꝫ stringit. Panis uero natura qui ex aliis fit granis: est ut grani natura ex quo ipse fit. In amilo autem uiscositas qua membra excoriata plana fiunt: atque lenia: iuenitur: quod epiglotū: ac pectus lenit: cum pultes ex eo cum zucharo ꝛ oleo amigdalino fiunt. Sepe enim comestum: in epate opilationem creat. Ex aqua etiam furfuris: fiunt quasi pultes: que quandam habentes: tersionem pulmonem mundificant. Aqua uero ordei: acute febricitantibus confert ꝛ lenit pectus: atqꝫ sitim sedat: ꝛ ardorem. Simila triticea ꝛ calorem ꝛ sitim extinguit: epar quoqꝫ habētibus calidum confert: si cum aqua pri⁹ bene abluta: deinde cuꝫ multa aqua calida ac tandem cum zucharo mixta bibatur. Ordeacea uero simila magis infrigidat. Uerumtamen hec magis nutrit: ꝛ magis lenit: ac temperatior est.

Capitulum de uirtute aque.

Aqua naturales in corpore conseruat humores. Que cibum subtilians: penetrare facit. Ipsa quoque calorem reprimendo: calefactis calidamqꝫ habētibus complexionem: plus q̄ uinum cōueniens ē. Aqua insuper que ꝛ pondere leuior est: calorem qꝫ ꝛ frigiditatem uelotius suscipit saporem retinens meliorem. que scilicet ad dulcedinem parumper inclinatur: melior iudicatur. Aqua preterea malum habens: saporem aut odorem: mala est nec est bibenda. Quandoque tamen quidam causa medicine: bibunt aquam. Turbida autem aqua in epate opilationem: ꝛ in renibus lapidem generat. Salsa etiam aqua prius uentrem soluit. postea uero constringit: si quis eam consuete biberit: corpusque desiccat: in quo scabiem atqꝫ ragadias generat. Aqua uero stans ꝛ putrida splenem augmētat: ac complexionem corrumpit: ꝛ generat febres. Aqua uero cum niue infrigidata. uel ex se ut hec frigida inuenitur: stomachū percutit si a ieiunis bibatur: sed epar multum infrigidat. Quam nulli ieiuni bibere presumant: nisi calefacti. confert enim eis hoc modo. Super cibum autem accepta. stomachum corroborat: ꝛ appetitum auget ex qua parua sufficit quantitas. Aqua uero que ex frigiditate sui non peruenit ad hoc ut delectet: uentrem inflat: ꝛ sitim non minuit: sed appetitum destruit: ꝛ corpus dissoluit: ꝛ ad ultimum ñ est congrua. Aqua preterea cocta quousqꝫ mitior reddatur ei⁹ substantia: minus est inflatiua: citiusque descendit. Pluuialis autem aqua: his qui cito incurrunt febres: est mala ꝛ maxime si longi est temporis. Que tamen in suis aliis dispositionibus est bona. Aqua etiam tepida nauseam facit. Aqua autem calida quam quidam ieiuni bibunt: stomachum a precedentis nutrimenti superfluitatibus lauat: que uentrem fortasse soluit. Hec autē si frequenter bibatur stomachum corrumpit ꝛ debilitat. Aquam etiam in qua balneantur: non est bonum multum esse calidā uel multum frigidam. sed conuenit ut inter hec duo temperiem teneat. Hec enim temperatis corporibus magis confert. Aqua uero frigida corpora pinguia corroborat ac callidiora reddit quam prius erant: senibusque nocet: ꝛ corpora habentibus debilia. Calida autem aqua: fatigationem remouet: ꝛ dolores minuit: atque apostemata mollificat. Corporisque auget pulchritudinem: ꝛ ipsius carnes: atque urinaꝫ pro

Aqua cocta

uocat:corpus tamen dissoluit:ac sanguinem a quibus exire consueuit: cito fluere facit: uirtutem quoque deicit. De aquis preterea naturalit calidis que sunt sulphuree & bituminose:neruos calefaciēdo: frigidis neruorum egritudinibus conferunt:quando eas ingrediuntur patientes. Scabiei quoque & pustulis proficiunt. Intestina uero fortit calefaciunt:& precipue epar. Aqua uero sale armoniaco salite:ac malum habentes saporem:uentrem laxant cum bibuntur uel cum in eis sedent:aut cum clisterizātur. Aque autem calide que super alumem currunt:emoptoicis:atque mulieribus mēstruorum nimietatem patientibus: & emorroydibus conferunt. Febres tamen in callidis generant corporibus. Aque uero naturaliter calide que bulliunt & adburunt: colicam dissoluunt.atque crossam uentositatem membris infusam:& spasmum expellūt humidum. Aqua itidem que super terram currit: ex qua extrahitur ferrum magnum habentibus splenem confert. Que uero super terram ex qua fit es trāsit complexionem habentibus corruptam:perutilis comprobatur.

Capitulum de uirtute uini.

Uinum multis modis diuersificari & mutari inuenitur. secundum sui substantiam ac suum tempus. Uinū quoque omne quod inebriat:corpus calefacit. Uinum autem album & clarum quod non multe tollerat aque commixtionem: minoris est calefactionis. sed urine est magis prouocatiuum. In colore uero igneum & amarum:quod maiorem potest ammixtionē recipere:maioris est calefactionis. Nigrū itidem & crossū atque dulce in quo est ponticitas: crossioris est nature. Uinum preterea nouum sanguinem magis generat ac uenas uelotius implet. huic autem: uetus contrarium inuenitur. Uinū preterea generaliter stomachum & epar semper calefacit.atque nutrimentum penetrare facit: sanguinem quoque ac carnes & innatum calorem augmentat. Ipsam etiam naturam in suis proprijs actionibus adiuuat. ideoque etiam digestiua fit fortior. Et per illud: superfluitatum expulsio & earum egresio: fit facilis. Et hec est causa:quare sanitas & crossitudo:& fortitudo perdurant: & senium tardatur. Uinum preterea animum letificat. Sed si superflue in potu sumatur. epati & cerebro: ac neruis impedimentum facit. tremorem quoque atque spasmum: nec non paralisim:& apoplexiam: ac mortē generat subitaneam. Temperate autem si bibatur:multe bonitatis causa in corpor existit:& in senibus quam maxime. Uinū itidem purum cui pauca ammiscetur aqua. his qui crossam in uentre soliti sunt uentositatem pati: & quorum stomachus & epar. sunt frigida confert. Uinum uero depuratum multam aque habens ammixtionem. his qui ex uino dolorem patiuntur capitis uel ex eo inebriantur:auxilium prestat: licꝫ uentrem inflet. Uinum crossum & dulce & nouum:interiorum habentibus oppillationem:uel crossitudinem:nociuum est. Cito autem uolentibus impinguari: est bonum. Potus qui de uuis passis nude fit: uirtus est ut uirtus uini nigri & crossi. licet minorē eo habeat caliditatem. Qui autem mellis habet ammixtionem: crosso uino est calidior.secundum mellis multitudinem.uel eius paucitatem in ipso existentis. Potus de melle factus.uehementer est calidus. Qui & collere rubee est generatiuus:& calidam habentibus complexionem non est cōgruus: frigidas tamen patientibus egritudines confert. Potus qui fit de dactilis & ficubus est crossus.ideoqꝫ & stomacho malus est:& sanguinem melancolicum: atque in interioribus opilationem generat. & proprie si nouus & dulcis fuerit. Corpus tamen impinguat:& in ipso sanguinem augmentat.

Capitulum de uirtutibus potuum non inebriantium.

Ceruisia de ordeo facta neruos impedit.caput dolere facit. & inflat. Urinam tamen prouocat: ac calorem ex ebrietate reprimit. Que uero ð rizo fit ceruisia:predicte in suis actionibus est uicina:minus tamen inflat. Que autem de pane similageneo conficitur mentam & apium habens ammixta:omnibus melior iudicatur. Uerumtamen solis calefactis: & in

dispositionibus ⁊ temporibus calidis: non est bona. Oximel est frigidum. Quod calorem reprimit ⁊ colleram rubeã ac sanguinem: ⁊ sedat sitim: cum non multa participat dulcedine. flegma quoque incidit: ⁊ subtiliat ⁊ abstergit. ⁊ opilationem aperit. Urinam preterea prouocat. Guttur tamẽ ⁊ pectus exasperat. quod proprie operatur cum multam habeat acredinem. Per uos autem habentibus debiles: uel in eius aliquid patientibus mali: atque abrasione laborantibus: ⁊ accide ructantibus: nocumentum prebet. Eos etiam ledit: qui stomachum ⁊ epar frigida habent. Sirupus iulep: est temperatus licet frigiditati attineat. Extinguit enim sitim ⁊ guttur lenit: ac stomacho inflamato confert: ⁊ febrẽ acutam cum niue potatus reprimit.
Idromel simplex calidũ est: ⁊ leuitiuum frigidas patientibus egritudines: remediũ affert. In cuius autem confectione species apponuntur: magis ultimum est in illo: ⁊ calidius est. Unde ⁊ calefactis nocet: et stomacho confert ipsum a flegmate: mundando ac calefacit. Neruis preterea calorem inducit: ⁊ colleram commouet rubeam.

Capitulum de uinis falsis.

Ista que falso uina dicuntur de passis uel zucharo uel melle facta: si loco uini prius quam buliant ⁊ resideant bibantur: inflationem generant ⁊ sitim: ac fastidium ⁊ uentris fluxum faciunt: sanguinem quoque commouent ac colleram rubeam. Quod uero fit de melle: cuẽ bene coctum est: minus inflat.

Capitulum de robub.

Rob uiolarum frigidum est. Epiglotti quoque ⁊ gutturi ac pectori cõfert Stomacho autem malum est. Uentrem uero soluit. Rob quod fit de aqua rosata in qua buliente recentes rose multotiens posite fuerunt: ⁊ quaque uice fuerunt renouate nauseam facit. Uentrem uero soluit. Rob de citonijs acetosis simplex: uentrẽ stringit: ac stomachum corroborat: ⁊ aufert sitim. Rob de malis granatis acetosis simplex: uomitum retinet ⁊ uentrem stringit atque crapulatis: ⁊ nausee: ac dolori capitis ex crapula uenientibus confert.
Rob de malis acetosis simplex: pulsui cordis: ⁊ ardori stomachi: atque nausee remedium affert. Rob de suco uue acerbe coleram reprimit rubeam: ⁊ sanguinem uehementer: ac stomachi ardorem ⁊ sitim que ex calliditate procedit: sedat. uentrẽ quoque atque uomitum constringit. Rob de ribes. est sicut rob de suco uue acerbe. ⁊ parum plus operatur. Rob de suco pomi citrini: operatur ut predicta. Uentrẽ tamen ut ipsa constringit: sed calorem fortius istis reprimit ⁊ extinguit. Omnia preterea robub que dicta sunt: ei in cuius pectore est asperitas: nocent. Rob de prunis sangninis: ⁊ collere rubee calorem extiguit: ac uentrem laxat: gutturi etiam non multum nocet.

Capitulum de uirtute carnium ⁊ suis speciebus.

Caro omnibus nutrientibus uehemẽtius nutrit. Corpus preterea inpinguat ⁊ corroborat. Qui autem ea utitur. multaẽ hẽt repletionem. Ideoque frequenti indiget flobotomia: ⁊ precipue si qs cũ ea uinum bibit. Animalium uero decrepitorũ ⁊ impinguatorum caro ⁊ eorum que de uẽtre animalium ante partum extrahuntur: mala est: nec est in eius comestione utilitas Que autem inter istas duas media reperitur: mediocris existit. Que cum fuerit animalis multo magis quam alia iuuenis existentis: erit hũidior. Et quando fuerit animalis multum in senectute prouecti: erit siccior. Uniuersaliter autem: omnis caro calefacit. Que febricitantibus ac repletionem patientibus: incongrua iudicatur.
Caro preterea rubea sine pinguedine: maioris est nutrimenti: q̃ que est cum pinguedine. Que ⁊ pauciores generat superfluitates ⁊ stomachum plus corroborat. Caro autem crossa: multum laborantibus conueniens est. Subtilis autem: his qui predictis sunt contrarij conuenit. Heduli na caro est temperata: nullam in se habens

malitie ammixtionem. Que licet tempera tum generet sanguinem. Laborantibus tamen non congruit. Et nō oportet ut sup eam eligatur: eis quorū dispositio: huic dis positioni est contraria. Non est enī adeo debilis: ut ex ea uirtus destruatur: neque eius nutrimentum adeo multū ē ꝛ crossum ut ex eo in corpore proueniat repletio: ꝛ crossus generetur sanguis. Sanguis quo que qui ex ea generatur: inter subtilem ꝛ crossum: ac inter calidum ꝛ frigidum existit Arietina autem caro: edulina carne crossi or est: uiresque plus augumentat: ꝛ plures efficit superfluitates. Que in bonitate he dulinam sequitur carnem. Caprina ue ro caro: arietia carne frigidior est: paucas faciens superfluitates: atque uires minus acrescere faciens: ꝛ minus nutriens. Que frigidam habentibus complexionem: atqꝫ his quibus frigide accidunt egritudines: incongrua existit: quibus arietina plus con fert. Calidam uero habētibus complexio nem: ꝛ his quibus calide ex repletione solent accidere egritudines: plus confert caprina. Caro uacina crossa est: multū que nutrit: sanguinem quoque spissum ac crossum generat: neque congruit nisi his q multo utuntur exercitio: A cuius comestio ne abstinere debēt: quibus melancolice a c cidunt egritudines. Caro azeurina cali da est ꝛ crossa: sanguinem crossum generās. Cuius finis ad melancoliam ducit. Caro camelina uehementer existens calida melancoliam generat. Harum uero trium carnium: nulla est commedenda: nisi ab his qui multum laborant. Inter illas tamen. uaccina melior existit. Caro gazel. iter siluestres carnes: melior habetur. San guis quoque ex ea generatus: paucas effi cit superfluitates. Qui cum siccus sit: me lancolie attinet. Hircorum uero silue strium caro: crossior est ac melancolie propi quior. Ceruina similiter caro atqꝫ ona grina eadem operantur. Onagrina tamē manifestius: calefacit. Omnes aūt carnes iste: sanguinē generāt melācolicū. Lepori na uero caro: hoc precipue operatur. Ip sa enim plus alijs melancolie generatiua existit.

Capitulum de carnibus uolatilium.

f Carne caro omni carne auium: leui or inuenitur: atque his qui subtili uo lunt custodiri regimine: conuenientior. Post istam autem coturnicis caro secunda: in bonitate existit. Que paruam generās superfluitatem non multum calida iudica tur. Caro itidem pullorum: post ipsam ponitur. Coturnicis tamen caro: melioris est generatiua sanguinis: ꝛ spermatis augu mentatiua. Perdicis caro: istis crossi or existens uentrem stringit: ꝛ multum nu trit. Caro alaude que pileata dicitur: uentrem stringit. Cuius uentrem fluere fa cit. Caro passaris calidissima est: luxuri amque commouet. Pulli collumbini si militer uehementis sunt calliditatis. Qui et sanguinem generant inflammatum et ci to febrire faciunt. Anatis caro plures efficit superfluitates: ac plus fastidire fa cit: ꝛ maioris est calliditatis. Non tamen plus nutrit quam caro galinacea. Ca ro gruis est crossa: que ꝛ tarde digeritur: ꝛ sanguinem generat melancolicū. Stru ctionis caro: omnibus crossior iudicatur. Caro sisonis: ꝛ aliarum auium siluestrium: quanto maiori participat rubedie ꝛ nigre dine: tanto callidior: atque sanguini melan colico propinquior uidetur. Que autem illarum malum habet odorem: sanguinis generatiua deterioris. Ideoque nullo mō comedi debet. Uolatilium autem caro in fluminibus uel lacubus morantium: mul tarum est superfluitatum effectiua. Que si malum habet odorem deterior iudicatur.

Capitulum de diuersitate membrorū animalium in nutrimento.

c Aput ē crossum: qđ mltū nutriens ca lefacit: nec est comedendum: nisi in tēporib⁹ frigidis. Exeo. n. febres multoti ens generantur: ꝛ colica. Multum tamē confortat: sanguinem quoque ac sperma au get. Cerebrum cum sit frigidum: nauseam facit: ac stomacho nocet. Quod ab omni bus ipsum comedere uolentibus: ante om nem sumendum est cibum: nisi catarricum sint sumpturi. Calidam preterea comple xionem habentibus: confert. Quibus ue ro frigide accidere solent egritudines: non

congruit. Medulla inter calliditatem ⁊ frigiditatem: temperamento uicina existit. Calliditati tamẽ magis appropinquat Que ⁊ sperma augumẽtat: ⁊ stomachũ mollificat. Uber est frigidum ⁊ crossum. Quod licet multum nutriat: tarde tamen digeritur. Stomachum uero ⁊ epar habentibus calida: confert. Epar calidum est ⁊ humidum. Quod ⁊ tarde digeritur: ⁊ graue existit. Renes tarde digeruntur Qui nec bonum generant sanguinem: nec multum dant nutrimentum. Splen mali existens nutrimenti: tarde digeritur: ac nigrum generat sanguinem. Stomacho tamẽ confert: sed cito satiat. Uenter tarde digeritur. Qui frigidus existens: parum nutrit: atqꝫ flegmaticum generat sanguinem. Cor calidum est ⁊ dure substantie. Quod et tarde digeritur: ⁊ non multum nutrit. Pulmo tarde digeritur: parumqꝫ nutrit: ⁊ est frigidus. Musculi siue lacerti: sanguinem multa habundantem humiditate: multasqꝫ generantem superfluitates efficiunt. Qui in se uiscositatem retinens: minoris est calliditatis. Caro sine pinguedine rubea uidelicet: sanguinis sicci est generatiua: paucas faciens superfluitates: mai⁹ tamen adipe nutrit. Pinguedo sanguinem generat humidissimum: multas facientem superfluitates. Minoris tamen est nutrimenti. Caro uariata que scilicet inter pinguem ⁊ macram existit: sanguinem genera temperatum. Cauda est calida. Que stomacho nocens: fastidium facit: ac colleram generat rubeam. Cutis frigidum generat sanguinem: in quo multa existit uiscositas: ⁊ opilationem facit. Pedes sanguinem generant uiscosum. Qui frigidior ac leuior eo existit: quem caro generat. Animalium anteriora leuiora sunt ⁊ callidiora: posteriora uero: grauiora sunt ⁊ frigidiora.

Capitulum de uirtutibus quas aquirũt cibi ex artificio.

Caro super prunas assata: multum nutrit. Corpus namque corroborat atque uelociter nutrit. Hec etiam eis qui multi sanguinis fluxum perpesi sunt: cõfer tarde tamen digeritur atqꝫ uix unquam tota omnino digeritur. Que neque post alium sumenda est cibum: neqꝫ cum ea alius sumi debet cibus. Post cuius comestionẽ potus sumendus non est nisi in parua quantitate: maxima tamen cogente necessitate. Caro autem cum pinguedine frixa: fastidium facit: atqꝫ de stomacho tarde descẽdit: cuius nutrimentum ualidum est. Grauior tamen est ea: que super prunas assatur. Que autem frigitur in oleo leuior est atqꝫ digestibilior. Caro que in patellis posita in furno coquitur: mala est: parum enim nutrit. Accide tamen ructantibus: cõfert. Uniuersaliter uero omnis mortariolorum ac patellarum species: paruum prebet nutrimentum: respectu cibariorum ius habentium. Multos tamen habentibus humores conferunt: ac corpora sua desiccare ⁊ subtiliare uolentibus: auxilium prebent: Caro quoqꝫ que i ueru assatᷓ crossa est ⁊ multum dat nutrimentum. Que non digeritur nisi cum stomachum inuenitur robustum ac calidum. Uentrem uero strigit: ⁊ hoc proprie facit: cum ex ea illud quod est pingue: non comeditur. Judebegi ante omnem cibum comedi debet cui res uentris solutiua sit ammixta. Ex ea enim colica sepe accidit: proprie tamen quãdo cum multis comeditur herbis: post cuius comestionem aqua in potu sumitur. Triticum coctum quousqꝫ album sit ⁊ quasi puls omnibus cibis plus nutrit: ⁊ maxime si cum lacte coctum fuerit. Quod his qui uirium indigẽt augumento confert: ⁊ qui corporis desiderant grossitudinem: calidis quoqꝫ natura: atqꝫ macris: nec non qui multum laborant ⁊ excitantur: auxilium prebet. Dispositiones uero his habentibus contrarias: cito replet uenas: atqꝫ ad febres: ⁊ arteticum perducit dolorem. Lapides quoque in eorum renibus atque flegmones: ⁊ magna generat apostemata. Caro cocta cum aqua cum postea amiscentur acetum ⁊ crocus est frigida. Que sanguinem ⁊ colleram reprimit rubeam: atque calidum habentibus epar: nec non his qui in epate opilationem atque hicteritiam: ⁊ febres patiuntur: confert: flobotomatis quoque beneficium prestat. His uero qui catarticum auxerunt: uel

qui in neruis lesionem patiuntur: siue qui corpora habentes macra et debilia: necesse habent ea corroborare atque impinguare: nocumentum tribuit: desiccat enim et subtiliat. Carnium uero et sanguinis habentibus multitudinem atque his quibus sanguinis et collere rubee multitudo nocet: cōgruit uentrem etiam stringit: Caro cum aqua cocta et infrigidata: cui uue acerbe ammiscetur sucus: frigida est. Que sanguinem et colleram repzimit rubeam: ac uentrem stringit. Uerumtamen non subtiliat: neque opilationem aperit: ut predicta caro cum aceto facit: cui tamen assimilatur. Caro cocta cum ribes: uel sumac: de nutrientibus est: que in estate conferunt: quando cucurbita uel portulaca uel citroli: uel his similia ei ammiscentur. Omnia uero hec: atque caro supradicta cum aceto preparata: pectoris habentibus asperitatem: nocent. Caro cum acetoso cocta: temperate nutrit: stomachoque ac epati confert. Que carnis predicte cum aceto preparate bonitatem in se habens: nullum eius retinet nocumentum. Caro cocta cum tritico: et lacte: crossa est. Que et multum nutrit: et calidis natura: atque macris congruit. Quibus flegmatice ex more accidunt egritudines: incongrua est. Sed quibus febres acute: ac terciane consuete accidunt: beneficium prestat. Caro cocta cum lacte acetoso: similis est ei que cum lacte coquitur et tritico. Caro cocta cum aqua ordei: est sicut illa cū qua sucus ponitur uue acerbe: hec tamen inflatiua est. Caro cocta cum ouis et pipere: semper calida est: et ipsa est cibus hyemalis. Que et corpus corroborat: et plus omnibus cibis nutrit. Diuersificatur tamen secundum quantitatem ammixtionis calidarum specierum scilicet secundum quod habet eas ammixtas: uel non. Hec preterea: sperma et sanguinē augmentat: corpus etiam robustum reddit: et humectat: et pulchrum atque forte et crassum efficit. In estate uero fastidium generat: et calefacit: ac lapidem creat.

De uirtutibus sisamorum uel de hiis que ex melle conficiuntur.

Pheludez multum nutrit. In stomacho tamen diu moratur. Ei aūt qui ipso utitur: opilationem creat. Gutturi uero et pulmoni: necnon corpus habentibus de bile ac uacuum: confert. Caubez pheludez leuius existit. Minus tamen nutrit atque magis a generatione in epate opilationis: est longinquum. Anabadha est sicut pheludez: nisi quia in eo ponitur sisamum: multum nutrit: et corpus ualde robustum reddit: sanguinem quoque ac sperma augmentat. Catabis est crosse nature. Quod fastidium facit: et corpus impinguat. Leozinegi: simile est catabis: leuius tamen multo plus iudicatur. Zulenig calefacit: ac sitim generat ructusque fumosos procreat. Uniuersaliter autem omnia que de melle fiunt: sanguinem augmentāt et sperma: corpusque impinguant. Epati quoque ac spleni que repletionibus et apostematibus apta sunt nocumentum prebent. Gutturi uero atque pulmoni conferunt: medulle quoque et cerebro augmentum tribuunt. Que omnia si loco mellis zucharum habeant: minus redduntur calida: quam cum ex melle fiunt. Unctuositas preterea que eis ammiscetur plus conferens: oleum est amigdalarum. Ea uero que de melle cum nucibus uel fisticis: siue nuce indica fiunt: sunt superflue calida.

De ouis.

Oua plus aliis hominibus conuenientia: galline sunt et perdicis. Post que oua anatis in bonitate existunt: quamuis malum efficiant nutrimentum. Alia uero oua: sicut ea que sunt paruarum auium atque magnarum comedenda non sunt nisi medicine causa. Duo uero ouorum prius dicta genera: galline uidelicet atque perdicis: sperma ualde augmentant: atque ad coitum stimulando incitant. Anserum autem oua: fastidium faciunt: grauem habentia odorem. Sed galline et perdicis oua tēperata sunt et cōuenientia. Uitellus quoque oui in caliditate tēpatus existēs bñ nutrit. Albumen uero frigidum est et uiscosum: dureque digeritur: sanguis etiam ex

Uitell[us] Albumē

eo generatus: non est bonus. Que cum elixantur ꝛ dura fiunt: plus nutriunt: ad digerendum tamen sunt duriora: tardiusque de stomacho descendunt. Mollia uero ad descendendum uelocia his a quibus sanguinis fluxit multitudo: ac uires fuerunt diminute conferunt. Tremula uero que neque dura sunt neque mollia: inter illa duo media existunt. Que preterea gutturis ac pulmonis: conferunt asperitati: ex quibus sanguis temperatus ac multarum uirium generatur. Ipsa quoque aliquando uicem carnis retinent: quibus ualde pingues uti non debent.

De lacte ꝛ his que fiunt ex eo.

Lac recenter mulctum temperamento existit uicinum: licet frigiditati et humiditati parumper approximet. Quod corpus humectat ꝛ impinguat. Ethicis insuper ac ptisicis: nec non sicce tussi: atque ardori urine: ꝛ quibus iusquiamuz uel cantarides dantur: auxilium prebet. Corporibus siccis optimum tribuit nutrimentum: atque ad temperiem ducit: sanguinem quoque atque sperma augumentat. Eius tamen conuersio est uelox. Quapropter acute febricitātibus: uel quibus capitis dolor ex more accidit: colicis quoque ac quibus frigide ex consuetudine accidunt egritudines: nullomodo est tribuendum. Quod multipliciter diuersificari inuenitur. uidelicet secundum animalis speciem: ac secundum eius etatem: secundum loca quoque in quibus pascit: ac secundum propinquitatem sui temporis partui. Vaccinum enim lac: omni lacte cuiuslibet alterius animalis crossius iudicatur: quod etiam omnibus sui corporis pinguedinem adipisci uolentibus conuenientius existit. Asininum autem omni lacte subtilius est: quod in pulmone patientibus: dandum est. Caprinum uero lac: inter hec duo temperiem tenet. Sed ouinum: plures quam aliquod aliud procreat superfluitates. Camelinum preterea dolorem in epate patienti bus dandum est: atque complexionem habentibus corruptam. Lac itidem animalium pinguium ꝛ iuuenum que discurrendo bonas pascunt herbas: ꝛ partui adhuc uicina existunt: temperatum ꝛ melius iudicatur. Quod autem huic contrarium est contraria operatur. Lac in utre moram ad minus per octo faciens dies: unde et pingue efficitur: quod arabice uocatur seres: lacte recente frigidius est. Quod calorem extinguens: ante omnem comedi debet cibum: in die tamen laboris ac caloris. Raib uero seres multo est frigidius: quod stomacho calido atqꝫ calidis natura conuenientius existens: neruis ac frigidis egritudinibus nocet. Lac autē qđ post butiri extractionem remanet: fluxum uentris ex acumine collere rubee patientibus: corpusqꝫ habentibus macrum ac debile confert: qđ ad hoc melius erit: si ferrum ignitum totiens in eo post butiri extractionem extinguatur: quoad inspisetur: hoc.n. modo preparatum: ꝛ fluxum uentris ex collere rubee acumine: ac in intestinis uulnera patientibus utile existit. Serum colleram expellit rubeam scabiei quoqꝫ ac pustulis: necnon sabafati hyctericie etiā atqꝫ ei cui fortis uini potus nocuit: auxiliū prebet. Azubd: asperitati gutturis: ac impetiginem patientibus: necnon rubori faciei cum cutis crossitudine: atqꝫ pustulis siccis ꝛ asperis quando fricantur cum eo: auxiliatur fastidium tamen facit: atque superius ad os stomachi descendit. Butirum coctum stomachum debilitat: ac dura mollificat apostemata quādo ex ea fit emplastrū morsibusqꝫ uiperarum ac acutis uenenis: ac acutissimis confert. Qui autem eo in comestione usus fuerit: flegmaticas patiet egritudines. Nutribilius quoqꝫ omnibꝰ unctuosis: atqꝫ maioris existit uirtutis. Caseus recens: frigidius est ꝛ crossus. Qui carnis augumentatiuus existens adustionem reprimit stomachi: neqꝫ natura frigidis bonus dicitur. Vetus autem: secundum uetustatis quantitatem diuersificatur. Qui enim acuti est saporis: calidus est adurens: atque sitim faciens: ac male nutriēs. Verumtamen cum post comestionem parua ex eo sumitur quantitas: os stomachi corroborat. Satietatem quoque nimiam atque fastidium que ex dulcibus

et unctuosis: in ore stomachi prouenient ci bis aufert. Uerumtamen oportet, ut τ re cens dimittatur τ uet?. Lac similiter spis sum omnino uitandum est: generat enim la pidem in renibus eo utentium. Lac coagulatum fastidium facit: atq3 graue exi stens: appetitum non irritat ut caseus ne que sitim facit. Quod in sapore lacte atq3 caseo: unctuosius sentitur. Masal in frigidat fortiter: atq3 sitim τ colleram re primit rubeam: neruis ac frigidis egritudi nibus malum est. Serum lactis aceto si neruis minus prebet impedimentum quam masal.

De uirtutibus piscium.

P Pisces recentes frigidi sunt τ humi di. Omnes uero pisces ad digeren dum sunt duri: τ in stomacho longam faci unt moram: sitim quoque creant. San guis autem ex recentibus generatus fleg maticus est. Hij autem pisces corpus hu mectant: ac sperma augent. Qui colicis atq3 his quibus frigide accidere solēt egri tudines: mali existunt. Complexionem au tem habentibus calidam: atq3 his quibus collera dominatur rubea conferunt: licet eorum nutrimentum omnino sit malum. Cum alijs preterea cibis mixti: ad collere rubee extinctionē sunt meliores. Pisces enim semper in stomacho lōgam fatientes moram: sitimq3 generantes malas in cor pore adunant uiscositates: ex quibus mul te proueniunt egritudines. Omnibus au tem piscibus: ezie τ huui: sunt meliores: et eis similes. Postremo quoque illi sunt eli gendi pisces: quorum caro non est uiscosa: neque multum crassa: neque grauem habēs odorem. neque cito putrefiens. Ipsi insu per neque in lacubus neque in paludibus neq3 in locis fordes habentibus sint capti nq3 in luto malum habente odorem: neq3 in aqua malas habente herbas sint nutriti: neque maximi sint. Huiusmodi eni pisces omnibus sunt meliores. Qui uero his sunt contrarij: sunt deteriores. Saliti aūt pisces: nullo modo sunt comedendi: nisi in die i quo aliquis se medicari uoluerit. Si tamen eos aliquis appetit: parua ex eis sumatur quantitas. Qui cum rebus un ctuositatem habentibus τ satietatem faciē tibus sunt preparati. Ipsi quoque si ita ut sunt ul' in aqua salita positi comedantur appetitum parumper corroborant. Cocti autem saliti pisces τ infrigidati: destructio nem duorum proficuorum predictorum in se retinent. Neque eniз infrigidant: neq3 calidorum generant extinctionem: neq3 ēt incisionem: neque subtiliationem efficiunt. Qui in stomacho longam facientes moraз: sitim generant.

De seminib? τ speciebus τ alijs coqui ne necessarijs que quando cum cibis miscē tur condimentum prestant.

S Al calidus est τ siccus. Qui cibis auferens fastidiendi nocumentum: subtiliat atq3 appetitum excitat τ acuit. Eorum preterea sanguinem: qui multā ex eo sumunt quantitatem adurit. Uisuз quo que debilitat atque sperma minuit: τ pruri tum generat τ scabiem. Acetum frigi dum est τ siccum. Quod τ matiem efficit: τ uirtutem destruit: sperma quoq3 minuit. Colleramque corroborat nigram. Rubeā uero colleram ac sanguinem debilitat: ci bosq3 quibus ammiscet subtiliat. Mo ripsia totum quod sal operatur: licet for tior sit eo τ subtilior. Que τ uentrem la xat: τ uiscositatem incidit. cibosq3 subtiliat crossos: sitim quoq3 facit: atq3 stomachuз et epar calefacit. Piper cibuз digerit ac uentositatem dissoluit uehementer calidum existens τ siccum. Quod stomachum cale facit atque epar. Cuius caliditas cum ut dictum est fortis existat: corpora habenti bus calida τ precipue in estate nocumen tum prebet. Coriandrum frigidum est et siccum: cuius natura ut quod nutrire debet in stomacho tamdiu morari faciat. quoad eius compleatur digestio. Ideo que oportet ne de eo in cibis crosse natu re multum ponatur. Ciminum cal i dum est et siccum. Quod digestioni au xilium prebens: inflationem dissoluit: mi nus tñ q̄ȝ piper. Carui in caliditate τ sic citate: sicut ciminum existit: habilior tamen stomacho est: atque conuenientior. Uen

trem quoque stringit. keiffim calidum est et siccum. Quod digestiuam adiuuans: uentositatem dissoluit: et inflationem. Au iudem calida est et sicca. Que i stomacho diu morando: inflationem non dissoluit: luxuriam tamen commouet. Origanum calidum est et siccum. Quod ualde existēs babile: multum a stomacho diligitur. Excitat enim appetitum: atque uentositatem expellit. Cinnamomum calidum est et siccum. Quod stomachum et epar roborando digestiuam adiuuat: atque uentositatem expellit. Galange calidum est et siccum quod uentositatem dissoluit: ac digestiuam adiuuat. Cinamum cinnamomo uicinum existit: licet eo sit debilius. Mabarot calida est et sicca: que stomachū corroborat atqz epar.

De oleribus et que ministrantur ex eis in decoctione.

Lactuca frigida est. Que calidi stomachi ardorem reprimit atque sperma minuit somnumque facit. Enduuia frigida existens extinctionē male gignit caliditatis. Que stomachi ac epatis ardoribus confert: opilationem quoque dissoluit. Porrum calidum est et siccum. Quod licet appetitui auxilium tribuat: caput tamen dolere facit: somniaqz mala demonstrat: atqz his qui cephaleam pati soliti sunt: et qui a calore leduntur: malum existit. Coriandrum recens frigidum est: de quo non multa sumenda est quantitas: forsitan eniz mors ex eo sequeretur. Cuius parua quantitas: eadez que et lactuca operatur. Uerumtamen ipsum non humectat. Eruca calida est: que inflatiua existens: capitis creat dolorem: tardeque digeritur: sed uirgam erigere facit. Nasturtium calidum est et siccum: appetitum adiuuat: licet inflationem et capitis efficiat dolorem digestiuam preterea retardat. Fenugrecum calidum est: et inflationem non facit. Andacoca dolorem facit capitis. Que calida existit et inflatiua. Tarchon calida est et crossa. Que inflat ac digestiuam tardat. Ruta calida est et sicca: que et subtiliat atqz uentositatem et inflationem dissoluit. Melissa calida est. Que subtiliatiua existens: cordis patientibus tremorem congruit: atque inflationem faciens uirgam erigit: desiderium preterea comedendi tribuit: uomitūque aufert et singultum. Albetharogi calidum est. Quod et dolorem efficit capitis. et male nutrit. Cuius comestio utentis uisum turbat: quando eo multum utitur: sperma quoqz ac lac desicat: ori tamē stomachi confert: corroborat enim ipsum: atque cordi ipsum auxiliatur. Apium est calidum. Quod opilationem aperiens inflat: luxuriam cōmouet atqz malo oris odori: remedium tribuit. Neqz est comedendum: ubi scorpionum timetur punctura. Apiū romanum est sicut predictum licet subtilius sit: atque fortius operetur. Allia calida sunt et sicca: hec sitim auferunt libidinez efficiunt: atqz uentositatem expellunt: et corpus calefaciunt. Regionibus uero ac tēporibus: necnon corporibus calidis: nocumentum prestant: conuenientia in eius que illis sunt contraria. Cepe calide sunt et sicce. Que sitim faciunt: atque appetitum adiuuant: libidinique augumentum prebent: dolorem preterea capitis faciunt si crude comedantur in stomacho quoque: humores generant superfluos: atque flegma. Troximel agreste domestice: similis existit subtilior tamen est: atque fortius operatur. Arsef calidum est et siccum: et stomacho congruit.

Caulis romanus: et caulis de siria qui imperialis dicitur: calidus est et siccus qui colleram generans nigram: somnia mala uidere facit. Uerumtamen guttur ac pectus lenit: uentrem quoque fluere facit: atque ebrietatem aufert. Imperialis itidem eadem operatur: licet minoris sit caliditatis. Alij preterea inueniūtur caules: qui mosali et amedeni uocati: frigidiores existunt: quorum operationes napox opationib⁹ similes sunt: spma quoqz augumtant. Melongia calida est et multum sicca. Que et colleram generat nigram: et sanguinem adurit. atque in ore pustulas facit. Si quis ea usus fuerit. Si uero cum aceto coquatur in ore pustulas non facit. sed colleram fortiter reprimit ru

beam. epatis ac splenis aperit opilatiõem cuius comestionis modus deterior est: quando cruda comeditur: post quem est modus ipsam comedendi assatam. Post hunc uero est ille modus quo in patella coquitur. Napi calidi sunt et humidi. Qui inflationem ac crudum generant flegma: sperma quoque acuunt: atque gutturis et pectoris lenitatem efficiunt. Renes etiam et dorsum calefaciunt. Baurie calide sunt et inflatiue. Que et dure digeruntur: ac spermati acuitatem tribuunt: urinam quoque expellunt. Asperagi calidi sunt et humidi. Qui spermati augumentum tribuentes: renes calefaciunt: stomacho tamen non sunt congrui: immo nauseam aliquando efficiunt. Tubera frigida sunt et crossa flegma quoque generãt crudum. Que autem ex eis ruborem habent: mala existunt. Quorum multa comestio: colicam generat. Nec etiam absque calidis sunt edenda condimentis. Fungi tuberibus ualde sunt deteriores. Quorum quidam hominem strangulant atque occidunt. Qui autem ex illis boni existunt: in corpore uiscosum generant flegma. Alcorsof calida sunt. Que appetitiuam adiuuantia spermati augumentum tribuunt: atque urine prouocatiua siue expulsiua existunt: sudoris quoque fetorem auferunt cum ex eis multa sumitur quantitas: ac renes calefaciunt. Gosie sunt frigida et humida. Que tuberibus propinqua existentia: minus sunt frigida: atque eis meliora. Fesich est frigidum et humidum. Quod gosie uicinũ existit. Cautar calidũ ẽ et iflatiuũ. Qđ sperma augẽs: dolorẽ capitis et nauseã facit. Sabar calidum est et siccum: stomachum quoque ac epar desicat. Cuscutbe calidum temperate et siccum existens stomachum atque epar robusta reddit. Talea frigidum est et siccum. Quod stomachum faciendo robustum desicat: atque sanguinis ebulitionem reprimit. Sicle calide sunt. stomacho quoque male existentes: uentrem fluere faciunt: atque flegma incidunt. Firfir frigidus existens: sitim aufert. Portulaca frigida est. Que sitim et adustionem extinguens uentrem stringit: ac dentium aufert congelationem: et collere rubee superfluitatem habentibus: et his qui ex collera rubea fluxum patiuntur uentris confert: sperma quoque minuit. Atriplices frigidi sunt et humidi. Qui uentrem mollificantes: bene tribuũt hictericis quoque atque calidũ habentibus epar: beneficium prestant. Litri siue bliti attriplicibus uicinantur: calidiores tamen atque minus humidi existunt. Malua atriplicibus uicina existit. sed est eis leuior. Spinatia sunt temperata. Que gutturi atque pulmoni: necnon stomacho et epati congruentia: uentrem leniunt. Quorum nutrimentum bonum existit: et optimũ. Corrigiola calida est. Que stomacho mala existens: uentris facit fluxum ac nauseam efficit et angustiam. Acetosa frigida est et sicca. Que et uentrem stringit: et stomachum exasperat: colleramque rubeam et sitim extinguit. Cucurbita frigida est et humida. Que stomacho mala existens appetitum destruit: sitim quoque sedat: et epatis ac stomachi ardorẽ extinguit: quando in eis abundat calor. Anetum calidum est. Quod stomacho inconueniens nauseam facit. Lac quoque augumentat atque uentrem lenit. Rafanus calidus est et crossus. Qui in stomacho longam faciens moram: flegma incidit atque cibum ad os eleuat stomachi: uomitum quoque commouet. Cuius folia cibum digerunt: et appetitiuam adiuuant quando ex eis: parum sumitur. Keneiuri: fluxum facit uentris: epatis quoque ac splenis opilationem aperit. Enula calida est et sicca. Que stomacho multis repleto humoribus bona existens: epatis ac splenis aperit opilationem. Qui autem ex ea multam comedit quantitatez: sanguinis patietur corruptionez: ac spermatis incurret minorationem.

Capitulum de uirtutibus que ex condimento aufferunt fastidium de cibarijs et salsamentis.

g Ar⁹ calid⁹ ẽ et sicc⁹ sitiqz facit. Uerũ tñ stomachũ a flate purgat: maloque

oris odori beneficium prestat. Asane tu calidus et siccus. Qui sitim faciendo stomachum quasi abradendo a crosso purgat flegmate. Eo autem utentis: sanguis corrumpitur: atque ex eius esu scabies et eis similes generant egritudines. Rebibbe calidi sunt. Qui appetitum commedendi facientes sitim procreant: stomachum quoque mundant: atque ad spermatis emissionem stimulant. Sumekit calidi sunt. Qui stomachi humorem abradentes sitim faciunt. Capparis salmuria condita calida est ꝛ sicca. Que stomachi mala existēs sitim inducit: atque corpꝰ macrescere facit. Aiudē sale conditū: uehementer est calidum: doloremque facit capitis. Stomacho quoque multis repleto humoribus: atque cuius digestiua ualde existit diuersa auxilium prestat. Anetum sale conditum calidum est. Quod uomere uolenti congruit: et quando post cibum comeditur obest. Uniuersaliter uero omnium istorum sale conditorum uirtus: est ut eorum ex quibus fiunt uirtutes existunt. Que preterea ex sale ꝛ putrefactione secundam adipiscuntur naturam. in qua superflue siccitas: atque caliditas ꝛ acuitas existunt. Omnia uero que aceto condiuntur multaꝫ ex ipso acquirunt subtilitatem. Epar quoque infrigidant. Caparis que cum aceto conditur: minus calida est ea que in salmuria ponitur opilationi quoque epatis ac splenis congruit. Sepe aceto condite: neque calefaciunt: neque infrigidant. neque sitim faciunt sed adiuuant appetiuam. Citroli ꝛ cucumeres aceto conditi uehementer infrigidant: atque cum hoc subtiles existunt. Omnia autem aceto uel salmuria condita: in gutture asperitatem habentibus nociua existunt. Salmuria preterea condita eis quibus scabies ꝛ pruritus atque sabafati accidunt: nociua inueniuntur. Atque quibus egritudines predictis similes euenire solent: que ex sanguinis adustione: atque ipsius generantur corruptione. Sinapi calidum fortiter existit ꝛ acutum. Quod ꝛ flegma abradit. atque stomachum et epar calefacit. Ipsum preterea: sepe comedendum non est. Eius namque calor: fortis existit. neque debet comedi. nisi crossis amisceatur nutrientibus. Napi cum aceto conditi: frigidi existunt. Qui licet inflationem non faciant: colleram tamen extingunt rubeam. Oliue de aqua calide sunt ꝛ sicce. Que si ante cibum comedantur: uentrem mouent: ꝛ os stomachi robustum reddunt. Oliue autem de oleo calidiores sunt. Que ꝛ os stomachi minus corroborant: ꝛ uentrem minus fluere faciunt. Stirgar aceto condita calefacit ac digestiuam adiuuat. Brucult qui saliti non sunt. parumque calefaciunt: et inflatiui existentes: sperma augumentant. Saliti uero plus calefatiunt: ac sitim efficiunt. et sunt mali nutrimenti. sanguinem quoque adurunt. Salsa que ex aceto fit et carui cibum digerit: ꝛ non multum calefacit. Que uero ex allio fit uel sinapi in qua non ponitur acetum: calidissima est. Illa uero in qua lactis acetosi serum ponitur: eorum reprimit calorem. Phezipherezegi: calida est: humor quoqꝫ qui ex ea fit malus est. Que ꝛ neruos impedit atqꝫ inflationem facit.

Capitulum de uirtutibus fructuum et pomorum.

Dactili calidi sunt ꝛ crossi multumqꝫ dant nutrimentum. Qui si in comestione multo accipiantur usu sanguinē in interioribus generant crossum: dentesque corrumpunt: sanguinem quoque ac flegma accrescere faciunt. Rotab minus calidi sunt ꝙ dactili. Qui lenitiui existentes: stomachum rectificant. Que multum dulces calide sunt. minoris tamen sunt caliditatis quam dactili: neque opilationem ut ipsi faciunt. Inflatiue uero sunt ꝛ uentrem mouent: atque corpus uelociter impinguant. Uirge quoque erectionem augumentant. Que autem ex eis corticem habent subtilem citius descendunt: minusque inflant. His autem contrarie contraria operantur. Sed ille in quibus existit acetositas non calefaciunt: immo cum aqua frigida ablute: atque an-

te cibum comeste : calorem quasi extin gũt. Acerbe uero uue frigide sunt. Que et uentrem stringunt. et colleram rubeã reprimunt ac sanguinem. Uue autem passe. in calore sunt temperate. Que be ne nutrientes : opilationem ut dactili non faciunt : licet ipsi fortius ⁊ plus nutriant. Ficus calide sunt. Que cum sunt re centes : uentrem inflant. ⁊ leniunt humo rem creantes non malum. Sicce uero multum nutriunt : ⁊ calefatiunt. Quarum multus usus. pruritum ⁊ pediculos creat. Uentrem quoq; leniunt : quando ante ci bum comedũtur. Jumeȝ calidi sunt. Qui stomacho mali existentes : nauseam fa ciunt : atque subtilioris nature sunt quam ficus citiusque descendunt. Musa ca lida est. Que cum stomacho sit mala : fasti dium facit : citoque in colleraȝ conuertitur rubeam : appetitum quoque aufert. atque uentrem lenit. ⁊ gutturis remouet asperi tatem. Canna mellis temperate est ca lida. Que ⁊ guttur lenit. ⁊ urinam prouo cat ardorem preterea qui in mictu sentit. aufert ac tussi auxilium prebet. Ma la granata dulcia. non infrigidant. sed in flammationem et sitim faciunt : atque gut tur leniunt. Acetosa uero pectoris asperi tatem faciunt : stomachum ⁊ epar infrigi dant. Epar tamen proprie. Que col lere ac sanguinis calorem extinguentia : febrem reprimunt et uomitum. Cito nia dulcia ⁊ acetosa : stomachum efficiunt robustum. licet acetosa ad hec sint fortio ra : appetitum insuper excitant. Quo rum proprietas est uentrem stringere. Hec autem si post cibum comedantur. stercus cito descendere faciunt. atque a uentre expellunt. Ante cibum autem si comedantur : totum istud prohibent. Il la autem que acetosiora sentiuntur. in uen tris constrictione sunt fortiora. Pi ra que multum sunt dulcia non infrigidãt. Omnia tamen uentrem stringunt : si uero post cibum comedantur. Sic enim com mesta : stercus cito expellunt. post cuius expulsionem eorum est finis uentrem strin gere. Pira autem semi. licet mino ris sint nutrimenti in uentris tamen con strictione fortiora existunt : ac sitim sedant plus. Sorbe frigide sunt. Que et uentrem stringunt. ⁊ colleram reprimunt. rubeam. Nabach frigide sunt ⁊ sicce. Que ⁊ uentrẽ stringunt. ⁊ collerã reprimũt rubeam. Que uero ex eis sunt dulces. ad hoc sunt debiliora. Mora que sunt dulcia : in caliditate sunt temperata : ⁊ in stomacho fastidium faciunt. Acetosa uero frigida sunt. Que ⁊ uentrẽ commouent. et sanguinem fortiter reprimunt. Po ma frigidiora sunt acetosiora et magis stri gentia. Que licet ori congruãtur stoma chi ipsum tamen uiscositatibus replent. Pruna frigida sunt. Que licet uen trem moueant. colleram tamen rubeam re primunt. atq; appetitum auferũt. Per sica frigida sunt ⁊ crossa. Que licet arden ti conferant stomacho : dure tamen descen dunt : atque in sanguinem dure conuertun tur. Qui autem eorum esu usus fuerit : fe brium flegmaticarum incurret generatio nem. Crisomila frigida sunt. Que uentrem commouent. atque inflant : ⁊ col leram reprimunt rubeam. Stomachum preterea debilitant : eius extinguendo ca lorem. Quibus qui frequenter usus fue rit : in consequenti tempore febres patie tur. Ribes frigida est. Que et uen trem constringit. ac colleram rubeam et sanguinem extinguit. Melones dul ces : uelociter in colleram uertuntur ru beam. Alij uero sitim sedant : et humec tant atque urinam prouocant. Melo nibus autem siquis in commestione mul tum usus fuerit : collericam patietur passio nem. Cucumeres ⁊ citroli frigidi sunt. Qui et sitim auferunt ⁊ stomachum infrigi dant : atque urinam prouocant. Glan des frigide sunt et sicce. Que uentrem constringunt : atque urinam. Castanee melioris glandibus sunt nutrimenti : mi nusque stringunt. Nuces calide sunt. Que in ore uesicas faciunt : et calefaciunt ac capitis generant dolorem. Amig dale dulces : in calore sunt temperate. Que licet lenitatem gutturis faciant : gra ues tamen existunt diuque in stomacho mo rantur. Uerum ipse non solum opila tionem non faciunt. uerum etiam opila tionem aperiunt. atque urine sedant ar dorem : et cum zucharo commeste sper ma augumentant. Fistici callidiores

existunt amigdalis. atque epatis aperiunt opilationem. Auellane nucibus minus sunt calide: grauioresque ipsis existunt. Que a scorpione punctis beneficium prebent. Faragil calide sunt. que ⁊ sperma augumentant. ⁊ renes calefaciunt. et ea que sunt in circuitu ipsarum. Chabaro ortulana. calida est. Quod spermatis tribuit augumentum: ⁊ renes calefacit: et impinguat eos. atque menstrua prouocat. Saffasa grana calida sunt. Que et sperma augent: ⁊ corpus impinguant. Pini fructus multum calefacit corpus. Qui in aliquibus membris tremorem patientibus. atque asmaticis. cōfert sperma quoque auget. kilkil calida sunt Que et sperma augent. ⁊ dolorem fatiunt capitis. Grana zelem calida sunt ⁊ sperma augent. Canabis semen calidum est. Quod dolorem ac fastidium facit. Sisami semen calidum est. Quod ⁊ fastidium facit. ⁊ malum in ore generat odorem. stomachum quoque mollificat. ac uentrem lenit. Papaueris albi semen frigidum est. Quod gutturi ⁊ pectori bonum existens somnum auget. Gobora frigida sunt ⁊ sicca. Que et uentrem stringunt. ⁊ uomitum abstinent. Iuiube in caliditate sunt temperate. ⁊ sunt bone gutturi ⁊ pectori sanguinis quoque acuitatem: parumper extingunt. Silique que in terra nascuntur ierosolimitana. temperatum habent calorem. uentremque stringunt. Que uero in aliis nascuntur terris in uentris constrictione fortiores existunt. neque est in eis caliditas. Lutum commedendum frigidum est. Quod os stomachi robustum faciens: fastidium quod post commestionem fit. aufert atque in ore bonum efficit odorem. Qui antem ex eo maximam ieiunus comedit quantitatem. epatis opilationem. atque sue complexionis patietur corruptionem. Lutum lene calidum est. Quod in epate opilationem generat. atque splenem incrossat: et destruit appetitum: et sordidat stomachum. Penidii calidi sunt. Qui guttur ⁊ uentrem ac uesicam lenientes ea que in circuitu renum sunt calefaciunt. Mel calidum est: citoque in colleram uertitur rubeam: atque flegma quasi labendo destruit. Quod senibus frigidam habentibus complexionem confert. In estate autem. ⁊ qui calidam habent complexionem malum existit. Zucharum guttur ⁊ uentrem lenit. neque calefacit nisi parum. Cera niabim calida est: uētremque soluit atque guttur lenit.

Capitulum de herbis recētibus ⁊ bene redolentibus.

Serabram calidati attinet. Que quando super ipsam aqua roratur rosata: infrigidat et somnum prouocat. Maiorana calida est et subtilis: omnibus frigidis passionibus que in cerebro fiunt proficiens. Hemen calidum est et subtile. Rosa frigida est: capitisque dolorem ex caliditate prouenientem: remouet. atque crapulam aufert. Reumatismum tamen et sternutationem inducit. Viole frigide sunt ac somnifere. Que capitis dolorem a calore factum sedant. Mirtus frigida est ⁊ sicca. Que debilia menbra reddit robusta: quando super ea epithimatur. Poma citrina. cortices habent calidos. atque subtiles. Quorum caro licet sit temperata. ad digerendum tamen est crossa. Acetum uero eorum frigidum est ⁊ siccum. colleramque reprimit rubeam. Semina autem eorum omnibus uenenis utilia existunt. Mandragore poma frigida sunt. Que quidem in capite grauedinem atque subet efficiunt. Comesta uero nauseam ac uomitum inducunt. et fatiunt subet. atque forsitam interficiunt. Nenufar frigidum est. atque somniferum: dolorem quoque capitis sedat. Hochoen est calida grauedinem fatiens capitis: ⁊ facit subet. Sea flos calidus est ⁊ siccus. Qui nares habentibus opilatas remedium affert. Geusinim calida est ⁊ sicca. Que opilationi ac dolori capitis ex frigiditate: uel crossa uentositate accidentibus proficiens. cerebrum robustum efficit. Nesrim calida est ⁊ sicca. Que quidem callidam habentibus complexionem capitis uelociter affert dolorem. Narciscus calidus est et subtilis cerebro quoque auxilium prebet. Selengemisk calidum est ⁊ subtile tremorisque cordis et alguasa remedium

prestat. Flos lules frigidus est: atque cerebrum corroborat. fumumq3 reprimit calidum. Keiri calidi sunt. et subtiles: et citrini proprie hoc habent. Omnes preterea herbe in quarum odore sentitur acuitas et acritas et stimulatio ut flos sticados arabici: et mentastrum calide sunt. Quarum uero delicatus est odor ex quo anima sedatur: ut nenufar. et flos salicis. atque rosa omnes frigide existunt.

Capitulum de speciebus bene redolentibus et earum uirtutibus.

m Uscus calidus est et siccus. Qui calidis natura capitis dolorem uelociter inferens omnibus passionibus que in capite ex frigiditate fiunt ualde cōgruit nausieque bonus existit: atque appetitu carentibus confert. Ambra calida est. cerebrum quoq3 atque cor robusta efficit. Cāphora frigida est et humida atq3 subtilis. Que dolori capitis: nec non omnibus eius calidis confert egritudinibus. Quod etiam in toto operatur corpore. Sed qui eius odore multum usus fuerit. uigillarum sentiet detrimentum. Bibentis eam preterea renes infrigidantur atq3 testiculi. eiusq3 sperma congelatur. atq3 frigide egritudines. in istis procreabuntur locis. Xiloaloes calidum est et siccum: humidoq3 stomacho ac uiscositate repleto cōgruum existit. Safaram calidum est et siccum. Quod stomacho incongruum existens nausiam capitisq3 dolorem et grauedinem facit somnumq3 prouocat. Sandali frigidi sunt et sicci. Qui acutis conferunt egritudinibus quando patientes eos odorant: uel cum eis epithimantur. Totum preterea corpus si cum eis in balneo epithimatu3 fuerit: liberabitur a pruritu. Bunc calidum est et siccu3. Quod stomacho congruum existēs mali sudoris odorem atq3 psilotri incidit et aufert. Mahaleb calidi sunt. neruos crossitiem habentes mollificantes. quorum egritudo diuturna fuit et cronica. Aqua rosata frigida est et subtilis. Que dolorem capitis ex caliditate remouens: crapula3 atq3 nausiam soluit. multum tamen ea utentem cito canescere facit. Gariofoli calidi sunt et sicci stomachum quoque atque cor. robusta faciunt. Sigia calida est. capitis grauitatem fatiens ac dolorem. Blaccebizantie calide sunt. Que in capite grauedinem atque dolorem creant. Costus calidus existens et siccus opilationem aperit et purgat: carnemque corrodit superfluam. Qui reumatismum ex frigiditate patiente3 si nares cum eo suffumigentur adiuuat. Ciperi calidi existentes et sicci: malo oris odori. atque humido stomacho et uiscositate repleto congruunt. Usnem calida est et sicca. Que purgat et aperit opilationem. carnemque corrodit superfluam. Uniuersaliter autem omnium istarum herbarum bonum habentium odorem quam plures calide sunt. nisi ille ex quibus sentitur illud quod diximus. sicut sentitur ī aqua rosata et camphora. atq3 sandalis.

Capitulum de nominandis liquoribus unctuositatem habentibus.

o Leum calidum est. In quo autem maior morsus atque fortior odor sentiuntur. calidus existit. Ipsum preterea neque fastidium ut alia unctuositatem habentia facit. nec eorum habet crossitudinem. Oleum de nucibus uehementer calidum atque dissolutiuū existit. Oleū quod fit de neridem et ciperis calidum existens calefacit renes. Oleū re[illegible]im calidu3 est. neruosq3 a uiscositate que eis adherēdo inuiscatur purgat. Oleum amigdalinum temperatū est. Quod pectori atq3 pulmoni necnon uesice et renibus. auxiliu3 prestat. fastidiū tamen faci⁹ tardeque descēdit. Oleum seritinum stomachum laxu3 facit. Quod si multis diebus habitu3 fuerit ragadijs medelam prebebit. ac toci⁹ corporis asperitati auxiliabitur. Oleum raphaninum calidum est et subtile. atq3 dissolutiuum. dolori auris ex frigiditate: uel crossa uentositate medelā tribuēs. Oleū deben calidum est: et molificatiuū. Oleū de lilio calidum est et subtile. neruos lenēs dolorique matricis proficiens. Oleu3 de narcisco: est sicut illud quod fit de lilio. Oleum uiolatum frigidum est et soniferum. Oleum de nenufare simile ē huic fortius tamen operatur. Oleum de semine cucurbite. illis duobus simile iudicatur. Quod etiam calori atque uigilijs cōgruum existit. Butirum omnibus unctuositatē habentibus plus nutrit crossiusq3

existit. Oleum rosatum frigidum ē: do
lori capitis ac reliquis eius egritudinibus
ex calore euenientibus: remedium tribuit.
Ad ultimum uero: oia unctuositatem habē
tia: eorū ex quibus fiunt similitudinem reti
nent. Oleū costinum: calidū est: neruosq3
calefacit: tremulosis ac paraliticis auxiliū
prebens. Quod stomacho frigido si cum
eo epithimet: cōfert: atq3 si emplastris mix
tum fuerit: auxiliabit. Oleū mirtinum
frigidum ē: capillosq3 efficit robustos.
Oleum de keiri calidu3 est z subtile leniti
uu3 z resolutiuū: z proprie qđ ex citrino cō
ficitur. Balsamum uehemēter existit ca
lidum. Quod z lapidem frangit z pessari
zatum ad impregnandum ualet. Oleu3
nardinū calidu3 est: qđ stomacho frigido cū
ex eo epithimat congruit. Oleū mastici
num similiter emplastro ammixtum: atque
stomacho frigido suppositum: uel etiam in
emplastris positum beneficium prestat.

Capitulum de uestimentis.

Omne uestimentum lene z tersu3: mi
norem corpori affert calorem. Qđ
ad uestiendum in estate: melius existit. Cui
simile iudicatur: uestimentum qđ cū texitur
rarū remanet. Quod autem pilosum est:
neq3 radiosum z spissum inuenitur: corpus
magis calefacit: quo in hieme est utendum
lineū uero omnibus uestimentis frigidius
corpori existit: eiq3 minus adheret: unde z
minus calefacere iudicatur. Uestimentu3
aūt de coto factū: lineo calidius est: atque
corpori magis adheret. Sed uestimentu3
de seta factū: lineo calidius est de coto ṽo
facto frigidius existit: carnē quoq3 auget.
Omne preterea uestimentū asperitatē hñs:
carnē macrescere ac duram sentiri facit.
Quod aūt huic contrariū existit: contraria
opatur. Uestimēta itidē de lana uel pil' fac
ta: callida sunt z aspera corpus debilitātia
z proprie i estate. Que aūt de pilis came
lorū uel caprarū fiunt: callidissima sunt corpi
q3 multū adherentia ac uehemēter calefaciē
tia. Basdia itaq3 tantū calefacit: quantu3
uestimēta de lana uel pilis texta: licet neq3
exasperet: n3 carnibus noceat. Pellis quo
q3 asiuceb: omnibus pellibus pilos hñtib⁹
minus calida existit. Uulpina aūt: oibus ē
calidior: que calidā habentibus complexio
nem: nullomodo confert. Postquā siberis
pellis in calliditate scđa existit. Phanee āt
khabakim atq3 aguasil: tēperate callefaciūt
leuesq3 existunt: corpa temperataq3 hñtib⁹
conferūt. Alie uero pelles atq3 pili quorū
nō fecimus mentionē: cū in quantitate sint
superflua: null' nisi corpora hñtibus crossa z as
pera conferunt.

Capitulum de uentis z aere.

Uentus a polo ueniēs septentrionali.
a pte uidelicet minoris urse ac maio
ris: frigidus ē z siccus. Qui corpora effi
ciens dura: reddit robusta: sensus quoq3 at
q3 cap̄ leuia facit. Ipse etiam oibus uētis
melior existēs putrefactionē plus remouet
tussim taṁ facit. Egritudies quoq3 que in
pulmone ac gutture fiūt: nec ñ reumatismu3
siue corizā adducit. Uentrē insuper strin
git: sed urinā prouocat. Uentus aūt a po
lo ueniens meridiano: a parte subel: corpa
dissoluit: sensus turbat: atq3 dolorē capitis
z oculorū egritudinē facit: epilepsia3 quoq3
ante consueta tēpora accelerare facit: febres
itidē parit pp suam putredinē. Gutturi ta
men z pectori z pulmoni exasperationem
non attribuit. Est ēt plus oibus uentis e
gritudinem inferre paratus: z quāmaxime
si in estate flauerit uel in fine ueris. Uen
tus aūt qui ab extremitate ortus uernalis
usq3 ad extremitatē ortus hyemalis pflat:
atq3 ille qui ab extremitate occasus uerna
lis: usq3 ad extremitatem occasushyemalis
uenit in calliditate z frigiditate oio tempe
rati existunt. Qui aūt ab oriente ad nos tē
dit melior est. Sed qui ab occidente dete
rior z crossus magis existit. Aer pterea
oibus melior clarus ē z subtilis: in quo n3
multi existūt uapores: n3 quietus neq3 pre
focatus inuenit: s3 uenti uenientes ad eum
cōmouent ipsu3: atq3 cū atrahitur: delicat⁹
sentitur: q uelociter post solis occasum infri
gidatur. Aer uero oia que diximus hñs
contraria: oibus deterior iudicatur. Qui
aūt ori stomachi atq3 cordi quasi compressi
onem inferre sentitur: atq3 ex multa sua ca
liditate z crossitie anhelitum suum retinet
Atq3 ille in quo multi sequuntur uapores
crossi p uicinitate lacunarū z stagnorū in qui
bus aque inueniuntur stantes: uel in quib⁹
fetores ex rebus putridis uel cadaueribus
existunt: aut in quibus est calor uehemēter
ardens: uel qui constrictus a uentis nō mo

uetur: omnes isti generaliter pestilentiales existunt. Aer quidem prefocatus in locis que inter multas site sunt fauces: inueniẗ: uel quem montes altissimi ⁊ lacune circundant ad quas multi non ueniunt uenti.

Capitulum de ciuitatibus.

s Ciendum est qđ maior mutatio in ciuitatibus est a parte suarum latitudinum. Ciuitates eñi que sunt septentrionales: frigidiores existunt. Meridionales uero existentes: calidiores sunt: frigide aũt ciuitates: saniores sunt. Unde q̄ i eis morantur: corpore maiores sunt ⁊ fortiores: atq; melius digerentes: ⁊ colore pulchriores: ac leuiora hñt corpora. Calide autē: his oĩbus contrarie sunt. Ciuitates itidē quas septentrionales coopiunt mōtes: quā obrem septentrionales: uenti ad eas min⁹ ueniunt: utilitates quas septentriōales eis uenti erāt prebituri āmittunt. Qua pp si cū hoc meridionales uenti ad eas transeūt: fit eoꝝ complexio calida ⁊ hũida: sed ciuitatū septentrionaliū cōplexio: frigida existit ⁊ sicca: paucas febres atq; paucas efficiēs putrefactiones. Ciuitates autē meliores sunt ⁊ tēperatiores: que cū ab oriente sint discooperte: ab occidente cooperte inueniuntur. Quibus contrarie: deteriores iudicantur. Ciuitates preterea que a parte septentrionis habēt mare: septentrionales sunt. Que uero a septētrionis parte habēt montes: ⁊ a meridionali sunt discooperte: meridionales dicuntur. Ciuitates itidem quas undiq; montes circūdant: que scilicet in predictis existūt faucibus: egritudinum oculoꝝ ualde generatiue existūt. Ciuitatū aũt in alto sitaꝝ que a multis perflantur uē tis: aer bene redolens ac subtilis existit. Ille similiter ciuitates in quibus aquarum multitudo ac multe inueniuntur arbores: hũidiores sunt: in quibus oculoꝝ egritudines sepius generari solent. Ciuitates aũt in plano site: que quasi abrase: uel a predictis nude existunt: in quibus aquaꝝ est paucitas: sicce sunt. Que si super lapidē sint site: sicciores iudicantur. Ciuitates similiẗ quarum lutū rubeum habet colorem: inter humiditatem ⁊ siccitatē mediocres existūt. Quarum autem lutum nigrum ⁊ cenosum existit atq; insuauem habet odorē male sunt ac putride. Terra preterea paludestris que cum aere existit calido: deterior est. Que quando est frigida: minorem habet malitiā. Ad ultimum uero ciuitas calida: colorem atque corpus citrinitate afficit uel nigredine. Que carnium ⁊ sanguinis minorationem faciens corpus debilitat atq; uirtutē dissoluit. Frigida aũt existens ciuitas: huic oĩo contraria existit: humiditati quoq; attinens ciuitas: capilos longos: ⁊ corpus lene ac pingue: neruosq; efficit laxos. Sicca uero existens ciuitas: huic redditur contraria.

Capitulum de uirtutibus Elfoꝝū ad comedendam suauium que de fructibus ⁊ floribus fiunt ⁊ uocantur arabice miranbabat.

z Ucharum rosatum stomacho humoribus repleto si a ieiunis sumatur ⁊ bene masticetur: confert quando post ipsū aqua bibitur calida. Quod hi qui calorē patiuntur ⁊ ardorem: nullomodo comedere debent: ⁊ maxĩe si estas fuerit. Calefacit eñi ⁊ sitim affert. Quod si ipsum propter illud qđ diximus comedere necesse fuerit: cū sirupo acetoso de zucharo facto: accipiatur. Zucharum uiolatum guttur lenit: ⁊ tussim mitigat: facilemq; reddit screatum: atq; uentrem lenit. Stomachum tamē dissoluit ⁊ appetitum destruit. Elactuariū de mirobalenis indis cum zucharo: stomachum corroborat ⁊ preparat. A quo humorum superfluitates ex cibo preterito remanentes exprimendo educit. Quo si quis sepe utatur colorem acquirit bonum: ac canicies: tardabitur. Trifara tamē minor: in istis actionibus fortior existit: licet sperma minuat. Zinziber conditum cū melle: uehementer calidum est. Quod stomachum atq; epar calefaciendo: cibi adiuuat digestionem uirgam quoque erigere facit. Secacul conditum fastidium faciēs appetitum destruit: sperma tamen uehemēter augumtat quando eo aliquis sepe usus fuerit. Piper nigrum conditum ⁊ longum: zinziberi cōdito uicinū existit. Alia uero elactuaria: causa delitiarum tantummodo comeduntur.

De uirtutibus spetierum quibus omni ho
ra multum est utendum quod secundum lit
terarum arabicarum ordinem dispositum ē
Cuius enim specici nomen incipit ab. A. i
capitulo de. A. inuenitur: similiter quoque
in alijs fit litteris. capitulum de. A.

a Sarum calidum est ⁊ siccum. Quod
i epate opilationē habentib⁹ cōfert:
⁊ urinam prouocat: atq; yposarcam patien
tibus auxilium confert. Squinantum cali
dum est ⁊ siccum: duro apostemati stomachi
uel epatis beneficium prestans: quando ex
eo fit emplastrum desuper. Usnee parū
existit calidum. Quod uomitum abstinen
do stomachum efficit rigidum. Antroci
onium frigidū est: ⁊ siccū. Quod oculū effi
ciens robustum: ipsius custodit sanitatem.
Suppositū quoque mestrua constringit.
Ebel calidum est ⁊ siccū menstrua uehemē
ter prouocat: atque abortire facit. Aca
tia ē frigida ⁊ sicca. Que sanguinis arcet
fluxum: atq; longationē exeuntem reducit i
terius. Uentrem quoq; stringit. Sar
colla in ocnlis patientibus lippitudinē con
fert: plagis ēt recentibus remediū prebet.
Epithimum calidum existens: colleram ex
pellit nigram ac timorē minuit. Berbe
ris frigidum ē. Qđ et uentrē stringit ⁊ si
tim aufert: stomacho quoq; ac epati ardo
rē patientibus remediū affert. Emblici
frigidi sunt ⁊ sicci. Qui ⁊ stomachū faciūt
robustum: ⁊ capillorum corroborant radices
Azedarach calida ē ⁊ sicca. Hec opilatio
nibus que sunt in capite cōgrua existēs: ca
pillos ꝑlongat: fructus tñ ei⁹ ualde existit
stomacho nociuus: qui ēt qñq; ꝑniciosus in
uenit. Urtica calida ē: que coeundi sti
mulans uoluntatē: de pectore uiscosum ex
pellit flegma: uentrēq; mouet. Coagulū
oē calidum ē. Qđ ⁊ uentrem uehementer
constrigit: atq; sanguinē fluere nō ꝑmittit.
Squilla calida ē ⁊ acuta. Hec aūt epilēpsie
ac tumori splenis: nec nō eius magnitudini
atq; uiperarū morsibus: ⁊ disuie uetuste au
xiliū tribuit. Absinthiū calidum ē ⁊ sic
cum. Qđ stomachū reddens robustū: epatis
aperit opilationē: atq; febribus longi tꝑis
auxiliat. Sticados calidus ē: colerāq;
nigrā ⁊ flegma expellit: epilēpsie quoq; ac
melancolie beneficiū prebet cū multociens
bibitur ut uentris faciat purgationem.

Mellilotū calidū existens: dura apostema
ta in artubus uel in interioribus nata: mol
lificat. Anisum calidū ē. Quod uento
sitatis dissolutiuū existens: epatis apit opi
lationē: coeundi ꝑterea uoluntatē stimulat.
Amoniacū calidū existens: dura mollificat
apostemata: scrofulasq; dissoluit.

De. B.

b Alsami semē atq; lignū uiparum ac
morsibus: necnō matricis dolori:
congrua existūt. Anacardi calidissimi
sunt: frigidis egritudinibus ⁊ obliuioni au
xilium ferētes. Sanguinis tñ generant ad
ustionē: ac fortassis ad amentiā perducūt.
Baurach calidus ē ⁊ siccus. Qui uomit⁹
prouocatiuus existens: uentrē cū supponit
mollē reddit. Corallus frigidus est.
Qui bene trit⁹ ac potui datus: emoptoicis
auxiliatur. Oculū preterea corroborat at
q; lacrimas stringit. Bedeguart calidi
tati attinet: ac febribus longi tēporis reme
diū affert. Ebus calidus ē. Qui dura
apostemata mollificando resoluit: ⁊ fatiei su
ꝑpositus: pannū eius aufert. Cuius ūctuo
sitas: crossitudini in mēbro post sui retificati
onē remanēti confert: cordasq; siccas: mol
les efficit: neruos preterea calefacit. Sto
macho tamen malus existens: nauseā facit:
atq; uentrē laxat. Faugēkest calidus
ē ⁊ siccus. Qui cū tumori epatis ꝓficiat:
uirgā tamen erigere non ꝑmittit. Bēs
iusquiami spēs inebriant ⁊ stuporē faciunt:
deterius aūt oibus nigrū iudicatur: quia in
terficit. Jusquiamū aūt tritum: atq; aposte
matibus in qbus uehemēs pulsus ē supposi
tum destruit sensum. Psilliū frigidum ē.
Quod si cū iulep bibitū fuerit: febrem exti
guit acutā: ardorēq; sedat: pectus quoque
lenit: atq; in intestinis uulnera hñtibus san
guinolenta: assatū ⁊ bibitū auxiliatur. Si
aūt cū aceto mixtum moueat donec coagule
tur: atq; artubus calida patientibus aposte
mata superponat: dolorē sedat. Beem
rubeum calidū est: ⁊ coeundi incitat deside
riū. Capillus ueneris calidus ē. Qui
si adustus fuerit: ⁊ loca capillis denudata
ex eo fuerint inūcta: capillos nasci facit: ⁊
scrofulas dissoluit: pulmonē quoq; a crossis
hūoribus quibus est imbibitus mundat.
Bulbus est cepe quod comeditur. Qui
coeundi preterea stimulat desiderium: atq;

fatiei superpositus:eius delet pannum.
Satirion calidus est. Qui ⁊ spermatis au gumentatiuus existit:⁊ podagre confert.
Pollipodium calidū existens : colleram ex pellit nigram:colicamqꝫ dissoluit. Ho rongi flegma atqꝫ ascarides expellit.
Bellirici in sua natura emblicorum uicinā tur nature.

De Cain.

c Castoreum calidum existens neruos calefacit : ac mestrua prouocat tumo remqꝫ dissoluit. Cilbeuce calidum est. Qđ uehemēter uomere faciens:confert pa raliticis si cū eo uomere cogātur. Cuius ac tio operationi elł'i uicina existit:de quo nō est dandū nisi pondus dragme uniꝰ : fatasse eni ex multo uomitu qui fit ex eo prouenit mors. Nux methe facit stuporē. Que qñqꝫ pernitiosa existens inebriat: ⁊ nauseā ac uomitū infert. Nux muscata calida ē ⁊ sicca. Que uentre stringēs : stomacho at qꝫ epati frigidis cōfert. Gentiana cali da existens:pūcture scorpionis:ac epati fri gido : splenis quoqꝫ opilatiom atqꝫ timori congrua existit. Opoponax calidissimū est. Quod cū uehemēter uētositatis sit dis solutiuū:his qbus crossa accidit uentositas confert:dolorıqꝫ matricis ex frigiditate au xiliatur. Jadac calida ē. Que licet capi tis generet dolorē : febribꝰ tū longi tempo ris atqꝫ ydropisi:necnon ytericie:atqꝫ pū cture scorpionis remedium affert. Sip sum frigidum est ⁊ siccū. Qđ sanguinem cū albumine oui mixtū:atqꝫ loco superpositꝫ retinet. Ipsum aūt nullomodo bibendū est Bibitū enim forsitan pnitiem affert.
Balaustie frigide sunt ⁊ sicce. Que ⁊ uen trem stringunt : ac sanguinem fluere non permittunt.

Capitulum de del.

d Darsesabam calidum est ⁊ ponticum. Qđ uesicis oris si cum eo fiat gar garismus:uel eius apozimate os abluatur: perutile est:minctus preterea difficultati : atqꝫ neruorum mollitiei proficit:fetori quo qꝫ narium si licinium in eius apozimate inti ctum naribus immissum fuerit auxiliatur.
Dulb folia ⁊ nuces frigida sunt ⁊ sicca. Que trita ⁊ aceto mixta: atqꝫ ꝑ emplastro loco igne adusto superposita remedium affe runt. Cuius cortex cum aceto coctus dolo ri dentiū confert:si eo os abluatur. Uis cus calidus est ⁊ siccus. Qui uentositatem dissoluit atqꝫ apostemata. Saiem frigidus est:uentrē quoqꝫ stringit :plagasqꝫ recētes coniungit. Uatiranech calida est : que crosse conferens uentositati dolori matri cis ex frigiditate tremorique cordis cum frigiditate ac puncture scorpionis: auxi lium prebet. Oleander calida est:scabi ei atqꝫ pruritu confert : asinos ⁊ animalia ac homines comesta interficiens. Antiqs tamen doloribus ⁊ uetustis genuum ⁊ renū remedium affert.si ex ea fiat emplastrum.
Deiudar uehementer est calidum. Quod frigidis egritudinibus cerebri ⁊ neruorum conferens : stomacho ac epati frigidis bo num existit. Cuius est proprietas applic atqꝫ paralisi remedium prebere. Fex uini calida existēs : dura dissoluit apostema ta. Fex aceti non calefacit immo apo stematum calorem super ipsa epithimata reprimit.

Capitulum de he.

m Hirobalani citrini colleram rubeā ex corpore educunt. Nigri uero stoma chū preparando corroborāt emorroidisque conferunt. Yboe calida est ⁊ sicca atqꝫ subtilis stomacho ⁊ epati auxilium pbens.
Ypericon calida est ⁊ subtilis. Que ⁊ opi lationis est apitiua : ⁊ dolori coxarum con fert. Ypoquistidos que herba uocatur yrcina:frigida est ⁊ pōtica. Qua utuntur ubi necessaria est retētio ⁊ stipticitas.

Capitulum de gau.

a Corus calidus est ⁊ siccus. Qui cros se uētositati : ac spleni duro:nec non grauedini lingue confert. Guasima ca lida est:⁊ pontica : cum qua capillorum fit tinctura.

Capitulum de ze.

z Inzibeꝛ calidum est ⁊ humidū. Qđ ⁊ cibum digerit:⁊ uentrem mouet : stomacho quoqꝫ atqꝫ epati frigidis cōfert. Obscuritati itidem oculorum ex humidita te in oculis positum uel comestum auxiliat Omnes aristologie species calide sunt:opi lationem aperientes : ⁊ scorpionis punctu re conferentes. Que ⁊ menstrua prouo cant:⁊ abortire faciunt. Ysopus que ue getatur calida est ⁊ sicca. Que ut origanū ualens:pectus ac pulmonem:purgat. As

mati preterea atqȝ uetuste tussi: ꝛ antique confert. Flegma itidem ꝛ uermes e corpore educit. Ysopus autē humida que ꝛ cerotes dicitur: que ex lane sordibus fit: dura maturat ꝛ mollificat apostemata: ꝛ ꝓprie ea que i uesica fiunt ꝛ matrice. Zurumbet calida est ꝛ sicca. Que uentositatē dissoluens: uenenosorum animalium morsibus ualde proficit: atqȝ impinguat. Argentum uiuū quando extinguitur: ardens est. Quod scabiei ꝛ pediculis auxilium affert. Azegi calidum existens ꝛ siccum: scabiē ex humiditate desiccat: atqȝ sabafati ex humiditate factam: emendat: sanguinemqȝ ex naribus fluentem naribus insuflatuȝ: ꝛ sanguinis fluxum ex percussione: supositū stringit. Arsenici oēs species calide sunt: ꝛ incendētes conferunt: scabiei: ꝛ putredini: ꝛ sabafati humide. Herpiti preterea estiomeno atqȝ pediculis remedium affert. Asmati preterea si cū eo suffumigatio uł epithima fiat. confert. Maculā insuper que ex sanguie mortuo accidit propter pcussionem: remouet. Spuma maris plures habet spēs. Que oēs calide existentes ꝛ sice: scabiei ꝛ morfee atqȝ alopitie auxiliant. Vitri ꝓprietas est: lapidem qui in uesica generat frangere: furfures ꝑterea aufert: si cum eo caput lauetur. Zarnab calidum existēs ꝛ siccū: stomacho atqȝ epati frigidis cōfert: uentrēqȝ stringit. Ziniar calidū ē ꝛ corrodit carnem.

Capitulum de ha.

a Momum calidum est ꝛ siccum. Quod opilationi epatis ex frigiditate proficiens: dolorem aufert matricis. In capite tn̄ grauedinem: ꝛ dolorē atqȝ scothomiā generat. Alcbanna: pustulis que sunt i ore ꝛ adustioni ignis remedium affert. Litiū inter caliditatem ꝛ frigiditatem temperatum existens: calidis oculorum apostematibus confert: si cū eo epithimētur. Quod mollibus atqȝ solutis apostematibꝰ confert ꝛ pannum faciei epithimatū: nec non in gutture trāsglutiendi duritieȝ gargarizatuȝ aufert: orisqȝ pustulis auxiliatur. Horf calidissimū existens: stomachum ꝛ epar calefacit: uentremqȝ mollificat: ac uermes e uentre educit: coeūdi preterea stimulat desiderium: ꝛ pulmonem mundat. Asmati quoqȝ ꝛ crossitiei splenis prodest aborsum itidem facit. Hasse calida est. Que i oculo posita uel comesta: uisus debilitati confert: asmatiqȝ prodest: atqȝ uermes expellens: facit aborsum. Ad digerendū insuper cibum adiutorium prebet. Harmel calidū existens: inebriat: ꝛ dolorem capitis facit: uomitumqȝ cōmouet: urinā quoqȝ ꝛ menstrua prouocat. Hasech frigida est. Cuius apozima bibitū: lapidem frangit: ꝛ sperma auget: atqȝ urine soluit constrictionem. Habenil flegma expellit: morfee albe atqȝ albaras auxiliaṫ. Conturbationem tamē ꝛ nauseam facit. Colloquitida calida existens ꝛ sicca: crossum expellit flegma: ac caput mundat: ꝛ neruorum dolori atqȝ sciatice passioni: nec non podagre frigide: ꝛ elefantie beneficium parat. Ferri squama: stomachum corroborat: ꝛ emorroydaruȝ stringit sanguinem. Aqua uero in qua ferrum extinguitur coeundi stimulat desiderium: crossoqȝ confert spleni. Sēpuiua frigida est. Que calidis apostematibus ac adustioni ignis: ꝛ oculorum egritudini: epithimata congrua existit.

Capitulum de ta.

t Amaricus frigida ē ꝛ sicca: ex cuius folijs emplastrū super molle apostema positum: auxiliatur. Eius āt apozima in ore tentū: dolorem dentiū sedat. Vinum preterea in quo folia eius cocta fuerint bibitum splenē subtiliat. Idem quoqȝ facit uinū uel sirupus acetosus cū paruo sciphoex eiꝰ radice facto si diu bibaṫ. Tubbab ē frigida apostematibus calidis cum ex ea emplastrum desuper ponitur: conferens. Tarathit frigida est ꝛ sicca. Que ꝛ uētrē stringit: ꝛ sanguinem exire prohibet. Spodium frigidū est ꝛ siccum. Quod febribus acutis: ac siti ꝛ nimio uentris fluxui: ꝛ uomitui confert: pustulis quoqȝ que in ore ꝛ lingua nascuntur: atqȝ tremori cordis auxiliaṫ. Terra sigillata: ꝛ armena utreque sanguinem spuentibus atqȝ emorroydas patientibus: nec non omni loco ex quo sanguis fluit congruunt. Alia uero terra que a quibusdam consuete comeditur: in epatē creat opilationem: ꝛ complexioneȝ destruit: ꝛ precipue eorum qui ad hoc parati sunt: os tamen stomachi rigidum reddit: fastidium ex cibis fastidiosis factum: atque nauseam remouens. Talisa far calida ē

⁊ sicca. Que fluxum uentris: atqꝫ ulcera in
testinorū ⁊ emorroydas remouet.

Capitulum de ge.

m Andragora frigida ē fatiens stuporē
Que si in uino mittatur: ualde inebri
at. Medicinis aūt āmixta: dolorē aufert
de qua si maxima bibatur quantitas per
nitiem inducit. Titimalli multe sunt spe
cies: que oēs calide existentes: adurunt ac
soluunt uentrē ⁊ nauseam efficiunt. Corpus
quoqꝫ ulcerāt. Gembut frigidum est ⁊
siccum: fluxum prohibens uentris sucusque
eius bibitus: hictericie medetur.

Capitulum de k.

u Itis de qua fit uinum folia uel ꝑpu
tia trita: ⁊ more emplastri super cali
da apostemata posita: atqꝫ dolenti capiti:
beneficium prebet. Sucus preterea ipso
rum: si bibatur uentrem ac uomitū stringit.
Gummi aūt eius lapidem frangit: ⁊ scabieꝫ
remouet. Thus calidū existens ⁊ siccū
carnē in uulneribus creat: uentrem quoque
ac uomitum arcet: ⁊ intellectū acuit: de quo
tamen si multa sumatur quātitas: adurit san
guinem: ⁊ efficit alguesegues: tremori iti
dem cordis auxiliatur. kamepitheos ca
lidus est: constructioni urine: atqꝫ ycteritie.
⁊ sciatice passioni: conferens. Condisi
calidum est. Qd̄ uehementer uomitum ac
uentris solutionem prouocat: sternutationē
que cōmouet. karmesich frigidū ē ⁊ sic
cum: quod et uentrē retinet ⁊ fluentem sistit
sanguinem: dentibus preterea qui frangi ī
cipiunt atqꝫ moueri: auxiliatur. karabe
frigidū existens ⁊ siccū: mēstruoꝝ supfluitati
atqꝫ emorroidis ⁊ emoptoicis nec nō disin
tericis: ac cordis tremori remediuꝫ cōfert.
kesile calidi sunt ⁊ sicci. Qui cum corpus
impinguent: stomacho boni existunt.
keste calidum est: corpusqꝫ impinguat: ac
stomacho confert. Cubebe calidum est
opilationes apiens. Quod ⁊ uritides po
ros mundat: ⁊ guttur mundificat: uentrēqꝫ
stringit. Sulphur calidum est. Quod
adustionem faciens: scabiei confert: si cum
eo fiat inunctio: atqꝫ asmati si bibatur auxi
lium prebet. Camedreos calidus est.
Qui cum opilationem aperiat: splenis cros
sitiem atqꝫ ycteritiam remouet. Draga
gantum guttur lenit atqꝫ pulmonem: tussi
quoqꝫ confert. kebikegi calidū existens
adurit ac sitim facit: scabiemqꝫ remouet: si
ex eo inunctio fiat. kildaru calidum est
⁊ expellit ascarides.

Capitulum de lem.

a Migdale amare calide sunt. Que
epatis aperientes opilationeꝫ: asma
ti atqꝫ lapidi qui in renibus ⁊ uesica est: cō
ferunt. Plantago frigida est: congrua
existens apostematibus calidis ⁊ adustioni
ignis: quando more emplastri superponit̄:
dolori quoqꝫ auris auxiliatur: si ex calidita
te fuerit. Cuius semen ulceribus confert ī
testinorum. Draguntea calida ē. Que
opilationem aperiens: desideriū stimulat
coeundi: atqꝫ antiquo asmati: beneficium ꝑ
bet. Lacca calida ē: calori epatis: atqꝫ
ydropicis proficiens. Lingua auis sp
mati augumentum tribuit: ac cordis remo
uet tremorem. Buglosa melancolicis
est bona: tremori cordis atqꝫ uesicis oris
conferens. Larghia calida ē: atqꝫ adu
rens. Que ⁊ uentrem soluit: ⁊ uomitum
facit.

Capitulum de mum.

m Ll calidum existens: urine congruit
constrictioni: si bibatur uel sup femur
more emplastri ponatur. Mastix cali
dum existens stomachuꝫ ⁊ epar corroborat
Bdellium iudaicum calidum existens.
Quod dura dissoluens apostemata: emorro
idis utile iudicatur: bdellium tn̄ de mecha.
frigidum est ⁊ siccum: uentremqꝫ stringit.
Mumia emoptoycis bona existens: ruptu
ram uel fracturam ueolciter restaurat. Do
lorem preterea gutturis ac dissolutionis: ⁊
concussionis: ⁊ plagarum sedat. Illi autem
qui dixerunt quod perfecte emendat: menti
ti sunt: dolori insuper ex frigiditate narib᷒
cum oleo sambacino insufflata: auxiliatur.
Meizahara calida est. Que uentrem sol
uens: podagre: ac coxarum: ⁊ costarum do
lori confert. Mirra calida est. Que
tussi antiqꝫ congrua existens: uocem efficit
claram. Scotomiam tamen inducit: dormi
re preterea faciens menstrua prouocat: ac
puncturis scorpionum bibita beneficiū pre
bet. Memithe frigidum existens: apo
stematib᷒ calidis: more emplastri superposi
tum: cōfert. Meubedhena: calide sunt
uentremqꝫ soluunt atqꝫ uomitum ꝓuocant
uehementer: podagre quoqꝫ conferunt.

Marcasitha calida existens: oculum facit rigidum: τ abradit fortiter. Fuligo si ex ea fiat epithima: ignis adustioni confert. Stafisagria calida est τ adurens. Que τ pediculos interficit: ac scabiem remouet: ex qua parua acepta quantitas: uomitum prouocat. Ipsam tamen dare timorosum est: fortassis enim pernitiem inferret. Celidonia calida est. Que albedini oculorum congruit: uisumqȝ acuit. Mugath bona existit si ex ea emplastrum sup dissoluta membra fiat. Mezerion calida est. Que τ bona est τ multum acuta. Et licet aquam citrinam uehementer expellat: epati tamen nocet. Merdasengi frigidum est τ siccum. Quod excoriationibus: atque fetori sudoris confert: carniqȝ augmentuȝ tribuit. In emplastris preterea ponitur. Omnia fellis genera calida existunt: oculorumqȝ auferunt tenebrositatem. Mescathramesir calidum existens: prouocat menstrua.

Capitulum de non.

n Il calidum existens τ ponticū: desiccat apostemata mollia. Ameos calidū est τ siccum: stomachum calefaciens τ epar: lapidemqȝ frangit: atqȝ urinam prouocat. Uitrum calidum est: abradens τ mundans. Calx calida existens: adurit atqȝ superfluam corrodit carnem: fluxū preterea stringit sanguinis. Que cū lauatur: adustioni ignis confert. Salamoniac⁹ calidus est. Qui uulue cadenti: ac dolori gutturis qui non permittit transglutire: τ albedini oculoꝝ: auxiliū prebet. Neberemisch calida ē: stomacho τ epati frigidis remedium tribuens. Naphra calida ē. Que asmati atque uentositatibus congrua existens: uermes paruos ano supposita interficit.

Capitulum de sim.

f Pica indica calida ē. Que stomacho ac epati frigidis auxiliatur urinaȝ ēt prouocat. Cipi calidi sunt τ sicci. Qui stomachum ac epar calefacientes: frangūt lapidem: τ putrefactioni: ac malo dolori: q in naribus atqȝ in ore sunt: beneficium tribuunt. Salegha calida existens τ sicca acuit uisum τ urinam prouocat. Soliuȝ calidum est: τ urinaȝ prouocat: tremori quoqȝ cordis atqȝ fetori: auxiliatur. Sādaros sanguinem uomentibus: atqȝ emorroidis confert. Sel calidus est dolori neruorum ac uentositati conferens. Cipressi nuces τ folia: calida existunt τ pontica. Que rupture inguinis auxilium prebent: si ex eis fiat emplastrum. Sumach frigidum existens τ siccū: uentrem stringit ac stomachum preparat. Sidre frigida est τ sicca: uentrem stringens. Cancri caro ptisicis auxiliatur: ac spma augumentat. Hermodactili podagre conferunt: sperma quoqȝ augent. Scedaurā frigidus existens τ siccus: retinet sanguinē: ac capillos ne cadant confirmat. Subedigi dentiū concauitates radendo abstergit. Secācur calidus est: coeundi stimulans desideriū quod eius renes proprie operantur. Liquiritia gutturi confert ac pulmoni: superflua in eis existentia expellendo. Sitim preterea atqȝ urine ardorem aufert. Senestē guttur τ pectus lenit. Sisileos calidus existens: asmati τ retentioni urie: atqȝ inflationi uentris confert: partumqȝ accelerare facit. Sekebinegi calidum est. Quod grosse uentositati ac colice nec non epilēpsie ac paralisi conferens: oculoꝝ tenebrositatem aufert: τ scorpionum pōcturis auxiliatur. Saculusundurion calida est spleniqȝ grosso: ac stranguirie: τ lapidi remedium affert. Scamonea colleram rubeam uehemēter expellit: stomacho atqȝ intestinis τ epati nocumentum parans.

Capitulum de ham.

b Arar ē ar bor cuius fructus calidus existens prouocat urinam ac stomacho confert. Asarai frigida est: calidis apostematibus: τ ardori stomachi beneficium tribuens: quando more emplastri super ponitur. Haelchalimbit: calidum existens: fissuris τ plagis congruit. Piretrum calidum existens: dolori dentiū atque pustulis oris congruum existit. Assur calidus existens: morphee τ pāno auxiliat. Solatrū frigidum est: ardenti epati remediū tribuens, Curcuma calida est. Que cum sit abradens: uisuȝ acuit: atqȝ albulam delet. Iuiube in calore sunt temperate Que τ guttur leniunt: τ sanguinem licet parum clarificant graues tñ sunt τ fastidiū facientes: tardeqȝ descendant.

Capitulum de fe.

f U calida existens: prouocat urinam. Felenge est calidum & siccum. Fel calidum est dolori neruorum proficiens. Fesirc calida est. Que cum sit detergens & abradens: pannum & lentigines magnas delet. Fesarastin brionie similis est: mēstrua & urinam prouocans: atq; epilensie pficiens. Argentum frigidum est: cordis q; proficit tremori. Fulfeleminie calida sunt: colice atq; uentositati congruētia. Faufel frigidum est. Quod apostematibus calidis epithimatum bene facit. Euforbium uehementer est calidū: Quod & aquā expellit fortiter: atq; paralisi: & similibus egritudinibus confert. In oculis uero positum initianti aque cataractarum auxiliatur. Felucabaragi: capillos facit rigidos. Marubium calidum est: disme proficiens: & difficultati anhelitus: atq; bicteritie. Mentastrum calidum est & siccum. Qđ & ueteri asmati: atq; difficultati mictꝰ auxiliū prebet. Peonia pueris epilepsiam patientibus confert: si sup eos appensa fuerit uel ex ea suffumigentur. Rubea calida existens: urinam atq; menstrua prouocat. Morphee itidem albe atq; albaras: epitbimata confert.

Capitulum de sath.

c Oclee marine aduste: abradēdo purgant dentes. Ex nō adustis uero & tritis: emplastrum factum: & adustiōi ignis superpositum sanat eum. Sapo calidus existit. Qui ulcerans corpus: in ipso fortē efficit absterfionem. Aloes calidum ē: colleram rubeam expellens: & caput ac stomachum purgans carnemq; creat. Gumi arabicum frigidum existens uentremq; stringens: intestinorum excoriationi: cōfert. Cordumem calidum est. Quod epilempsie atq; asmati & paralisi conferens expellit ascarides: atq; scorpionis puncture remedium affert.

Capitulum de caph.

c Alamus aromaticus calidus existēs stomacho atq; epati modo emplastri superpositus auxiliatur. Cartamum calidum est. Quod & uentrem soluit: & sperma auget. Stomacho tamen nocet. Katram uehementer existit calidum. Quod menstrua prouocat ac fetum expellit. Aquā uero in oculum descendere probibet. Scabiei preterea proficiens: sperma ita immutat quod ex eo embrion generari non potest. Centaurea crudum flegma e corpore educens neruorum dolori ac colice cōfert. Curth frigidus est uentrem quoq; stringit. Cambil calidum existens expellit ascarides. Kerse calidum est: stomachumq; calefacit & nauseam reprimit. Millium solis calidum est. Quod & urinā prouocat & lapidem frangit. Kana calida existens prouocat menstrua: ac uentositatem dissoluit: carnem preterea in uulneribus creat: atq; scrofulas dissoluit. Cathimia argenti: scabiei que in corpore orit: ac pustulis que sunt in oculis: congrua existit. Cathimia auri ea subtilior ē. Que etiam albulā que est in oculo remouet. Calcanthum corrosiuum & calidum est: ponticumq; existens: pollipum a naribus remouet. Pumex frigida existens: in medicinis ponitur oculorum: dentiumq; mundificat concauitates. Cacule aquam repellens: lac prouocat & urinam. Es ustum capillos tingit: uulnusq; consolidat: & aquā expellit.

Capitulum de re.

b Acce lauri existentes calide: puncturis conferunt scorpionum: quando cum uino bibuntur: ac naribus insufflate: torture conferunt oris. Gumi pini calidum existens: carnē in uulneribus creat: iōq; ponitur in emplastris. Sassafa calida est: carnemq; crescere facit: & urinā puocat cuius semē spmati ac lacti incremētū pbet. Reubarbarum calidū est. Qđ stō ac epati conferens: casui atq; percussioni bibitum remedium tribuit. Cinis calidus ē & siccus. Qui & adustionem facit: & mollia dissoluit apostemata. Feniculū calidum est: & urie prouocatiuum: ac antiquis conferens febribus. Qđ cū recens est: lac generat. Cuius sucus in oculo positus: acuit uisum.

Capitulum de sin.

f Silen ē calidum & dissoluit apostemata. Sertaragi: calidus est & acutus. Morphee quoque albe atque lepre cum aceto epitbimatus confert. Sen

car est calidus. Qui morphee cum aceto epithimatus: atq3 victericie ꝛ grossitudini splenis: bibitus confert. Scebram calida est. Que colleram rubeam ꝛ aquam atq3 flegma uehemēter purgans: epati existit nociua. Sepum omne dissolutiuum est atq3 mollificatiuum. Scordion calidum existens: crosso spleni confert. Seteregi calidus est: scabiei atq3 pruritu ualens uentrisq3 efficit solutionem. Sedine frigida est ꝛ stiptica atq3 in pulueribus ponitur oculorum. Alumen uehementer existit stipticum: dentes quoq3 motos confirmat. Sebenic calida est. Que fluori ab ore infantium decurrenti: atque epilempsie remedium affert. Sacabic calidus existens tenebrositatem uisus atq3 oculorum albulam remouet. Suchaba calida existens: antiquis confert febribus. Suniz calida est ꝛ accuta: que flegma quasi lambendo destruens: aufert reumatismum atq3 uentositatem expellit.

Capitulum de te.

t Uderi est calidum ꝛ augumētat sperma ac puerorum lapidibus remediū affert. Tamarindi frigidi existentes: uentrem soluunt ac colleram rubeam ꝛ sanguinem reprimunt. Terauiabim temperata est: uentremq3 soluit. Tuthia utilis existit ad oculi rigiditatem faciendā: ascelarumq3 remouet fetorem. Tiregi calidum est: atq3 apostēati congruuz existit. Turbit calidū existēs expellit flegma.

Capitulum de che.

t Hefisie calida est multum atque adustionem faciens. Que alopitiaz patientibus: pilos renasci facit. Mollificationi preterea si ex ea fricetur corpus: auxilium prebet. Thil prouocat urinam ꝛ frangit lapidem.

Capitulum de cha.

c Heruba calida existens: colice atq3 paralisi confert: duritiēs quoq3 mollificat: si ex ea fiat emplastrum. Sinapi calidum est. Quod in palato positum: flegma incidit. Uermes preterea expellit: atque apostēata maturat. Maluauisc i calore temperata est. Que apostēata mollificans: dolorem sedat. Cuius semen morpheam remouet: si cum eo ꝛ aceto in sole epithima fiat: atq3 ardori minctus auxiliatur. Eleborus niger colleram expellit nigram. Albus uero uomitum uehementer prouocans: multum uomere facit. Ipsum tamen bibere non est securum. Cassia fistula uentrez soluit ꝛ apostēatibus interiorum confert. Fermentum de farina triticea: doloribus qui sunt in plātis pedū si ex eo fiat emplastrum auxiliatur: ꝛ apostemata maturat.

Capitulum de thel.

c Antarides calide sunt ꝛ acutissime. Que licet scabiei conferant: uesicam tamen si ex eis multa sumatur quantitas: uulnerant ac sanguinem mingere faciunt et interficiunt. Ex quibus parua acepta quantitas: urinam uehementer prouocat: atq3 albaras albe cum aceto epithimate: remedium afferunt. Cauda equina est frigida: que uentris fluxum patientibus: ꝛ emoptoicis: ac calidis auxiliatur apostēatibus. Aurum tremori cordis ꝛ melancolie adiutorium prebet.

Capitulum de tath.

a Tharo solutioni: ꝛ uesicis oris: atque intestinorum: maximum auffert remedium.

Capitulum de gaim.

g Ar apostemati matricis confert: atq3 puncture scorpionis: ꝛ dolori neruorum auxiliatur. Quod totum semen ꝛ oleum operantur. Nauseam tamen atque uomitum faciunt. Glutem de corijs antiquis: faciei pustulis que cum cutis duritie ꝛ rubore consistunt: confert atq3 ramici inicianti: ꝛ emoptoicis auxiliatur. Agaricum calidum existens: epatis aperit opilationem. Asmati quoq3 atq3 epilempsie: necnon uetustis febribus: remedium affert. Humores preterea crossos a capite expellit. Gasit epatis opilationē aperit: ac uetustis febribus auxilium prebet.

Expletus est tractatus tertius dei gratia. 2.36. continens species. Incipit tractatus quartus. 32. continens capitula.

Rememoratio conseruationis sanitatis siue aggregationis τ suarum summarum.

SANITAS CON seruatur bonitate mensu rationis motus τ quietis. atq3 comestionis τ pot⁹ necnon expulsionis sup fluitatum ac domorum: τ ceterorum locoru3 in quibus homines manere debent: malorumq3 accidentium ante quam augumentum recipiant succursus: atq3 animalium cogitationum sibi conuenientium. τ consuetudinum custodie. Nos autem in unius cuiusq3 istoru3 tractatu: quantum nostro competit tractatui si deus uoluerit loquemur.

Capitulum de mēsura motus τ suarum dispositionum ac suarum horarum.

Sanitatem conseruare uolenti: ante comestione3 moueri necesse est. Motu autem quisq3 uti debet sibi consueto q̄d uires ipsius non excedat. Sit etiam mot⁹ deambulationis uel uectationis. Quo nemo tamdiu uti presumat: donec fatigationem: τ multam sentiat grauedinem. Sed cum utitur motu ex quo lassari se senserit: dimisso motu statim ante quam aliquam inde consequatur lesionem quiescat. De natura enim motus est: quod ante comestionem fit calorem accrescere facit innatum. Quamobrem τ cibus calorem inuenit ac censum: τ corpus inde crossitudinem et tolerabilitatem τ uires acquirit. Summopere preterea obseruandum est: ut qui fortibus τ grauibus uti uult motibus gradatim in eis procedat: neque de quiete ad grauem motum subito transeat. Venter quoque eius si grauis fuerit τ magnus: lata coustringendus est fascia. Post comestionem uero: a forti motu ac longi temporis: omnino est cauendum. Sicut enim motus ante comestionem factus sanitatis est conseruatiuus: ita post comestionem egritudinis inuenitur generatiuus.

Capitulū de mensura somni τ sue hore: atq3 sui iuuamenti.

Oportet ut tamdiu post comestionem aliquis se a somno abstineat donec cibus ab ore stomachi descendisse: atq3 inflatio τ grauedo minui: atque inferius mergi sentiantur. Quod si tardetur non incongruum est ut parua iuuetur deambulatione donec descendat. Est etiam obseruandum ne de uno latere ad aliud: sepe uoluatur. Tardatur enim inde digestio: atque inflatio τ rugitus sentitur. Oportet itidem ut puluinar sit altum: τ precipue si cibus nō dum ab ore stomachi descenderit. Somni autem utilitas anime aufert laborem: eam que reddit subtiliorem: atque cogitationē τ rationem que ebetes erant τ quasi fessas subtiliat τ acuit: corporisque fatigationē mitigat: τ digestiuam meliorem efficit: ac corpus impinguat. Multum autem dormire corpus desiccat ac tenerum efficit: flegmatis quoque multitudinē in eo creat: ipsumq3 infrigidat. Quod in corporibus crossis τ pinguibus precipue operatur.

Vigilie uero multe calorem intendūt ac formam corrumpunt: corpusque desicāt atque colleram rubeam in ipso augumentant. Quod precipue operantur: cum corpora sunt macra. Oportet itaque ut anima uigilare non cogatur cum dissoluta τ stupida fuerit: neque ad dormiendum incitetur: cum excitata atque subtilis τ acuta fuerit: motusq3 leues τ sensus fortes.

Capitulum de regimine cibi.

Comedere postq̄ cibi preteriti fex inferius descenderit τ pars uentris inferior leuis efficitur: in qua nulla remansit tensio: τ motus precessit conueniens: appetitiua quoq3 preualet melius iudicatur. Est preterea cauendum ne comestio postq̄ appetitus affuerit: tardetur nisi appetitus fuerit mēdosus: sicut ebriis: ac fastiditis accidere solet. Sed post q̄ homo qui ebrius non est appetere inceperit: τ cibus qui precessit neq3 multus neq3 crossus fuit: ipsa hora comedere debet sine dilatione aliqua: hoc nāq3 melius est. Si .n. comestio adeo tardetur quoad appetitiua destruatur que prius intensa erat: sirupum iulep uel acetosum uel aquam calidam sumere debet: aut comestionem una hora tardare donec uomat uel assellet: aut appetitiua excitetur τ redeat. Quibus rite peractis: comestio

subsequi debet. Valde quoqꝫ cauendū eē sentimus ne cibo adeo impleatur homo: ut stomachus tendatur uel multū grauetur: aut anhelitus angustetur. Quapp si hoc aliqñ acciderit: cibus sumptus ante quā descēdat euomi debet. Quod si euomi nō poterit: somnus ꝛ motus incrementum recipere debent: atqꝫ ea que uentrem soluant: sumēda sunt. Cibus preterea quo uti consueuerat in sequenti die minuendus erit. Est ēt summopere obseruandū: ut cibos sibi consuetos quisqꝫ accipiat: ꝛ tociens edat quotiēs consueuit: nisi consuetudo peruersa fuerit: a qua omnino permutari gradatim debet. Quā tamen non repente sed ordinate paulatim uidelicet de illa ad bonam transeundo deserere debet. Ordo quoqꝫ in comestione iste obseruari debet: ut sani inter diē ꝛ noctem ad minus semel: ad maius autem ut bis in die: ꝛ qđ temperatius est inter duos dies ter refitiantur. Semel aūt ī die comedere: corpora habētibus macra ꝛ sicca: nocet. Bis uero in die refici: corpora habentes crossa ꝛ pinguia ledit. Multo preterea utentes motu: ac multum laborantes: maiori ꝛ crossiori indigent cibo. His autem cōtrarijs contraria inueniunť. Quapropter cuiusqꝫ hominis querenda est consuetudo: quisqꝫ ei cibus cōueniens sit interrogandū. Sepe enim cōtingit: ut cibaria aliqua que mala sunt aliquibus cōueniētia reperiantur: a quibus ipsi sicut alij sibi cauere nō debent. Et fortassis cibaria aliqua existentia bona: aliquibus incōgrua inueniuntur: a quibus penitus sibi cauere debēt. Si aūt sint aliqua cibaria aliquibus cōuenientia que ipsi appetant: licet minus bona sint: appetitui tñ tribuēda sunt nisi oio pessima fuerint. Nō tñ malis semper utendum est cibis. Quare si aliquis hoc egerit: solutiuis medicinis malos humores ex tali cibo generatos mouere solitis: uti debet. In hora ēt qua talem comedit cibum: aliquid cum eo comedere: uel post ipsum bibere debet: qđ eū tēperet ꝛ minus malū faciat: sicut si deus uoluerit dicturi sumus. Qđ aūt indigestio fit mala: ꝛ corrūpitur: inde ē quod cibi multi ꝛ diuersi in una sumunť hora: et qđ cibus crossus ante subtilē comediť: ꝛ qđ multa cibaria cū iure habēte micas panis accipiunť: atqꝫ qđ inter principiū prandij ꝛ finem multa sit mora. Oportet preterea ut in hieme sit cibus actualiter calidus in estate actualiter frigidus. Est etiaꝫ abstinendū a cibis callidissimis: quales sunt tunc cum ab igne remouentur: ꝛ ab illis que sunt uehementis frigoris: sicut qui sup niuem refrigerantur: quibus nullus uti debet. Cibo enim super niuem infrigidato: nullo modo est utendum: nisi in tēpore magni caloris: corpore quasi inflamato existēte. Meliores quoqꝫ hore ad sumendum cibum: hore sunt frigide. Quod si hore frigide esse non possunt: mansiones saltim frigide sint. Sint itidem hore comestionis. Post quas dormire ꝛ quiescere possint. Fructus etiam si in prandio sumēdi sunt: ante omnem edendi sunt cibum nisi sint de his qui in stomacho multam faciūt moram: atqꝫ tardantur: in quibus est ponticitas ꝛ acetositas: ut citonia ꝛ poma ꝛ mala granata. Si autem de his causa medicine sumere parū uoluerit: comedāt. Melius tamen in conseruanda sanitate iudicatur: ut omnes recentes fructus dimittātur uel parua ex eis sumatur quantitas. Ex quibus si multum comederint cū medicinis solutiuis ꝛ motu eis succurendum est. Est etiam diligenter obseruandum: ne recentibus utatur fructibus: nisi in die quo multo usi fuerint exercitio atqꝫ ī stomacho ardor sentitur. Est enim conueniens ut in hac dispōne fructus comedant recentes: sicut sunt ficus: ꝛ uue: ꝛ pira: ꝛ mora: ꝛ crisomila: infrigidata in aqua. Postquam autem predictos comederint fructus: aliquo interposito spatio: cibum quem debent sumere edant. A fastidio preterea summopere est cauendum. Quod si quis fastidium passus fuerit: in eadem die minoret cibum: atque in sequenti similiter alleuiet cibum. Sed si multis diebus ꝛ continuis fastiditus fuerit: medicinam bibere debet non multum solutiuam qualis est ea que stercus expellere: ac stomachum et intestina: et epatis foramina mundificare solet: sicut trifera minor que pigram recipit ꝛ turbith: uel pillē que species recipiunt redolentes: uel pillule de mastice et aloe confecte uel diacitonitem solutiuum. Vel electuarium laxatiuum de dactilis: uel scheri ebezem et his similia.

Sunt etiam homines in quib⁹ crossa bene digerunt cibaria:ꝛ corrumpuntur in eorū stomachis cibaria subtilia. Istis ergo ea que nō in stomacho corrumpūt :tribuenda sunt:ꝛ que digerunt. Huic aūt dispōni habentib⁹ cōtrariam cōtraria danda sunt. Et expedit ut plus nutrimēti illius in quo alicui⁹ humoris generatio corruptibilis multiplicari solet sibi inferens nocumentū : sit huic cōtrarium humori :ipsumqꝫ generari prohibeat.

¶ Capitulum de regimine potus.

i N potationis regimine obseruāda ē regula ne aquā ieiuni uel super mensam nisi postq̄ comederint:ꝛ uentris supiora aleuiata fuerint:sumere psumant. Si tñ ea causa reprimendi sitim uti uoluerint:nō ad satietatē. Sed parꝫ ex ea sumant. Post q̄ uero uentris superiora ut prius dictū ē aleuiata fuerint:cibusqꝫ ab eo descēderit : satiari ex ea uel uino debēt. Sūmo opere aūt cauendū ē:ne aquā niuis aliqui bibant neqꝫ aquā in mensa accipiant:nisi frigidā. Frigida enim cū fuerit:parua ex ea sufficit quantitas. Ab aqua preterea niuis :neruos habētes debiles : quoꝝ stomachus et epar frigida sunt:atqꝫ qui in digestiōe sua inuenit diuersitatē:ꝛ cuius anima debilis ac quasi cōsumpta cernit:sibi cauere dñt. Qui autē carnosus fuerit:ꝛ sanguinē multum atqꝫ colorē rubeū habuerit: quorum ēt appetitiua fortis existit : nihil ab aqua timere debent. Nullus etiam ieiunus aquam bibere debe t: nisi qui magnum hēt ardorem:uel qui est ebrius : debet insuper quisqꝫ ieiunus uel post balneū uel post coitum:uel post fortem motum qui hominis anhelitum frequentem facit:cauere ne multum aque frigide subito bibat. Sed paruū ex ea paulatim sumere debet. Quod eo usque facere debet: donec illud remoueatur accidens:atqꝫ eius extinguatur impressio. Aqua etiam noctu bibenda non est: si sitis mendosa fuerit. Signum uero huius ē:qđ sitiens ebrius est:uel qđ iam bibit aquam sibi sufficientem ante quā dormiret:sicut cōsueuerat. Qđ si contingat aliquem aquam multam bibere:ꝛ sitiꝫ augumentari a potu ipsius abstinere debet:atqꝫ sitim multum tolerare. Cito enim remouebitur sitis. Homo autem famelicus et uacuus: uinum bibere non debet. Neqꝫ post cibum acutum:nec post balneum. Neque post fortem motum. Neqꝫ post ciboꝝ saturitatē : nisi postquam descenderint cibi. Neque post crapulam neqꝫ uini tanta sumenda est quātitas ut ex ea grauetur stomachus ꝛ tendatur:nisi aliquis post eius potum sibi mederi uelit. Debet etiaꝫ quisque uinum eligere:quod sibi conuenientius est secundū qđ diximus. Diuersificatur enim uinum i suis speciebus multipliciter. Frequenti quoqꝫ ebrietate:nullo modo est utendum. Malas enim generant egritudines.

Una autem ebrietas uel due in mense auxilium prebent si non sint continue. Sit qꝫ cuiusqꝫ hominis inclinatio ad ipsum uel ab ipso:secundum quod sibi conuenientius est. Sunt enim qui cibum sine uino digerere nullomodo possunt:ꝛ sunt alij qui a uino grauantur :ꝛ in quibus cibus cum uino corrumpitur quibus calorem atqꝫ repletionem facit febremqꝫ cito inducit.

¶ Capitulum de mundificatione corporū a superfluitatibus.

u T corpus a superfluitatibus mundū permaneat ualde studere conuenit. Quod uentris solutiōe ac urine prouocatiōe necnon motu ꝛ exercitio fieri potest. Unū quodqꝫ enim istorum aliquam superfluitatum speciem:a corpore expellit. Quapropter si egestionem comparatione ciborum assumptorum paucam inuenerimus : atque minorem quaꝫ esse consueuerat : uentrem cum aliqua re temperate hoc faciente : soluere debemus. Urinam quoque si minuatur : similiter temperate prouocare debemus. Quod uinum subtile ꝛ sirupus acetosus atque melonum .ꝛ citrolorum semina necnon ipsum apium : ꝛ feniculum : ꝛ cucumeres:ꝛ citroli:ꝛ melones ꝛ his similia facient. Quando autem quod per sudorē expelli solet:minuitur : atque longum iam preterijt tempus : ex quo magno non usi fuimus exercitio : neque aer circundans est calidus : cum exercitio atque balneis sudorem prouocare debemus. Et si contingat ut cibis collere rubee:generatiuis utatur : rem ipsam temperate expellētem sumere debemus : sicut sunt mirobalani citrini:ꝛ pruna:ꝛ tamarindi: et serum. ꝛ sucus granatoꝝ cum pulpa sua tritorū.

Quod si causa erroris illud facere dimiseri
mus:donec humoris maxima quātitas: in
nostris adunetur corporibus fortioribꝰ tūc
uti oportebit medicinis:quas in parte de
curandis egritudinibus in locis illaꝝ noīa
tione dignioribus nominabimꝰ : atqꝫ tunc
forti oportebit nos uti medicina : sicut qui
egritudines medicatur : non sicut qui sani
tatē conseruat. Si aūt cibus collerā nigrā
generare solet:mirobalanos indos atque
polipodium necnon epithimum sumere de
bemus. Et si flegma generare solet :trifa
ra minore pigram ꝛ turbith recipiente:uel
electuario ex zinzibere:ꝛ turbith ac zucha
ro facto:uti conuenit. Stomachum quoqꝫ
si uiderimus quasi stupidum ꝛ sine sensu:at
qꝫ appetitiuam destructā.ꝛ homo iam non
appetit nisi acuta:aliaqꝫ cibaria eū grauāt
ꝛ proprie dulcia ꝛ unctuosa uomitus tunc
hoc modo prouocandus erit. Prius come
dat res salsas ꝛ sinapi aut siclam aut rafa
num:postea bibat sirupū acetosum:ul' ydro
mel aut medicinas que tēperate purgare
solent quas nominauimus. Corpus autē
si quando inflamatū atqꝫ ad motiones gra
ue colorem quoqꝫ rubeum ꝛ tactum calidū
uiderimus:uenasqꝫ eleuatas ac plenas con
spexerimus. Sanguinem minuere festina
bimus atqꝫ ciborum mensuram minuemus
carnem quoqꝫ atqꝫ uinum necnon omnia
dultia dimittere cogemus ꝛ utemur ad hoc
ut omnia cibaria sint pontica uel acetosa.
Quod tamdiu fieri conuenit donec predi
cta cessent accidentia. Viri preterea
ac mulieres cum appetunt coire debent.
Quod quidē faciant nature non repugnā
tes. Sunt etiam quedam alia que summa
cum diligentia fieri debēt : ut dentium et
gingiuarum:ac labiorum cum corticibus
radicum nucum fricatio:ꝛ gargarismus:at
que sternutatio inaliquibus horis. Super
fluitatum quoque nulla est retinenda. Ex
retentione enim urine : mingendi accidit
difficultas. Egritudines quoque que ue
sice in suis partibus solent accidere eueni
unt. Egestio uero retenta:uentositatem ꝛ
tenasmon : atque malam colicam : necnon
appetitiue destructionem ac fastidium ge
nerant.

¶ Capitulum de mansionibus ꝛ domibus
siue hospicijs temperandis.

O Portet attendere ne in his locis sit
calor talis:ex quo corpus in sudorē
resoluatur ꝛ humectationem : neqꝫ frigus
tantum sit ut ex eo corpus contrahatur :et
horripiletur. Terra quoque non sit mol
lis neqꝫ humida:neqꝫ multum sicca:neque
sit sordida:neque puluerulenta : sed sit in
ter has dispositiones mediocris. Quod
erit si locus sordidus ꝛ puluerulentus ita
roretur aqua ut ex ea recipiat temperamē
tum. Et si fuerit mollis:super lectos uel
in solario sedeatur. Mansiones sicut pre
dictum est temperate:corporibus quorum
sanitas est perfecta : ꝛ natura temperata
conferunt. Corporibus uero dispositionē
his habentibus contrariam : que.s.macra
sunt ꝛ collerica mansiones molles ꝛ humi
de congrue existunt:si cum hoc etiam frigi
de fuerint. Sicce autem ꝛ calide mansio
nes:que cum hoc mollitiem non habeant
corporibus dispositionem istis habenti
bus contrariam auxiliantur. Quibus ille
que ab istis diuerse inueniuntur:nocumen
tum prebent. Decet preterea summope
re caueri ne malus in eis sentiatur odor.
Qui si forte affuerit suffumigationibꝰ erit
emendandus.

¶ Capitulum de significatione malorum
accidentium ante quam preualeant et au
geantur.

C Apitulum hoc ex elementis cōseruan
di sanitatē nobile existit. Et esset sa
tis cōueniens ut in ipso multiplicaremus
uerba:ꝛ usqꝫ ad unguem ea que ī ipso sunt
cōsideranda pscrutaremur. Sed quia istius
nostri libri intentionē preterire nolumus ī
nullo suoꝝ moram faciemus capituloꝝ ag
gregationes:ꝛ summas apponentes pau
cas. Dicamus igitur qđ cū capitis dolor
fortis est ꝛ mansiuus:uel emigranea ueren
dum est ne ad oculos aqua descendat ꝛ di
latetur pupilla. Quapropter si capitis
dolor diu perseuerando grauiter infestaue
rit:neqꝫ medicinis releuari poterit :īfirmā
ti succurrendum erit cum extractione arta
riaꝝ que ī tiporibꝰ pulsant. Saltꝰ faciei
diu pmanēs si multꝰ fuerit ꝛ fortis oris tor
turā adeo portēdit uicinā:ut stati īuadere
dēat. Postqꝫ igit̄ istud sentiri cepit medicie
uehemēt solutiue:ac uōitꝰ ꝓuocatie dari dn̄t.
Facies quoqꝫ cū forti aceto qđ ē uino factū

sit ī quo mētastrū sit decoctū fricari cōuenit et comestio parua erit danda. A uino pre terea omnino abstinere debet. Fortibusq3 euacuationibus: ac fricationibus: necnon gargarismis τ sternutationibus utendum erit. Totius uero corporis saltus mul tus τ diu permanens: spasmum pronosti cat. Oportet igitur cum istud acciderit: fortiter euacuare τ fricare corpus: τ ipsi⁹ regimen subtiliare: medicine quoq3 cali de quas in suo nominabimus capitulo dan de erunt. Stupor paralisim portendit. Quapropter cum accidit regimen subtiliā dum erit corpusq3 cum medicinis acutis quas in paralisis capitulo nominabimus: euacuandum erit. Faciei τ oculorum rubedo atq3 uenarum in ipsis manifestatio τ lacrimarum descensus: τ claritatem lumi nis patiendi impotentia. Omnia hec si cum forti capitis dolore affuerint freneśis pronostica erunt. Succurendum igitur erit cum flobotomia ac uentris solutione. Caput quoq3 oleo roseo cum aceto mixto: infundendum erit: totumq3 corpus infrigi dandum. Incubus τ uertigo si diu per seuerauerint: fortesq3 extiterint: epilempsi am portendent. Non est igitur negligen dum: qm̄ taliter laborantibus succurramus cum his que in capitulo de epilempsia dic turi sumus. Tristitia absque manifesta causa diu permanens: τ cordis maligni tas atque disperatio melancoliam signifi cant. Quapropter succurrendum est: ut dicturi sumus. Cum aliquis ante ocu los quasi muscas uolare: uel quasi pilos stare aspexerit: uel in circuitu eorum que as picit quasi fumum uel uaporem uiderit: pri cipium descensus aque innuitur. Hoc igi tur diligenter est considerandum ut in suo dicturi sumus capitulo: τ ut medicetur pro perandum. Reumatismus et coriza si frequenter euenerint ne ptisis: uel asma uł pulmonis proueniant passiones: timēdum erit. Ideoq3 statim erit succurrendum. Sudor multus τ diu perseuerans: cor poris significat repletionem. Subuenien dum igitur erit cum flobotomia ac cibi pau citate. Si autez sudor male fuerit olēs qđ febris sit iam uicina significat. Qua propter ea que rubeam soluant colleram danda erunt. Cordis tremor fortis et

frequens: mortem portendit subitaneam. Ideoq3 cum flobotomia τ medicinis uen trem leuiter soluentib⁹ succurrere oportet. Repletio superflua timorem emoptoice passionis future: atq3 apoplie: τ mortis su bitanee affert. Unde statim cū flobotomia subuenire oportet. Si sensuuz turbatio ac motuum debilitatio cū repletione affue rint: ne superueniat apoplia: timendū erit. Succurrendum igitur erit cum flobotomia τ gargarismo. Grauitas si ī dextro fue rit latere apud costas posteriores punctu ra atq3 tēsio: epatis significat lesionē. Sub ueniendum igitur erit: prout in suo dicem⁹ capitulo. Egestio plus solito tincta. Hictericiam significat. Facies ēt ac pal pebre τ extremitates si inflate fuerint: pro nosticabunt ydropisim. Egestionis fe tor: fastidium atq3 grauedinem que existit in uenis: innuit. Fetor qui est in urina: putrefationem significat τ qđ febres eue nire debent. Lassitudo τ dissolutio cuz destructione appetitiue: febrem significāt. Appetitiue autem destructio τ nausea innuūt colicam. Succurrendum est igitur cum longo somno τ cibi abstinentia postea cū medicinis quas ibi noiabimus. Gra uitas τ tensio ī inferiorib⁹ uentris: τ ylioz cū urine a dispositione solita pmutatiōe: no cumentū in renib⁹ inceptū demōstrat. Idēq3 cito succurrendū erit. Urine ardor diu pseuerans: uesicā τ uirgā pustulis heredita bit. Subueniendū igitur erit: sicut in suo dicemus capitulo. Mollis egestio ani adustionē ac pūcturā faciēs dissinteriam de monstrat futurā. Subueniendum est igitur. Prurit⁹ ani futuras significat emorroi das: si nō causa uermiū paruoz τ multoruz ibi existentiū contingat. Ex multitudie ademenil magne exiture aduent⁹ timetur. Ex multis nodis magne collectiōis sus pitio exorit. Morphea alba: albaras albe timorē inducit. Multus faciei ru bor cum obfuscatione τ anhelitus angustia τ uocis raucedo. Lepram aduentare que iā incepit accedere timere faciunt. Si autem aliqua dispositionum corporis sani preter solituz pmutata fuerit: ut. s. appetiti ua fortior uel debilior existat: uel exeun tia a corpore plura sint uel pautiora: uel somnus longior sit aut breuior: uel

egitatio uel etiam insomnietas adsit: uel sudor preter solitũ ex corpore decurrat uel ea que a corpe manare solita erãt retineantur ut emorroidarum et menstruorũ sanguis atq3 sanguinis uomitus qui statutis dieb9 euenire solitus erat: uel sanguis qui ex naribus fluere consueuit: uel si totius corporis dissolutio fiat: uel ingenij pigritia: aut in ore extrane9 sentiatur sapor: aut ea que non consueuerunt delectationem afferant: aut econtrario: aut coeundi desiderium aliquis augumentari sentiat: uel diminui: uel in somno occurrat somnium qd non consueuit euenire: uel corporis color conuertat et mutetur: aut tactus preter solitum et ultimum cum aliquod non assuetum acciderit et permanserit: ac augumentari ceperit: egritudinem pronosticabit futuram. Quaz obrem cuiuslibet predictorum causa: subtiliter ẽ inuestiganda: et ad eius sanationẽ festinandum. In corpore quoq3 si quando repletionis significatio uisa fuerit in ipsius flobotomia elaborandum erit: ac comestio minnenda. Et si quando alicui9 humoris dominij significatio apparuerit: succurrendum erit cum solõne eius: et cum medicinis quibus huiusmodi humor ex corpore duci consueuit. Preterea si infirmitas alicui cum periodo nota superuenire consueuit: ante quam paroxismi hora accedat stomari debet: uel quod assellare faciat tribuendu3: omnia quoq3 alia que post egritudinis aduentum fiunt exerceri debent: quemadmodum in suis si deus uoluerit capitulis dicturi sumus.

¶ Capitulum de cogitationibus anime.

Quecunq3 ex illis animam gaudere atque letari facit: robur uiribus tribuit et naturam excitat: et in suis adiuuat actionibus: omnibusq3 sanis confert: nisi his q carnis minoratione eo qd superflua sit indigent. Qui tamen sani non existunt ecõtrario. Que uero tristari facit: omnib9 sanis nocumentum infert: exceptis his qui carnis indigent minoratione.

¶ Capitulum de conseruatione consuetudinum.

Consuetudines conseruare: et secundũ earum incedere regula3: nisi sint pessime oportet. Quando ergo sunt sic ab eis paulatim ac ordinaliter est recedendum. Quapropter quisq3 cauere debet: ne alicuius rei sibi consuetudinem faciat: quam ipsu3 obseruare oporteat: ex cuius obseruatione constrictionem patiatur. Et si quis uno cibo consuete semper utatur: uel aliquo potu: uel omnino ab eis abstineat: uel dormire uel moueri: uel egere: uel coire consuescat: et ex aliquo istoru3 grauiter constringatur: maximum incurret nocumentum: si ab eis abstinuerit. Quapropter quisq3 corpus suum sic disponere debet: ut caloris et frigoris patiens esse possit: et ad motiones et cibaria sibi necessaria: aptum reddatur: et ut somni et uigiliarum horas: atq3 mansiones et domos sine lesione permutare possit. Fortassis enim ex necessitate hoc agere cogetur.

¶ Capitulum de his qui a cibis inconuenientibus nocumentum expellunt.

Saluus existit a ciborum malitia: qui non eis utitur. Quod si aliqu3 eis uti contingat: sibi subuenire debet: katarticum humorem ex eis generatum expellẽs sumendo. Multotiens tamen aliquis eorum euadet nocumentum: si ea temperauerit. Temperari autem possunt si ante ea uel post ipsa aliquid quod eorum reprimat malitiam: ac digerendo ducat ad temperiem edatur. Et si quis dulcia diligat a quibus tamen ledatur: post ipsa sirupum ualde acetosum bibat: uel acetum cu3 aqua uel comedat post ipsa mala granata acetosa et ad summum quelibet sumat acetosa: et flobotomia uti incipiat: et catartico collere rubee solutiuo. Sed qui cibaria diligit acetosa: sicut est caro cum aceto cocta: et alcharis: et almosos: et his similia: ex quorum esu contrahatur nocumentum: post ipsa comedat mel: et uinum uetus: et forte bibat. Quibus uero unctuosa nocent cibaria: post ipsa pontica et stiptica atque amara et salsa: et acria comedere debent sicut sunt lentes: et glandes et almuri: et garus: et cauguamich: que sale condiuntur: et cepe et allia. Quibus autem ista nociua existunt: ipsorum refrenare malitiam debent cum unctuosis et humidis ac solutiuis. Sed quibus crossa in congrua existunt cibaria ut triticum cum aqua simpliciter coctum: uel cum lacte: et his similia: et tamen ex eis cadunt ante ea uel

Katarticũ

Si dulcia ledũt

Si acetosa

Si unctuosa

post ipsa de almuri parum sumere in potu debent: motum quoqꝫ ꝛ exercitium augere conuenit: atqꝫ diaciminum: ꝛ diatriton piperon sumere conueniens est. Qui si ex eis multum comederint: uentrem forti medicina flegma expellente: soluere debent. Si quis autem in epate grauedinem atque puncturas propter crossorum ciborum comestionem pati solitus est: sirupum acetosum cum multis radicibus ꝛ seminibus factum assidue bibat. Si quis preterea ex recentibus fructibus multum comederit: sirupum acetosum post esum dulcium sumat: ut sunt rotab ꝛ musa ꝛ melones dulcissimi: ꝛ ficus post acetosorum uero ꝛ stipticorum comestioneꝫ bibat ydromel: nisi ideo comederit ut sibi medicaretur: post quos si inflationem fecerint diaciminuꝫ sumere conuenit: ꝛ uinum uetus ꝛ forte bibere ꝛ aquaꝫ seminum ꝛ his similia. Post fructus autem siccos ꝛ quorum tantum interiora comeduntur: que comedentes calefacere consueuerunt: sirupum ualde acetosum ꝛ apozimata que fiunt ex sucis fructuum acetosorum ad spissitudinem decoctis bibere conueniens est ꝛ cibaria edere acetosa. Post fructus autem qui inflare ꝛ appetitum auferre ac disturbare consueuerunt mina sumenda ē. Postea autē comedat diaciminum: ꝛ diatriton pipereon: ꝛ ꝫinꝫiber conditum. Aqua uero crossa que tarde descendit nequaquaꝫ absqꝫ uino est bibenda. Si quis preterea aquam niuis sepe in potu sumpserit: oportet ut adeo sepe intret balneum: quoad sudet: ꝛ incipiat sumere medicinas uentris solutiuas: quas cum de neruorum tractabimus egritudinibus nominabimus.

Capitulum de illis que nocumentum a uino illatum auferunt.

Si uinum epatis ac totius corporis calefactiuum existat: multe aque ammixtionem habens: bibendum est: post qđ granata acetosa sunt edenda: ꝛ acetositas citri sumenda: ꝛ his similia. Ipsum quoqꝫ tunc erit bibendum quando cibaria comederint acetosa: sicut ea que uue acerbe sucum habent ammixtum: ꝛ eis similia. Qđ si quis ex uino grauem capitis incurrit dolorem: uinum non bibat nisi clarum. quod multe aque habeat ammixtionem. Et dum ipsum bibere appetit citonia ꝛ his similia stipticitatem habentia edat. Deinde uero post ipsius potum: cibariis utatur lenibus in quibus stipticitas sit ꝛ naporis extinctio: sicut sunt cibaria infrigidata: uue acerbe sucum habentia: ꝛ his similia. Si quis uentris inflationem uel dolorem patiatur: uinum purum bibat: aut parum ammixtum: cum quo nihil crossitiem habens comedat: neque post eius austuꝫ comedat.

Capitulum de illis que uice uini in potu sumuntur.

Uinum stomachum ꝛ epar calefacit: inflationem quoqꝫ dissoluit: cibumque digerit atqꝫ urinam prouocat ꝛ uentrem soluit: ꝛ preter hoc animam letificat: et gaudere facit. Hunc autem postremum bonitatis uini modū nondum inuenimus aliquid: quod uicem uini compleat. In aliis autem modis quandoque reperiri possunt quedam uini uicem suplentia: licet in his operationibus uino debiliora existant.

Sirupus calefatiens stomachuꝫ: ꝛ epar ꝛ remouens inflationem: ꝛ cibi adiuuans digestionem ꝛ nutrimentum penetrare faciēs. ℞. mellis apū librā. 1. aque libras. 6. Hec mixta tamdiu coquantur ꝛ spumentur donec iulep teneant similitudinem. Deinde in una libra huius ydromellis quod remansit: puluis subtilissimus in panno lineo subtili ligatus qui. ℞. ꝫinꝫibis piperis nigri ꝛ longi: cinamomi masticis gariofilorū spice ana. ʒ. 1. manibus exprimatur: duꝫ adhuc bene calet: ꝛ in ipso manere dimittatur. ꝛ sic postea bibatur: Sirupus uentris solutiuus. ℞. ficus albas: quibus aque decuplum super fundatur: ꝛ tamdiu coquantur donec dissolui incipiant: ꝛ per noctem unā dimittantur: postea uero colentur: ꝛ in colatura illa mel ad sue medietatis mensuram ponatur: ꝛ bulire dimittatur: donec ad iulep reddeat similitudinem ꝛ reponatur. Sunt autem quidam qui unicuiqꝫ libre huius sirupi. ʒ. 2. lactificii ficulnee admiscēt ut uentris sollutiuus magis existat.

Capitulum de iuuamentis ꝛ nocumentis flobotomie ꝛ quomodo debeat fieri.

Ex frequenti sanguinis extractione complexiōis malignitas: ꝛ ydropisis ac festina senectus: ac appetitiue destructio. Pulsusqꝫ paruitas. ꝛ stomachi ac epatis ꝛ cordis debilitas: tremor quoqꝫ et

paralisis:necnō apoplīa: ⁊ postremo oīum uirtutum naturaliū imbecillitas:sepissime e uenire solent. Ex negligentia aūt extractio nis eius cū aliquis ea indiget: accidunt de memil: ⁊ apostemata: ⁊ exiture: ⁊ febres concluse:ac frenesis:⁊ pleuresis:⁊ uariole: ⁊ morbillus:⁊ passio emoptoica: ⁊ mors su bitanea:⁊ pestilentia: atq3 apoplīa sangui nea de qua faties uiridis apparet: uel ni gra ⁊ sināchia:⁊ lepra. Flobotomia prete rea magna existit medicina:in sanitate con seruanda ualde proficiens: ⁊ ad egritudi num curationē cōgruens: si ut oportet fiat. Qui uero flobotomiam plus aliis tolerare possunt:sunt hi in quorū corporibus uene manifeste cernuntur ⁊ ample. Et quorum corpora pillosa ⁊ bruna: uel rubea uel recē tia ⁊ carnosa conspiciuntur: nisi piguia fue rint. Sint ēt qui flobotomanť: iuuenes uľ senes. Infantes eni uel decrepiti floboto mandi ñ sunt:nisi magna iminente necessita te. Qui uero ea multū indigent: hi sunt q bus pustule:⁊ maxia apostemata: atq3 a de memil accidūt:⁊ febres. His quoq3 neces saria ē flobotomia: q multa carne ⁊ uino ac dulcibus uti consueuerunt. Illi uero a flo botomia abstinere debent:qui stomachu3 ⁊ epar hñt debilia: atq3 quibus frigide acci dere solent egritudines. Non eni isti absq3 magna flobotomādi sunt necessitate. Alia uero que de flobotomia scienda sunt: ia3 in suo dicemus capitulo. Est ēt summope in flobotomia cauendū: ne i tēpore calidissimo multa sanguinis fiat extractio: neq3 in tem pore frigidissimo.

¶ Capitulum de iuuamento purgationis ⁊ eius nocumento ⁊ quomodo debeat fieri.

S Olutione uentris uti prout oportet: summa ē medicina ad sanitatis cōser uationē:magnū prebens adiutoriū. Est eni possibile:ut huius opationis cā:corpus ab humore qui pp cibo⁊ errorē: uľ ex diete ne gligentia:uel q ex copiis intēperantia solet generari mundificeť. Ob hoc igitur esse pōt:ut corpus semp mundū existat:⁊ n3 i eo superfluitates ad egritudinū generatione3 ap te remaneant. Quapp medicina uētris so lutiua quisq3 uti debet:que humore3 qui ei nocere solet: uel q in eo ex sui corporis dis positione generari consueuit: ut cā erroris sui regiminis expellere consueuit. Oportet etiam ut a medicina que humorē predicto humori contrariū:educere solita ē:sibi caue at. Huius eni actionis nocumentū: maxi mū existit. Sed quē humorē unaquaq3 spe cies uentris solutiua educat:ia3 in suo capi tulo noīauimus. Qui aūt uentris soluti one plus indiget:ē qui corpus hēt magnu3 ⁊ pingue:⁊ qui ē gulosus: atq3 qui multos comedens cibos: ⁊ fructus: parum moueť ⁊ exercitatur. Qui autem uentrem habet leuiter solubilem:⁊ cuius uenter sepe soluti onem incurrit:atq3 cui dissinťia cito accidit ⁊ precipue si fortis fuerit: a uētris solutiōe abstinere debet. Medicinas quoq3 uētris solutiuas sepe sumere corp⁹ debilitat: ⁊ ad ethicam atq3 ptisim adducit: precipue si fu erit hñs corpus siccum. Est etiam summo pere obseruandnm ne quis medicinam uen tris sumat solutiuam:nisi prius uentre3 cu3 iuribus mollificauerit unctuosis: ⁊ balneu3 per duos dies ante acceptionem ingressus fuerit:⁊ corpus in balneo multa aqua tepi da infuderit:⁊ in ipsa sederit: ⁊ sirupu3 ace tosum biberit. Hoc quoq3 est intuendum: ne medicinas uentrem uehementer soluen tes in diebus calidissimis: uel frigidissimis sumat. A somno quoq3 oīo postquam solui inceperint:est abstinendum:n3 cibo aliquo quādiu medicine eructuando saporem sense rint:utendum erit:⁊ dum solutio non debili tatur neq3 minuitur: donec eius compleať operatio. Quod si ut decet purgandus so lutus fuerit: leui tafeada cibari debet: ex qua nō auide s3 mediocriter sumere debet. Nemo enim in die qua soluitur:saturari de bet:sed mediocriter est reficiendus. Si aūt contingat aliquem superflue solui: cibaria cum sumach: uel cū suco malorum granato rum acetoso⁊: uel cum suco uue acerbe fac ta sumere debet: per multum tamen temp⁹ ante quam comedat:puluerem de seminib⁹ factum:in potu sumere debet. Sed si alicu ius corpus ex medicine haustu fortiter cale factum fuerit:uel medicinam collere rubee purgatiuam sumpserit:ut eius potus sit iu lep necessarium est:nisi uehementer sit pur gatus. Qui si fortiter fuerit solutus: rob pomorum:uel citoniorum uel malorum gra natorum:⁊ similium bibere debet. Et est necesse ut qui multum solutus est: abstineat a iulep:⁊ sirupo acetoso:⁊ ydromelle. Si

uero accidat ut ex medicina corpus non ca lescat: neq; ex corpore aliud quicquaz pre ter flegma uel colleram nigram educatur: aqua uino temperata: in potu ē sumenda. Quod si fuerit impossibile: cuz melle erit tē peranda. Quod si contingat medicinam solutiuam multum plus operari quam debe at: qui eam assumpsit: in balneo ponendus erit. Qui si hoc modo strictus non fuerit: puluere de malis granatis facto uti debet. Qui si sufficerit: quiescendū erit. Sin autē puluis hic dandus erit: qui. ℞. tortellarum de siria. ʒ. c. thuris: boli armeni: gūmi ara bici: glandium xilocaractarum de romania Arillorum: seminum granatorum: omnium ut tutbia tritorum. ana. ʒ. x. seminis iusquia mi albi. ʒ. S. De hoc uero puluere tantum sumere debet tribus uicibus: quantum pu gno teneri poterit. Quod si istud non con tulerit: trociscos de balaustijs: τ bis similia que in capitulo de uentris solutione: nomi nabuntur: dabis. Si autem infirmum con tingat debilitari: τ ad immobilitatem τ sin copis deuenire: ei subueniendum erit: sicut in capitulo de collerica passione dicturi sumus.

¶ Capitulum de iuuamento uomitus τ eius nocumento τ quomodo debeat fieri.

Uomitus si ut debet temperate fiat: stomachum purgat: τ digestiuam effi cit meliorem corpusq; renouat τ mundat: caput quoq; τ sensum aleuiat uisumq; acu it. Qui si multus fuerit: corpusq; desicca bit: τ epati ac pectori: necnon oculis τ pl moni: nocebit. Uenas quoq; quandoque findit: atq; rumpit: ex quo etiam passio ac cidit emoptoica. In cuius autem stomacho multum adunatur flegmatis: sanitas uomi tu conseruanda erit: cuius signa iam nomi nauimus. Et istis quidem necesse ē semel in mense uel bis: uomitu uti. Quod etiam post cibi saturitatem fieri oportet. Uome re enim sine stomachi repletione: durum est neq; absq; magno labore τ studio fieri potest. Uomitus preterea non frequenter fieri debet: corrumpitur enim stomachus: τ ipsius destruitur uirtus. Est etiaz obser uandum ut cum aliquis uomere uoluerit: duos panniculos prius in rotunditate cir cumuoluat: τ super oculos ponat: τ cum pā no alio: optime liget: neque inde auferat: donec uomitus sit expletus. Post uomit⁹ autem perfectionem: facies rodostomate ē abluenda: τ os ydromelle: uel sirupo aceto so est colluendum. Qui uero collum habēt longum: τ epiglotim foris prominentem: pectusq; strictum: τ a carne nudū: a uomitu oio abstinere debent.

¶ Capitulum de iuuamento coitus τ eius nocumento τ qūo debeat fieri.

Coitus corpus repletum alleuiat: τ animam yllarem τ letam efficit: eius q; auget leuitatem: iram quoq; sedat: ac co gitationem remouet. Quod adeo quando q; fit: donec melancolia eius occasione quā doq; sanetur. Siquis etiam amore mulie ris in tantum coartatur ut quasi ad mortez deueniat: coitu multotiens utatur: licet ea quam diligit non potiatur: sedatur tamen eius furiosus amor. Coitus preterea capū alleuiat atq; sensus. Ad ultimum uero si quis multo usus fuerit coitu: repletionis malum euacuando euadet. Est etiam ual de obseruandum: ne quis coitu sepe utatur: qui ex eo ueIociter debilitatem incurrit: ac appetitiue consequitur destructionem: ocu lorum quoq; habet concauitatem. A coitu etiā corpora habentes sicca ut ab inimico interficiente: sibi cauere debent. Quo etiā si quis multuz usus fuerit: ethicam incurret Conualescentes quoq;: τ debiles atq; ma cri: necnon quorum ylia τ uentres: subtilia sunt τ macra: τ quorum nerui sunt debiles: coitum omnino uitare debent. Coitus eniz multus τ frequens: neruis magnum infert nocumentum: oculosq; fortiter ledit: τ cor poris uires destruit: corpusq; corrumpit ac debilitat: ad senium quoq; cito adducit. Et hec coitus nocumenta: corpora haben tibus robusta: τ crossa: τ sanguinem multū: ac uenas amplas: τ colorem rubeum mul tosq; pilos: minus accidunt. Corpora au tem habentibus predictis contraria: malū afferunt magnum ac manifestum. Coitu iti dem nemo uti debet dum est famelicus: ne q; cum multo cibo ac uino est repletus: ne q; cum de balneo egreditur: neq; postquaz uomuerit: neq; post uentris solutionem: ne q; post flobotomiam: uel laborem: Si uero aliquis multo fuerit usus coitu: a labore τ flobotomia abstinere debet: τ debet cauere ne in balneo sudet. Cibis etiam augumen

tantibus sperma: uti debet uinumqꝫ dulce ac crassum bibere. Rebus quoqꝫ odorife ris faciem ac totum corpꝰ: sepe inficere de bet: atqꝫ suffumigationibus aromaticis uti et augere somnum.

Capitulum de iuuamento balnei ⁊ eius nocumento ⁊ quō debeat fieri.

c Orpus balneo humectari ⁊ dessicca ri possibile est. Quapropter corpo ra macra habentes ⁊ sicca: balnei indigēt humectatione. Ideoqꝫ cauere debent: ne i balneo sudent: sed in loco eius temperato maneant: ⁊ circa se in pauimento multam a quam calidam probitiant: ut uapor multaꝫ habens humiditatem ibi eleuetur. Corpo ra autem sua: aqua calida suauitatem afferē te: infundant: ⁊ in eam ingrediantur in qua tam diu morari debent: donec corpus lene ⁊ parumper turgidum fiat. Deinde cauer̄ debent ne aquam calidam super se probiti ant: sed aqua frigida semel p paruā tñ morā infundi debent: ⁊ postea inungi oleo. Si qs uero ut corpus exsiccet balneū ingreditur: multum sudare ⁊ confricari debet: ⁊ cum fa rina fabarum ⁊ ciceris: ac baurace: ⁊ usnen fricari. Comestio quoqꝫ post balneum: lō go spatio est tardanda. Et cū sudor fluere inceperit: sine unctione fricatione uti cōue nit. Sunt etiaꝫ de iuuamentis balnei: cor pus humectare: ⁊ renouare: porrosqꝫ aperi re: ac sordes congregatas detergere: ⁊ re pletionem quoqꝫ minuere: ⁊ uentositatē dis soluere: ⁊ ad somnum ducere: ac humores subtiliare. Balneū preterea: dolores repri mit: uentrē stringit: atqꝫ lassitudinē remouet corpusqꝫ cibis aptū efficit. Ipsius uero no cumenta sunt: uires destruere: ⁊ corpus us qꝫ adeo calefacere: ut quandoqꝫ ad sincopi pducat: nauseam quoqꝫ cōmouet: malisque humoribus occasioneꝫ cito descendendi tri buit. Ideoqꝫ febricitantes: uel qui contu sionē est perpessus: uel apostema: uel pla gam: uel excoriationem habens: balneum timere debent. A cuius quoqꝫ introitu: qs qꝫ post cibum sibi caueat: nisi qui corporis uult pinguedinem adipisci. Quod si aliqs aliqua imminente necessitate balneuꝫ satur ingredi cogatur: postquam exierit aliquot diebus sirupum bibat acetosum: ⁊ a cibis crossis abstineat: suumqꝫ subtiliet regimen.

Capituluꝫ de forma corporis laudabili.

c Orpus ualde crassum non est laudan dum: neqꝫ quod macrum est. Corpꝰ enim qđ ualde ē crassum: multis dispositum est egritudinibus. Huiusmodi eni habens corpus subitaneā uelociter incurrit mortē atqꝫ uenarum fissuram: sputo quoqꝫ habun dat multo: anhelitus etiam uelociter constri gitur: dureqꝫ mouetur: parum insuper ge nerarē aptus est. Macra autem corpora ad ptisim atque ethicam preparata sunt: ⁊ ut cito casum incurrant: ⁊ uires in egritudi nibus dissoluantur: atqꝫ ut cito impedimen tum patiantur a superfluitate caliditatis ⁊ frigiditatis. Corpus uero in carnositate temperatum existens: quod crassitiei paruꝫ appropinquat: laudabile est. Huiusmodi enim corpus: ab egritudinibus remouetur neque ad earum receptionē ut cito accidāt aptum inuenitur.

Capitulum de iuuamento fricationis la biorum ac gingiuarum siue dentium con corticibus nucuꝫ ⁊ arboꝶ ⁊ eius nocumēto.

c Onfricatio huiusmodi dentes abstri git: rigidosque efficit si temperate fiat: gingiuas quoque corroborat et impin guat. Concauationes etiam fieri non per mittit: ac bono oris odori: auxiliuꝫ prebet. Caput quoque atque os stomachi licet pa rum alleuiat. Que cum corticibus arbo rum stipticitatem habentium: ⁊ amaritudi nem fieri conuenit. Multa autem si hu iusmodi fiat confricatio: claritatem remo uebit dentium. Quapropter necesse est: ne sepe fiat. Ex ea enim uelociter acci dit: multitudo sordium: dentesque mouen tur: et gingiue subtiliantur: atque debi litantur.

Capitulum de conseruatione dentium.

s Ummopere cauendum est: ne res du re dentibus frangantur neque res uiscose eis sepe masticentur: ⁊ diu ut sunt dactali: ⁊ mel coctuꝫ ⁊ his similia. A mul to preterea uomitu sibi cauere debent. Ip se namqꝫ eos corrumpit. Oportet quoqꝫ

si in dentibus aliqua cibi pars remāserit: τ precipue si de lacte fuerit: in ipsorum ablutione τ mundificatione sollicitari. Cum sirupo acetoso: uel ydromelle: ipsosqȝ cum arborꝝ corticibus ut predictum est: τ cum dentifriciis temperate fricare. A rebus quoqȝ que stupidos faciunt dentes atqȝ cōgelāt: sicut nix: τ eius aqua: τ proprie post calidum cibū: abstinere conueniens est. Dentifricium dentiū sanitatem conseruans ℞. cornu ceruini adusti: seminis tamarisci ciperi: rosarum spice: omnium ana. ℥. i. salis gēme. ℥. quartā: hec omnia pulueriȝata cribellentur: τ ex eis dentes fricentur. Hoc enim multum ualet: ad dentium conseruationem.

22 Capitulum de oculorum conseruatione τ eorum clarificatione.

Qui oculoꝝ uolunt sanitatē custodire a sole estiuo: τ puluere: atque fumo: sibi cauere debent. Ne etiam colores albos uel radiosa semper inspiciant: ualde obseruare debent: ac ne unam rem sicut pauefactus semper intueatur: cauere debent. Litteras quoqȝ uel subtiles sculpturas nequaquā aspiciāt. A multo p̄terea fletu: τ a lōga dormitatione p cöestionē: oīo est abstinēdū: neqȝ diu ē morandū: in loco ubi frigidus perflat uentus. A cibis etiaȝ ualde siccis: sicut sunt lentes: τ res salse: atque a frequēti coitu oīo caueṙ dn̄t. Visus itidē ipedit frequēs ebrietas: τ uinū: ac cibaria crossitiem habentia: acuta quoqȝ sicut cepe: τ sinapi: τ eruca: atqȝ allia: necnon ea que nocumentum faciunt: τ capitis adducunt dolorem: sicut dactili: τ porri: τ fenugrecum: τ andacoca: τ oȝimum: cuius ē proprietas: uisum obfuscare: si multa ex eo sumatur quātitas τ frequens. Caules quoqȝ ac lentes τ somnus multus: atqȝ multe uigilie. Visui autem iuuamentum tribuunt: collíria lacrimas expellentia: τ oculos in sua sanitate cōseruantia: τ ne mali ad eos descendāt humores probibentia: si aliquibus horis ī oculis ponantur. Ad hoc quoqȝ auxiliatur litium aqua solutum aliquotiens in mense ī oculis ponere. Hoc eniȝ malos ꝓhibet humores ad oculos descendere. Est preterea de eorum numero que oculos acuunt: aquā intrare claram: atqȝ per magnum spatium oculos in ea apertos tenere: hoc enim eos claros facit τ rigidos. Multotiēs quoqȝ corroborantur oculi: cum aliquis librum incipit aspicere: cuius littere nō sunt subtiles τ intendere ceperit: quid in eo sit: uel quid sit in picturis. Quod autem oculi cōseruat sanitatem atqȝ abstergit: tutbia est cuȝ suco sansuci confecta. Sunt etiam de his que oculos abstringunt: ut recentis feniculi suc?: in oculis ponatur: uel collirium de mal gra natis. Quod. ℞. granatum unum dulce: τ aliud ualde acetosum: deinde extrabat̄ utriusqȝ succus separatim: atqȝ in duabus ampullis: orifitia babentibus oppillata: sub sole a prima die iunij: usqȝ ad ultimam augusti suspendatur: τ singulis mēsibus quod subtile fuerit: semel euacuetur: τ quod crossum probitiatur. Postea uero de uno quoqȝ partes sumantur equales: τ misceantur. Et in unaquaqȝ buius comixtionis libra: pulueris aloes: piperis nigri τ longi: salis amoniaci. ana. ʒ. i. ponatur subtilissime tritorum τ reponatur. Hoc enim colliriuȝ quānto fuerit uetustius: tanto melius erit. In quo stilus intingi debet: τ sic in oculis poni. Est enim mirabile in oculorum abstersione. Collírium quod oculorum conseruat sanitatem: τ ipsos ne cito suscipiant nocumenta: probibet. ℞. antimonij multotiēs aqua abluti: τ postea per ebdomadam unā aqua pluuiali lauetur: necnon tutbie: similis fiat ablutio. Cuius antimonij sit preparati. ʒ. 20. tutbie: τ cathinie: ablutorum ut diximus ana. ʒ. xij. marcasithe lauate. ʒ. 8. margaritarum paruarum non perforataruȝ: coralli. ana. ʒ. 2. folij indi: croci orientalis. ana. ʒ. i. cāfore. ʒ. tertia pars: musci. ʒ. sexta pars lapides insimul per tres dies: cum aqua pluuiali terantur: deinde omnia misceantur: τ recondantur: τ in palbebris mane: τ circa noctem ponantur.

Capitulum de conseruatione sanitatis aurium. 23

Ut sordes que fiunt in auribus mundificentur: summo studio insistendum est sicut in capitulo de aurium sanatione: dicturi sumus: atqȝ ne cibaria crossa edantur obseruandum. Quaqȝ etiam ebdomada pa

rum olei amigdalarum amararum aur ibus
est iniciendum. Quod autem aures custo
dit ne doleant: est frigido uento: longo tem
poꝛe non opponi. Est etiam summopere
cauenduꝫ: ne aliquid eas ingrediatur: ⁊ ne
pustula in eis nascatur acuta. Quod custo
diri poterit: cum eius timetur aduentus: si
postquam in fatie acutas pustulas nasci ui
debis: aut in aure doloꝛis pꝛincipium sen
seris qui cum capitis ardoꝛe: ac pustulis a
cutis in facie ⁊ circa faciem sit: soluas pa
rum sief memithe in aceto: ⁊ in aurem po
nas. Quod si aure sana quaqꝫ ebdomada
fiat: ipsam pꝛohibet reumatismū incurrere.
A fastidio quoque ualde custodiri debent: ⁊
ne stomacho pleno doꝛmiant.

Capitulum de cautela egritudinū ab uno ad alium transeuntium.

t Erra in qua autrax ⁊ pestilentia fi
unt fugienda est: quam si quis fuge
re non poterit: ⁊ fuerit mansio uel exercit⁹
in quibus ista fiunt: in loco altioꝛi moꝛari
debet: locumqꝫ qui uento super est infirmi
eligere. Egritudines uero que de uno trā
seunt ad alium: sunt lepra: ⁊ scabies: ⁊ pti
sis: ⁊ febꝛis pestilentialis. Que tunc acci
dunt: cum aliqui in mansionibus angustis.
cum hominibus ista patientibus uel sub uē
to sedent. Egritudo etiam oculoꝛum de
uno ad alium: si eum intuitus fuerit: tran
sit. Pustule quoqꝫ male ⁊ multe: de uno
quandoqꝫ ad alium transeunt. Est insup
summopere obseruandum: ut ab omnibus e
gritudinibus malum habentibus odoꝛeꝫ sa
ni elongentur: ac supra uentū sedant.

Capitulum de pestilentia ⁊ eius cautella.

p Estilentia plerumqꝫ in fine estatis
⁊ autumno accidere solet. Qua
pꝛopter si in estate multe uenerint pluuie:
nubes quoqꝫ ⁊ pluuiarum multitudo nocte
⁊ die permanserint: ac meridionales uenti
multi perflauerint: uel aer etiam ita quiet⁹
sit ut non moueatur: ⁊ cum hec etiam meri
dionalis uentus turbidus existat: a carne ⁊
uino ⁊ confectionibus de melle factis: ⁊ a
fructibus recētibus: ⁊ dulcibus: atqꝫ a bal
neo ⁊ lauacro aque calide: omnino absti
nendum erit. In omni autem comestione:
aceto utendum erit: ⁊ omnia in quibus ace
tum ponitur comedenda. Rob quoqꝫ fru
ctuum ualde acetosoꝛum ⁊ stipticoꝛum: sicut
rob de suco uue acerbe: ⁊ suco ribes: ⁊ gra
natoꝛum acetosoꝛum: ⁊ maloꝛum acetoso
rū: atqꝫ de suco sumach: ⁊ acetositas citri su
menda erunt. Sirupi pꝛeterea acetosi: mł
ta quantitas: sepe bibenda erit. Quod si
maxima necessitas carnem comedere cogat
galline: ⁊ starne: ⁊ perdices masculini sex⁹:
edus quoqꝫ atqꝫ uitulus cum aceto ⁊ uue a
cerbe succo: ⁊ sumach: ⁊ his similibus condi
ti: necnon charis: ⁊ hulem: ⁊ mosos edi de
bent. Si autem in coꝛpoꝛe sanguinis ali
qua appareat motio: flobotomia absqꝫ mo
ra insistendum. Mansiones quoqꝫ in qui
bus est sedendum: frigide esse debent: quaꝝ
poꝛte ⁊ foꝛamina a parte septentriōis sint
aperta. Est enim possibile ut hoc utentes
regimine: a pestiferi aeris dispositione: ⁊
uariolis atqꝫ moꝛbillo: necnon antrace ⁊
malis apostematibus: ac febre sinocha: deo
auxiliante euadant. Preterea cum talis
fuerit tēpoꝛis dispositio: isantes ⁊ iuuenes
ac coꝛpoꝛa habentes crossa: ⁊ coloꝛem ru
beum: plus alijs custodiendi erunt. Quan
do autem in fine estatis multus fuerit ca
loꝛ: autumnus quoqꝫ ualde siccus ⁊ multuꝫ
puluerulentus extiterit: ac frigus ⁊ pluuia
uenire tardauerint: mansiones tunc infrigi
dande: ⁊ humectande pannis crossis aqua
aspersis: atque appensis ⁊ aque in pauimē
to domus: roꝛatione: erunt. A laboꝛe quo
que ⁊ coitu: abstinendum erit. Coꝛpus pꝛe
terea aqua frigida lauandum ⁊ aqua niuis
in potu sumenda. Sauich etiam cotum in
mane cum multa aqua: ⁊ pauco zuccharo bi
bendum erit: ⁊ aqua in niue infrigidata po
tanda. A cibis uero calefacientibus: ⁊ a
uino: nisi multa frigida: temperatum fuerit
aqua cauendum. De cucumeribus autem
⁊ citrolis: atque cucurbita ⁊ poꝛtulaca: et
his similibus: multum erit edendum. Sum
mopere quoqꝫ cauendum erit: ne in sole fi
at sessio: neque ieiunet aliquis: neqꝫ come
stio tardetur: sitis etiam nullomodo est tole
randa. Si quis uero in meridie doꝛmire

uoluerit: in locis quiescat frigidis. Ciba ria quoqʒ edant que diximus. Pisces aũt si comedere uoluerit: sup carbones assatos edant. Uuas quoqʒ in quibus adhuc est a cetositas: sumant. In tali uero tempore sin gulis diebus aquam bibere ordei: multum confert ⁊ precipue corpora calida habenti bus ⁊ sicca. Hij enim hoc regimine plus omnibus alijs indigent. Et propter hoc est possibile: a febribus acutis pessimis ⁊ calidis in tali tempore euadere. Quando autẽ in nocte multe aeris apparent apari tiones coruscationibus similes: ⁊ aeris co lor hicteritie similis est. Uenti quoqʒ flãt post quoꝝ aduentum: multi homines ⁊ ani malia egrotant: in nocte quoqʒ in aere: ra dij uidentur ⁊ splendor: atqʒ egrotantes ci to mortem incurrunt. Aer etiam difficult attrahitur: ⁊ egrotantium ora fetiduʒ emit tunt odorem: ipsi quoqʒ infirmi multum an gustiantur: ardoremqʒ magnum habent: ⁊ sitim patiuntur uehementeʒ: ac ipsorum in frigidantur extrema: ⁊ uomunt: ⁊ egerunt humores fedos ⁊ diuersos: quando talia adsunt fructus ⁊ holera: que in tali nascun tur tempore: sunt dimittenda: ⁊ aqua que in superfitie terre est manifesta: bibenda est In mansionibus quoqʒ est morãdum: ⁊ aer calidus fugiendus. Domus preterea qua qʒ die aqua ⁊ aceto mixtis: est roranda. Et si cum hoc in aere odoris putridi ac fe tentis similitudo fuerit: homines cum san dalis ⁊ canfora: sunt suffumigandi: atque a qua rosata rorandi. Domus autem cum costo ⁊ thure ⁊ storace: ⁊ honch: ⁊ sanda lis: ⁊ canfora: suffumigari debent. Cibaria uero sint: acetum ⁊ lentes: ⁊ sumach: ⁊ hu lem: ⁊ sucus uue acerbe. Acetum quoque cum aqua temperatum bibendum est ⁊ ui num dimittendum. In hac quoqʒ dispositi one sumere in potu omni die unum de troci scis canfore: confert. Est etiam aqua cum niue bibenda: ⁊ aque frigide ablutione utẽ dum. Unus preterea antiquorum phisico rum dixit: quod si due partes aloes suman tur: ⁊ croci orientalis: ac mirre uniuscuius qʒ ana. pars una ⁊ detur ex eis i principio pestilentie cuiqʒ pondus. xij. alchilat singu lis diebus cum uncia uini temperati: maxi mum affert remedium. Dixit enim hic se neminem uidisse hanc medicinam in princi pio mortalitatis bibentem: qui non euasis set. Galienus quoqʒ dixit: quod bolus ar menus cum aceto ⁊ aqua bibitus: huic dis positioni conueniens est: atque tiriaca dia cignes eidem ualde congruit. Confert pre terea predicte dispositioni: si i tempore ae ris putrefacti suffumigatio cum costo: thure ⁊ storace: ⁊ siloaloes: ⁊ hunch: atqʒ: sandal: ⁊ canfora: ⁊ mirra: fiat. Accidit quoqʒ ut in aliquibus annis in uere: squinantia sepe multos inuadat: que mala ⁊ etiam pernitio sa existat. Oportet itaqʒ in hoc tempore egritudinem preuenire cum flobotomia: ⁊ sanguinis extractione: uentosis in cruribus positis: ⁊ uentris solutione: ac gargarismis qui singulis diebus ac noctibus: cum aqua rosata fieri debent in qua sumach madefac tum fuerit: ⁊ cum rob morarum ⁊ nucum. Contingit etiam ut in aliqua hieme multo tiens apoplexia: uel paralisis: ⁊ egritudi nes istis similes eueniant. Est igitur ne cesse ut cum talis fuerit annus: frequenter euacuetur corpus cum pillulis quas in ha rum egritudinum capitulis nominabimus: ⁊ gargarismis: atque sternutationibus ⁊ un ctionibus totius corporis ex oleis que ibi nominabimus. Cibus quoqʒ erit minuen dus: ac subtiliandus.

¶ Capitulum de regimine corporis se cundum tempora.

O Portet ut in uere flobotomia ⁊ uen tris solutione preueniendo succurra tur: ante quam calor irritetur: minus quo qʒ in ipso: uinum est bibendum: ⁊ caro co medenda. Omniaqʒ dulcia minus sumen da. Et precipue hoc obseruare debent: quibus egritudines ex repletionibus acci dere consueuerunt: decet etiam ut cibis sub tilibus ⁊ infrigidantibus in eo cibentur: q bus in estate uti consueuerunt. Cum au tem uenerit estas: motus minuatur ⁊ labor: soli quoqʒ minus opponendum erit: ⁊ ciba ria calida ⁊ crossa relinquenda. Uenter e tiam non semel cibo repleri debet: sed mul tis uicibus diuisus sumendus erit. Et a qua frigida est bibenda: ⁊ in ablutione utẽ da. Sauich quoqʒ cum aqua coctum: cum

zucharo est potandum. In potu preterea in mane sumi debet: mix cum zucharo: ⁊ sirupus acetosus: ⁊ iulep: ⁊ rob de fructibus acetosis. Res autem frigide: ⁊ cibi cum aceto ⁊ sumach compositi: ⁊ charis: ⁊ hulem ⁊ res acetose comedi debent. A dulcibus autem ⁊ unctuosis atqꝫ acutis ⁊ salsis: est abstinendum: sed acetosis ⁊ insipidis ad temperiem conseruandam est utendum. Uino quoque tanta est admiscenda aqua: ut quasi aqua sentiatur: uetus uero ⁊ forte dimitatur. In autumno uero fructuum comestio minuenda est quanto plus possibile est: ⁊ obseruandum ne in meridie soli aliqui se opponant. Caput quoqꝫ in nocte ⁊ mane a frigore custodire debent. Caueant etiam ne aquam bibant frigidam: uel lauentur cum ea: ⁊ a labore similiter ⁊ coitu: abstinere debent. Aqua uero tepida se lauēt ⁊ obseruent ne in locis dormiant in quibus corpus orripilationem patiatur: neqꝫ post cibi dormiant repletionem. Aqua etiam frigida non lauentur: ex qua corpus orripiletur. Et non oportet ut uomitus prouocetur: quia in eadem ora febrire facit. Caueant preterea ne famem uel sitim patiantur: uel cibo una hora repleantur: uł aqua. Uinum autem taliter temperatum bibant: ut animam delectari faciat: stomacho uero neque tensionem neque grauedinem afferat. In ipso quoqꝫ corpus secundum plures res sine intermissione custodiatur ⁊ regatur: sicut in estate gubernari consueuit usqꝫ ad pluuiarum aduentum. Que postquā aduenerint: a multo malo nocumento securos reddunt. Si autem contingat autumnum longum ⁊ estiualem fore: custodia maior erit obseruanda. Tota autem intentio in custodia autumni: esse debet in humorū repressione ⁊ temperamento maior: quam in ipsorum euacuatione cum uentris solutione ac flobotomia. Quod si in autumno aliqua contingat egritudo: cito ei cum medicina ante quam augumentetur: subueniendū est. Huius enim temporis egritudines: male sunt ⁊ pessime. Ad ultimum autē tota intentio sit: in corporis humectatione In hoc enim tempore: hoc plus existit necessarium: quam etiam in estate. Hoc nāqꝫ tempus pro sue complexionis malignitate

errorem non tollerat regiminis: neque largis permittit uti cibis neque dietam despicere. Hyems autem: regiminis errorē atqꝫ ciborum largitatem tollerat. Et postremo hyems: conseruat sanitatem: unde in ea egritudinem non incurrunt: absque magni erroris causa. In qua a multa uentris solutione caueri debet. Oportet quoqꝫ ut si quando febres in hyeme commoueantur cito eis cum medicina subueniatur: ⁊ proprie cum euacuatione. Hec namqꝫ febres plerumqꝫ ex repletione accidunt. Ideoque ⁊ crescunt: ⁊ fortiores fiunt: si non in principio euacuentur. Qui autem frigide est cōplexionis: calidis poterit nutriri cibis: sicut sunt allia: ⁊ cepe: ⁊ alia calida que cibis causa condiendi ⁊ saporem tribuendi ammiscentur: ut piper: ciminum: sinapi: eruca: ⁊ his similia. Sed qui iuuenis fuerit ⁊ calide complexionis: conuenientius est: ut ex eis minus accipiat: uel omnino ea dimittat Ista enim si in hyeme egrotare eum non fecerint: egritudinem acutā: in ueris principio uel in eius fine facient: nisi ei cū flobotomia aut uentris solutione subueniatur. Ille preterea qui in tempore hyemis multa auide ⁊ simul in stomacho recipit: atque qui bonorum cibariorum multitudinem cū uno suscipit: sibi cito cum flobotomia subuenire debet. Qui autem cibis crossis utitur ⁊ malis: uentris solutione sibi succurrere cogitur.

Capitulum de regimine infantis ⁊ pregnantis.

Pregnans ab omnibus cibis in quibus est acuitas ⁊ amaritudo abstinere debet: ut sunt cappares: ⁊ lupini: atqꝫ oliue imature ⁊ his similia. Uia etiam que urinam ⁊ menstrua prouocant: uitare debet sicut sunt cicer: ⁊ faseoli: ⁊ precipue ruta. A saltu quoqꝫ atqꝫ percussione: ⁊ casu custodiri debet: ⁊ precipue impregnationis principio: ⁊ in fine: ⁊ a coitu omnino remoueri debet. Nam hoc totum: multotiens aborsus cā existit. Nutriri itidem debet cibis subtilibus: humorum bonorum generatiuis ac nausee repressiuis: ⁊ os stomachi corroborantibus: sicut est caro galine: ⁊ pdicis:

pgnātis, a/ Coitu remoueri [illegible]

ac edi: de uino etiam boni odoris paruȝ bibat: quod tempate sit aquatum. Jeiuna quoque in potu sumat: rob de fructib⁹ acetosis ⁊ stipticis: cum quibus parum de trociscis xiloaloes accipiat: ut nauseam atqȝ alguaa reprimat motu ⁊ exercitio utatur tẽperato ⁊ caueat sibi ne in balneo uel in sole longã fatiat morã. Cantilenas uero ⁊ iocos: atque ea que delectationem afferunt: necnon somnum augere debet: rebusq̃ quoqȝ odoriferis circa caput ⁊ faciem: ac suffumigationibus uti debet. Cibũ quoqȝ alleuiet atqȝ in die multotiẽs comedat: neqȝ cibo semel impleatur. Si aũt appetitus multũ destruatur: de rebus acribus parum est ei tribuẽduȝ: ut sunt cepe ⁊ sinapi ⁊ his similia: que disgregando appetitũ commouent: Masticẽ etiã atqȝ olibanum masticare conuenit atqȝ citonia: ⁊ granata: necnon mala matiana: ⁊ citra comedat. A malis aũt cibis: sibi caueat: ⁊ ne mala cibaria ⁊ diuersa i stomacho misceat: custodiri debet. Est enim possibile ut cum hoc regimine in pregnatione egritudinem euadat. Quod si ipsam infirmari contingat: oportet ut sine flobotomia seu uentris solutiõe medicetur: uel maximo timore ac multa diligentia fiat: ad hoc ut fetus remaneat: ⁊ partus sit facilis.

2.8 Capitulum de alleuiatione partus ⁊ regimine parturientis.

c Uȝ hora partus appropinquauerit paritura in balneo mitti debet: ac in tina singulis diebus sedere: ⁊ uentreȝ atqȝ dorsum cum oleo inungere: cibaria quoque bonuȝ habentia saporẽ ac lenientia: ei sunt tribuenda: sicut iffidabegi ⁊ aluia factuȝ de zucharo: ac oleum de amigdalis recens. Cũ autem partus aduenerit hora: dorsuȝ inungi debet cũ oleo de keiri: ⁊ oleo sambacino: calefactis. Cui etiam femur: ⁊ ylia atqȝ ypocondria inungi debent: ⁊ ex eis in uuluã erit mittendum. Ipsa quoqȝ paulatim incedere debet: que postquam paꝝ ambulauerit: sedeat: ⁊ pedes equaliter tendat: deiñ uero sup utrosqȝ se simul eleuet. Dolor aũt partus si fortis fuerit: nares ⁊ os apprehẽdendo se premat. Obstetrix quoqȝ dorsum eius eleuet: atqȝ ylia: ⁊ mirach eius inferius premat. Et si diu taliter se habuerit: iffidabegi unctuosum de pullis factum i quo adeps pinguis galine ac anatis ponatur: in potu sumat ⁊ uinum boni odoris bibat. Quod si partus fuerit durus: ⁊ ne parturiens moriatur timeatur: detur ei aque i qua fenugrecũ ⁊ dactili cocta fuerunt libra una in qua ante quam detur: parum olei amigdalarum dulcium ponatur. Que non una uice sed duabus uel tribus bibenda erit: ne euomatur. Post hanc aũt aquam: trociscos de mirra accipiat. Et si adhuc etiam multum constringatur: sucum rutte sumat uel altich: geusir: galbani: omnium ana equaliter accipiatur: de quibus due dande sunt. ȝ.

Quod si delicata sit mulier que harum medicinarum odorem non multuȝ ferre ualeat pondus unius aurei de algalia in uino bñ redolente dissoluendũ erit: ⁊ in potu ei dandum. Ipsa quoqȝ cum suco carnis ac bono uino est corroboranda. Secũdina uero si remanserit: sternutatio cum condisi nares apprehendendo: est prouocanda. Quod si hoc modo non exierit: secũdina ad medicinas quas nominabimus: erit reuertendum dando eas. Suffumigatio quoqȝ cum mirra: ⁊ kina: ⁊ geusir: ⁊ sulfure: facienda est. Ex istis autem cum felle uaccino mixtis: fiunt pillule quarum una post aliam in igne mittatur: qui ignis sit in foculari: quod magna scutella de terra foramen in medio habente cooperiatur. Foramini autem huic uulua superponatur ut fumum recipiat. Hoc. n. fumigiũ fetum expellit mortuũ. Qð tunc fieri debet: cum fetus mortuus fuerit: ⁊ si mouetur uel nõ mouet̃ fortiẽ. Qð si p⁹ partum sanguis fluat multitudo unde uires destruantur: subueniendum est ei: cum his que in capitulo de menstruorum retentione nominabimus. Corroborari quoqȝ debet cum aqua carnis: ⁊ uino bono: ⁊ cibu. Sanguis uero si non sequatur partum uel parum fluat: suffumiganda est parturiens fumigijs suprascriptis: de quibus etiam in uuluam mitti debet: ⁊ medicari debet cum medicinis quas in capitulo de menstruorũ prouocatione dicti sumus. Hoc aũt non est dimittẽdũ nec uilipẽdendũ nisi macra fuerit et debilis. Ex hoc enim generãtur multotiens egritudines dure ⁊ male.

Capitulum de regimine infantis.

i Nfantis aures statim post partum premende sunt. Quod etiã postea multotiens est faciendum. Est preterea obseruandum: ne lac aures ingrediatur cũ lactatur: & ut pallatum cum melle tangatur & nares cum aqua calida & oleo semper mũdificentur: atq3 mucilagines emungantur. Ipse quoq3 prius semper fricandus postea inungendus est. Et membra similiter ei⁹ sunt in unã quãq3 partẽ tendenda: & fascia cingenda. Sunt ẽt rectificãda eius membra: caput uz & nares ac frons. Hoc enim regimine si custodiatur: multas euadet egritudines. Mamillas quoq3 taliter sugat: ne eius uenter tendatur: neq3 multa ex eo egrediatur uentositas: & ut nõ accidant ei dissolutio & pigritia: neq3 somnus longus: neq3 de latere ad lat⁹ reuoluatur: & nõ ploret: neq3 uomat. Quod si istaꝝ significationũ aliqua appareat: diutius solito a mamillarum suctione: abstinere cogatur: & tẽpus dormitionis augeat. Postea uero ĩ aqua calida balneentur: & mamillarum suctione minus solito utatur deinde uero ad suã reducatur consuetudinẽ: cui de medicinis somniferis parum est dandum: ut diu dormiat. Cuna itidem eius equaliter est mouenda. Quod quidem fieri conuenit post mamillarum suctionem. Oculi quoq3 eius in primis natiuitatis diebus: panno sunt operiẽdi. Et est summopere cauendum: ne in loco sit multum luminoso & radioso: ante eum tamen uitree margarite: & panni diuersos habentes colores appendi debent. Cantilenis quoq3 que uocibus proferuntur extẽsis: & quietis delectationem facientibus: ante eum est utendum: nõ asperis neq3 raucis. Postquã uero loquendi hora appropinquauerit: nutrix eius linguam frequẽter fricet. Superiorem tamen lingue partem cum sal gemma & melle fricare debet. Et hoc precipue est faciendum: cum loquella tardatur. Ante ipsum quoq3 frequenter ẽ loquendum & uerba facilia: & leuia est docẽdus. Cum autem natiuitatis dentium tempus appropiquauerit: gingiue singulis dieb⁹ cum butiro & adipe galline: sepe sunt fricande: ac ordeum super eas trahendum. Guttur quoq3 & spondiles colli: frequenter cum oleo inungi debent. Quod si eius uẽter solutus fuerit: uentri supponatur emplastrum qđ de cimino & rosis cum modico aceti & aqua madefactis fiat: lacti quoq3 gũmi arabicum & bolus armenus sunt ammiscenda: & danda ei. Venter uero si stringatur suppositoriũ de melle cocto: & baurach ul' de melle cocto & stercore muris confectũ ano est supponendum. Cum autẽ ad tempus peruenerit in quo comedere incipiat. fiant de simila & lacte ac zucharo magdaliones glandibus similes: & infanti manu tenenda dentur: ut cum eis ludat ac eos sugat: & gradatim disponatur ad aliquid ex eis trahiciendum. Caro quoq3 que est in pectore teneri pulli: uel perdicis: est ei tribuenda. Postquam autem hoc bene sapere ceperit: atq3 ex eo comedere & appetere inceperit: suctio mamillarũ paulatim minui incipiat. In nocte quoq3 eas suggere non permittatur: deinde gradatim perducatur ad hoc ut in die nõ lactet. Est ẽt ualde obseruandum: ne ĩ tẽpore calido ablactet.

Capl'm đ electiõe nutricis & ei⁹ regimĩe.

n Utricem oportet esse iuuenem colorẽ habentẽ clarum. Que cum sit alba: rubedinem habeat ammixtam: neq3 sit partui propinqua: nec ab eo multum remota: neq3 lesionem habeat: neq3 infirmitati sit preparata. Mamillas quoq3 habeat magnas: & pectus ampluz ac pinguedinis corporis: mediocritatem teneat. Ipsa preterea neq3 salsa comedat: neq3 acuta: nz acetosa: nz stiptica: neq3 tabegul utatur in quibus est fortis caliditas: neq3 porris: neque cepis: allia quoq3 atq3 erucã: & ꝑcipue apium oĩo dimittat. Non eniz conuenit nutrici: ut ei appropinquet oĩo. Nutrienda ṽo est cibarijs de tritico & rizi factis: & carnibus iuuenibus & bonis: & coctura bene cõditis. A coitu autem & menstruorum ꝓuocatione sibi caueat. Quod si eius minuatur lac: pultes de farina fabarum uel rizi: uel panis de simula sicci: et lacte et zucharo facte ad sorbendum tribuantur: quibus parum seminis feniculi sit ammixtum. At si lac eius ualde crossum fuerit: cibus erit subtiliandus. Ipsa quoque parum laborare cogenda est. Cui insuper sirupus acetosus et uinum subtile dari de

bent. Multum autem subtile si eius lac fuerit: cibaria fortia ꝛ crossa cum augumento ei danda sunt: somnusque augumentandus. Quod si infantis uenter solutus fuerit: nutrici de his que uentrem stringant dandum erit. Cui neque dulcia: neque unctuosa: sunt tribuenda. Quod si in corpore infantis bothor apparuerint nutrici aqua ordei detur: que neq̄ dulcia neque calida comedens: cum almezezet: nutriatur et flobotometur. Infans quoque si iam quatuor preterijt menses uentosetur. Lac autem quod melius iudicatur: est cuius una gutta super unguem distillata: neque multum subtilis et currens: neque crossa conspiticitur: ꝛ congelata: bonum habens odorem ꝛ saporem ꝛ dulce. Salsum autē lac: uel male olens: nullo modo nutrimēto infantis est conueniens.

30 ¶ Summa de regimine aliarum etatum.

p Ueri cum flobotomia: uel forti uentris solutione: nequaquam sunt medicandi. Cum uentosis autem ꝛ uentris ex aqua fructuum solutione: eis erit subueniendum. Qui ex necessitate custodiendi sunt: ne multum de confectionibus mellis: uel fructibus comedere permittantur: ne multas incurrant egritudines. A lacte quoque atque caseo necnon cibis crossis: abstinendi sunt: ne in eorum uesicis lapis generetur. Quibus semina melonum excorticata cum zucharo sunt tribuenda: ut urine instrumenta mundificentur ne lapidis ibi generatio fieri incipiat. Ipsis quoque cibis multum repleri: non est permittendum: neque cibos sumere permittantur: donec primus cibus sit digestus: et ex stomacho exierit. Quod ideo faciendum est: ut a scrofulis sint securi. Adolescentes autem ꝛ iuuenes: ab acutis infirmitatibus sunt custodiendi: eos flobotomando: ꝛ ipsorum uentres soluendo. Quibus fortiter reprimentia statim ex quo acutarum egritudinum in ipsis apparuerit significatio: danda erunt ante quam egritudines: perficiantur: et augumentētur. ¶ Senes uero sic conseruandi sunt: ut ad eorum corporum euacuationem cum medicinis magis intendatur quam cum flobotomia. Quorum corpora ne ad malum deueniāt: sunt conseruanda ipsorum minuendo laborem: ac coitum: ut suorum corporum uires diu perdurent: ꝛ non balneentur spatio longo. Qui autem sunt in senio: a labore atque coitu: necnon flobotomia: nisi magna imminente necessitate sunt remouendi. Qui cibis bonis suauem habentibus saporem: ac facile digestibilibus sunt alendi. Sepe quoque balneis uti debent: ac multum dormire. Rebus etiam odoriferis faciem ꝛ caput inficere: atque suffumigationibus uti: ꝛ quiete conuenit: ea quoque exerceant: que multum delectari faciunt. Uinum preterea temperate nature subtile atque clarum bibant. Quod et aquam mediocriter habeat ammixtam: ac temperate ab eis sumatur. Hij autem si hoc regimine tali modo custodiantur: possibile est ut ad decrepitam tempore longo deueniant atque ad ptisim: ꝛ ut eorꝫ corpora: neq̄ debilitantur: neq̄ destruantur.

¶ Capitulum de probatione medici.

u Alde considerari debet: in quibus uitam suam expendit medicus: ꝛ in quibus illud quod de suo preterijt tempore exercuit: atque de quibus stando solus cogitat. Si enim sue uite spatium medicorum ac physicorum libros perscrutando preterijt: eiusque studium est quando solus stat: eos diligenter intueri bona de eo haberi potest suspitio. Quod si uite sue spacium in alijs quam in his quorum fecimus mentionem studendo preteriuit ac solus stando in cantilenis ꝛͥ instrumētis musicis delectatur: inebriari quoque atq̄ his similia concupiscit: suspitio mala de eo haberi potest. Postquam autem scitum fuerit q̄ȯ ipse frequenter libros intueatur: considerā dum erit: qualis sit eius astutia atq̄ ingenium ꝛ an cum loquacibus ꝛ oppositoribꝰ sit conuersatus: ꝛ si in eo sit potentia perscrutandi ꝛ medicandi uel non. Et est etiam perquirendum si cum predictis hominibus quod prediximus diu societatem habuerit: ꝛ si ab eis sit adeptus perscrutandi ꝛ medicandi uirtutem. Obseruari

regimē ut a scrofulis sint securi

etiam debet si ea que legit intelligit uel non. Postquam autem eum libros legere ac intelligere notum fuerit: an in infirmorum cura laborauerit: et eis medicatus fuerit atque si hoc in ciuitatibus famosis ubi medici atque infirmi multi sunt egerit: diligenter erit perquirendum aut nō. Qui autem hec duo habere inuentus fuerit: sapiens erit: et alijs preferri debet. Quod si contingat alicui unum istorum deesse conuenientius est ut operandi magisterium ei desit: ita tamen quod non penitus eius expers existat: sed operandi nouerit partem: quam ut eam que in antiquorum libris continetur sapientiam prorsus ignoret. Qui enim quod in libris est nouit: atque imaginatur cum pauca operationis notitia perueniet ad id: ad quod multi eorum qui ea que in libris continentur non nouerunt: neque imaginati sunt: nullo modo peruenire poterunt. Qui etiam nichil sciunt nisi quod ab his qui longam societatem habentes: cum eis qui hec in ciuitatibus famosis ubi multi medici sunt: ac multi infirmi: didicerunt: edocti fuerunt. Si quis autem huius doctrine nomen sit adeptus qui litteras non nouit: uel si litteras nouit: uerba tamen non intelligit: nec etiam cum sapientibus moratus fuerit non est confidendum in eo: neque sue sapiē tie est credendum. Immo sciendum est: eum nullomodo posse proficere. Impossibile est enim unum hominem: etiam si longo tempore uiuat huius doctrine per se maximam consequi partem: nisi secundum precedentium incesserit regulam. Huius enim doctrine quantitas: uite hominis mensuram multum excedit. Quod non in hac tantum doctrina: uerum etiam in pluribus inuenitur doctrinis. Qui autem de hac doctrina usque nunc aliquid sunt consecuti: non pauci fuerunt: neque in breui hec consecuti fuerunt: sed fuerunt mille et in mille annis hoc adepti fuerunt. Quorum libros si quis frequenter perscrutatus fuerit: in breui omnes uide uidebitur: ac si illis mille annis uixisset: et illorum labores mille annis pertulisset. Sed si eorum negligantur libri: homo in uita sua quantum perscrutari poterit: aut eius experimenta uel inuenta quam mensuram habebunt: etiam si omnibus hominibus sit ditior: atque acutior. Quapropter si quis libros non perscrutatur ac egritudinum formas non intelligit: ante quam eas uideat: quamuis ipsas multotiens uideat: dimittit eas: quia eas non cognoscit: et absolute pertransit eas: nullomodo aliquid ex eis intelligendo.

¶ Expletus est tractatus quartus incipit tractatus quintus de decoratione. 76. continens capitula.

¶ Capitulum de furfuribus.

FURFURES remouentur continue abradendo caput et singulis inūgēdo noctibus: et postea in mane cum multa calida aqua abluendo in balneo uel in domo. Que si non suffecerint: cum farina ciceris: et semine altee: et aceto tribus lauetur diebus. Similiter quoque cum aqua in qua sicla cocta fuit et baurach pauco: caput est abluendum. Ablutio fortis in ablutione furfurum. R. farine ciceris.ʒ.100. farine fenugreci: furfuris tritici: baurach panis uitri albi et triti: sinapis: omnium ana.ʒ.15. altbee.ʒ.10. misceantur omnia cum pauco aceto et aqua: et unaquaque ebdomada: lauetur caput ex ea. Quod si post predictorum adhibitionem furfures permanserint: oleo roseo cum pauco aceto mixto: caput quaque nocte est infundendum. Venter quoque suauiter ē semper soluendus.

¶ Capitulum de allopicia.

Cum pilli capitis uel barbe cadunt: locus cum panno aspero est fricandus donec fiat rubeus. Postea uero cum cepis fortiter fricetur: donec patiens in loco illo incensionem sentiat et ardorem. Qui die illa ac nocte: sic manere permittatur. In mane autem similiter regatur. Et si in loco ampulle apparuerint: cum

adipe anatis uel galine inungatur et frica tio aliquot relinquatur diebus : donec quiescat. Et si tunc pilli nasci ceperint : locus multotiens abradatur : ꝛ cum panno singulis fricetur diebus: ꝛ oleo in quo keisim ꝛ capillus ueneris:ꝛ camomilla fuerint cocta: inungatur. Quod hoc modo fiat. Cuiusque istorum.℥.1.sumatur : ꝛ in aqua posita : suauiter usque ad dissolutionem coquantur. Quibus discoctis : aqua coletur : ex qua libra una cum una libra olei de ben misceatur : que suauiter usque ad aque consumptionem coquatur. Quod autem remanet:ab igne deponatur : ꝛ usui cum opus fuerit reseruetur. Si autem pilli ex huiusmodi medicinis non nascantur : egroti regimen est inquirendum : quo in precedenti usus fuit tempore ac corporis dispositio qualis in ea hora sit: inuestigandum quemadmodum in capitulo de cognitione humoris in corpore dominantis : et in capitulo de uirtutibus ciborum continetur. Et si cognitum fuerit ipsum : cibaria flegmatis generatiua frequenter comedisse. Color quoque cutis a qua pili cadunt albedini attinere uideatur:pillule iste dande sunt quarum descriptio. ℞. turbit albi pulueris pigre:ana.ʒ.10. colloquintide ʒ.iij.et tertiam. Ex his tritis ꝛ cribellatis ac oleo inunctis : informentur pillule ex quibus.ʒ.2.uel trium pondus : ter in mense uel quater tribuatur. Patiens quoque nutriendus est cum cibis bonorum humorum generatiuis. Postea uero reuertendũ si ad medicinas cum quibus idem locus medicari solet. Quod si patiens cibos colere rubee generatiuos edere consueuerat: et color atque etiam corporis dispositio : hoc idem significauerit:pillule : iste quas nominabimus multotiens erunt dande :ipsiusque regimen ad ea que humorem generant frigidum reducendum erit. Pillularum confectio.℞.mirab citrinorum : rosarum rubearum:ana.ʒ.5. aloes scotrensis. ʒ.1.scamonee. ʒ. quarta pars : ex his omnibus fiant pillule:et pro una potione dentur. Quod si patiens cibis colleram generantibus nigram uti consueuerat : et color atque loci obfuscatio :et eius asperitas hoc idem monstrauerint:locusque uehementer siccus extiterit:apozima de epithimo : et epithimum cum sero : et his similia que colleram nigram expellere consueuerunt sicut in capitulo de melancolia dicturi sumus:danda sunt : patiens quoque bonis utatur cibis:ꝛ postea ad medicandum eundem locum recludendum erit. Epithima pilos in infirmitate alopitie renasci faciens. ℞.spume maris.ʒ.10. baurach fur furis euforbij:ana.ʒ.2.staphisagrie : cantaridarum:ana.ʒ.1.omnia cum oleo ueteri misceantur :ꝛ postquam locus cum cepis fricatus fuerit : epithimetur. Et si in loco apparuerint ampulle : per aliquot dies dimittantur : ꝛ cum anatis adipe :et unguento de cerusa curentur donec sedentur. Postea uero hoc idem reiterandum erit si necesse fuerit.

Capitulum de generatione pilorum in locis denudatis.

Si barbe uel ciliorum pili exiles ac molles fuerint: locus fricandus erit ex spuma maris : ꝛ cinere keison:cum oleo ueteri mixtis : singulisque noctibus ex eis inungendus. Patiens quoque uinũ forte bibat. Cuius regimen ad ea que temperate calefaciunt reducendum est.

Ad idem alia confectio que etiam fortior existit. ℞.olei deben. ℥.1. cantaridarum alas ꝛ capita abscisa habentiũ. ʒ.iij. conficitur sic : cantarides trite in oleo mittuntur : deinde oleum cum ipsis in olla parua positum super lentum ignem : cum ligno frequenter commiscendo coquatur: donec ipsum inspissetur:postea ab igne depositum reponatur : cui parum musci : uel ambre : est ammiscendum ut bene redoleat. De quo si locus fricatus fuerit donec uesicas habeat apparebit citissima pilorum natiuitas.

Capitulum de conseruatione pillorum ne cadant : ꝛ ipsorum elongatione ꝛ curatione inicij caluicij.

Ablutio faciẽs capillos lõgos: folia azedaragt sumant:ꝛ capill⁹ ueneris uiridis:ꝛ mirra:ꝛ mirabal'ẽblici:ꝛ ponant

in ablutione: et cooperiatur caput ex ea: postquam aqua madefactum fuerit: in qua emblici fuerunt positi. Alia ablutio capillos faciens longos. Aqua in qua sicla cocta fuerit sumatur: in qua parum sinapis ponatur: et cum ea capilli lauentur: postea uero: inungantur oleo: et augumentabuntur. De his autem que capillos cadere prohibent: oleum est mirtinum cum frequenter capilli eo inungantur. Eos etiam confirmat: si laudanum in uino resolutum equali mensura cum oleo mirtino sit ammixtum cum frequenter eo utuntur: scilicet ut capillorum radices eo in nocte fricentur: et post in mane balneum ingressus qui patitur: cum aqua calida eos lauet. Oleum capillos cadentes retinens: emblici: et folia mirti sumantur: et in aqua coquantur usque quo aqua turbida fiat. Postea huius aque libra.i. olei onfacini. libra.i. accipiantur: et mixta ad aque consumptionem coquantur. Postea uero ei quod ex decoctione remansit. ℥.i. laudani: in uino resoluti addatur: et capillorum radices: ex hoc oleo fricentur. Oleum capillos faciens rigidos et etiam nigros: si eo inungantur. ℞. foliorum mirti: foliorum papaueris rufi: capilli ueneris spice nardi: ciperi: seminis sicle: seminis apij: emblicorum: ana quantum una manu capi potest. Hec autem omnia in tribus libris aque donec ad unam reddeant libram coquendi sunt: et postea colanda: deinde colatura hec cum una libra olei alkeiri est miscenda: et usque ad aque consumptionem coquenda. Cui postea admiscenda sunt. ℥.ß. acathie: et tantundem cineris corticis pini deinceps uero reponendum: et singulis diebus ex eo inunctio est facienda. Medicamen prohibens caluitium et curans quod ex eo iam incepit. ℞. capillorum ueneris: foliorum mirti: corticum pini: thuris: ana partes equales. Que assari debent donec teri possunt: postea uero ammisceatur eis: laudani et mirre ana quantum de uno quoque supradictorum ex quibus cum uino ueteri et oleo de semine rafani mixtis: caput in nocte epithimetur: et in die lauetur. Et assiduetur: hoc enim caluitium sanat inceptum.

¶ Capitulum de scissuris extremitatum capillorum.

f Si capillis hoc euenerit accidens: aqua et oleo concussis donec bene commisceantur: frequenter erunt inungendi. Cum mucilaginibus quoque uiscosis: eos lauare oportebit: sicut est ea que fit de semine lini: et psillij: et foliorum sisami: et que istis similantur. Quod si ista non suffecerint: quies: et comestio: et balnei usus et potus augumentari debent. Si autem contingat ut cum hoc in corpore sit pinguedo et sit eius figura pulcra: et hoc accidens paruum existat: a medicinis desistendum erit. Si autem magnum fiat: frequenti uentris solutione utendum erit: et flobotomia facienda: cibaria quoque ac uinum: sunt minuenda.

¶ Capitulum de crispatione capillorum.

c Capilli frequenter sunt fricandi: cum folijs sidre albe: et gallis. Res fortis ad istud: farina fenugreci: et mirra: et semina iusquiami albi trita: et sidre: et galle: ac calx: et merdasengi: sumantur et ex omnibus capilli fricentur.

¶ Capitulum de hijs que efficiunt capillos planos.

i In hac medicatione eis est utendum quibus capillorum curantur fixure: et inunctio ex oleo sisamino tepido: est facienda. Super capillos quoque aqua calida sepe est fundenda.

¶ Capitulum de nigrificatione capillorum.

f Cumatur tertia pars unius libre gallarum: et inungantur oleo: et fricantur donec nigre fiant et findantur: deinde accipiantur eris usti: dragaganti. ana. ʒ.ß. salis gemme. ʒ.ij. aluminis. ʒ.i. terantur omnia in modum collirij: deinde aqua calida admodum masse conspersae: quatuor horis fermentari permittantur: et caput et barba prius abluta cum aqua calida et postea exsiccata: manibus perfricando liniantur ex predicta medicina et folia desuper ponantur: ne medicamen desiccet. Que postquam per sex horas sic permanserint

ferint: cum aqua tepida lauari debent. Tinctura alia. Sumantur merdasen gi ꝛ calcis non extincte: amboꝛum par tes equales: luti quantum de pꝛedictis duobus: ceruse quantum de omnibus. Ex his omnibus aqua conspersis: inun gantur capilli: ꝛ folijs desuper cooperi antur. Et postquam per tres hoꝛas tali ter manserint: cum aliquibus lauentur mu cilaginibus: prouenіet enim ex hoc ni gredo pulcra. Tinctura alia: merda sengi: et calx sumantur: et super ea sextu plum aque fundatur: et in sole sic manere per tres dimmittantur dies frequenter commiscendo: deinde aqua hec coletur: et mittatur in ea lana: que si denigretur bona est. Si autem sic non eueniat: in hac aqua sexta pars merdasengi: ꝛ calcis ut pꝛius iterum ponatur: et manere per mittatur. Quod tamdiu fieri conuenit: do nec lanna imissa tingatur. Postea uero al channa cum aqua pꝛedicta conspersa fer mentari permittatur: de qua tinctura fa cienda est: denigrat enim perfecte: ꝛ ua let ad anuful: si ex lana in hac aqua intin cta piloꝛum radices fricentur.

¶ Capitulum de regimine capilloꝛum ne cani cito fiant.

f Epe aliquibus hominibus cani ci to intempestiui uidelicet innasci so lent: alijs autem tardari: sue complexio nis causa. De his autem que canitiem tardare faciunt est hoc scilicet ut de trifara minoꝛi in mane frequenter sumatur. Cu ius descriptio. ℞. mirabal' nigri: kebuli belliricoꝝ: emblicoꝛũ omnium ana partes equales terantur ꝛ oleo inungantur: ꝛ cuꝫ melle conficiantur: de qua singulis die bus in mane ad nucis magnitudinem sumi debet. Maioꝛ autem pars eoꝛum qui bus nutrimentum fit: sit kalagie ꝛ assatu re. Abstinere autem conuenit a lacte: ꝛ a cibis habentibus micas panis ammix tas: ꝛ a pultibus que sunt multum spisse. et a frumento cocto: et ab his que ex mel le conficiuntur: et a potu aque niuis: et a multe aque potu. Uinum autẽ uetus ꝛ pu rum: modice bibendum est: uel ydromel. Ea quoque que salmuria condiuntur: et sunt salsa: edenda sunt: ꝛ panis in almu ri nabati: est intingendus: et de eo parum a ieiunio est potandum. Sicla pꝛeterea cum sinapi comedatur. Quod si hoc utẽs regimine caloꝛe infestetur: cum aceto et si rupo acetoso ipsum repꝛimat. Multus ẽt balnei usus cum aqua ac coitus minui debent. Hoc quoque summopere est cauẽ dum: ne capilli aqua rosata infundantur: et pꝛecipue si camphoꝛam habuerit am mixtam. Et si quando hoc factum fuerit: studendum est ut desiccentur. Unguentis quoque utendum est: in quibus species cali de et odoꝛifere ac stiptice ponuntur: sicut est oleum quod diximus. Quod si quis ad hoc multum anhelauerit: oꝛdinatiꝫ ad elec tuarium de anacardis accipienđ tẽdat: qđ in hieme incipiendum ẽrit.

¶ Capitulum de tinctura capilloꝛuꝫ rubea uel subrubea.

f Umantur lupinoꝛum tritoꝛum. ʒ. 10. mirre. ʒ. 5. aloxanti fecis uini siccate: et assate: ana. ʒ. 3. deinde cinis sarmentoꝝ accipiatur: et aqua super eum fundatur: et per noctem unam sic dimissus coletur: et ex hac aqua pꝛedicte conficiantur medici ne. Postea uero capilli ex eis inuncti: per noctem unam dimittantur: ac deinde lauentur. Quod iterum atque iterum si militer faciendum est: ꝛ fient pꝛius rufi po stea uero rubei.

¶ Capitulum de albificandis capillis.

f Umantur stercus hirundinum: ꝛ enu la sicca: et mes: et semina radicum: ꝛ semina uesrim sicca: ꝛ sulfur: ꝛ flos cappa ris siccus: ꝛ ex his omnibus cum felle uac cino ꝛ aceto collectis inungantur capilli. postquam cum sulfure fuerit suffumigati: et non lauentur: sed dimittãtur sic: ꝛ post hoc suffumigentur cum sulfure. Quod multis conuenit fieri uicibus. Postquam autem albificare ceperint: oleo sambacino frequẽ ter sunt inungendi.

¶ Capitulum de his que auferũt capillos et que subtiliant ꝛ que euellunt ꝛ que eoꝝ pꝛohibent oꝛtum.

c Alcis albe: et uehementer acute: et cineris cocleaꝛum maris: partes su mantur equales: arsenici citrini triti ut al cohol octaua unius partis supꝛadictoꝛum.

Hec omnia cum aqua in mortario trita: per duas horas sic manere dimittantur. Ex quibus sic peractis: pili sunt inungendi: aut ex spuma marina: & gip: os hoc idem fiat. Ista quoque bona existunt. De his preterea que capillos subtiliant: ē ut cinis uitium: uel baurach: in psilotro mittatur. De quo cutis sepe est fricanda. Que post psilotri ablutionem cum ordei farina uel fabarum: uel melonum seminis est fricanda.

Capitulum de his que penitus auferunt pilos.

c Alx fortis sumatur: super quam sextuplum aque fundatur: & per tres dies sic dimissa coletur: postea uero in hac eadem aqua sexta pars calcis ponatur: et sic per tres dies regatur. His gestis sexta pars arsenici citrini triti in predicta aqua mittatur: & tamdiu sub sole dimittatur: donec penna immissa depilletur cum extrahitur. Postea autem corpus ex lana in hoc medicamine intincta fricetur. Istud enim cito abradit pilos. Post hec uero oleo roseo locus inungendus erit. De his autem que capillos hoc modo destruunt: est ut euelantur pili: & inungatur locus ex psillio: & aceto: multis uicibus: atque ex iusquiamo & opio & aceto. Aut locus depilatus sanguine ranarum que in aqua morantur que non mouentur: inungatur uel sanguine testudinis: uel inungatur locus depillatus oleo in quo stellio coctus fuit: usque ad omnimodam dissolutionem: aut oleo in quo eritius coctus fuit: aut inungatur ex castoreo et melle: multis uicibus pilis quaque uice prius exuulsis. De his autem que pilos in femore & barba: atque ascellis nasci non permittunt nisi post longum tempus: est ut chimolee & cerose sumantur partes equales aluminis unius partis medietas: & misceantur cum succo iusquiami uiridis: uel cum aqua aceto mixta in qua iusquiami semen coctum fuit: & liniantur ex eis loca. Quod multis fieri debet uicibus. Pilorum enim ortus: ex hoc uehementer tardatur: ac fortasse eorum exitus omnino prohibetur.

Capitulum de illis que odorem psilotri reprimunt.

l Ocus cum folijs persicit cum scrophis croci ortulani: & cum alchanna: & rosis: & ciperis & cum hune siue separatim siue composite fricari debet.

Capitulum de his que prohibent ne psilotrum adustionem neque pustula in corpore faciat: & de curatione eius quod adustum est.

p Silotrum adustionem facere prohibetur: si non multum cum eo fricetur corpus: & cito lauetur: & corpus antequam ex eo liniatur: oleo roseo sit inunctum. Quod autem ipsum in corpore pustulas facere non permittit: est ut cum aqua calida lauetur usque quo remoueatur: et postea in aqua frigida diu moretur corpus: et aqua frigidissima super ipsum fundatur: et proprie super loca in quibus pustule nasci solent: et adustio fieri. Si autem adustio fiat: lentes excorticate & trite mixte cum aceto & aqua rosea: et locis adustis epithimate panno desuper posito ligentur. Sed si quandoque ampulle nascantur & caro aduratur: cum unguento de cerusa: & unguentum quod fit ex merdasengi: & oleo roseo: & albumine oui curetur. Hoc quoque pustulas in corpore fieri prohibet: scilicet ut post psilotri remotionem cum aceto et oleo roseo fortis fiat fricatio.

Capitulum de sabafa: & sunt ulcera crustas habentia: que in capite nascuntur uel faciem: que multotiens siccissime existunt rugose & albe & quandoque humore habūdātes & uirus ex se fundunt.

h Ec autem curantur uentosis in nocra positis: et apertione alicuius uenarum que est in cute capitis: uel post aures. Et que illarum maior fuerit aperiatur. A rebus quoque acutis et salsis ac dulcibus abstineat. Et alatur cibis insipidis & bonis: et si patiens tolerare poterit: uenter cum apozimate de mirabolanis & aloe & scamonea soluendus erit. postea uero epithimatibus epithimandus erit. Epithima ad sabafa cum recens est & in corpore fit infantis. Bene de curcuma: alchana: aristologia: merdasengi: cortices granatorum: sumantur & ex his omnibus tritis & cū aceto & oleo roseo mixtis epithimetur locus. Cum autem sabafa

uetusta fuerint: sumantur sal ⁊ calcantum adusta: sulfur ⁊ terra argenti uiui: galle uene decurcuma: merdasengi: aristologia: omnia hec trita cum aceto ⁊ oleo roseo commisceantur: ⁊ epithimentur. Sed cum sabafa sicca fuerit ⁊ alba frequenter fricāda erit cum oleo ⁊ cera: ⁊ adipe anatis: ac aqua calida lauanda: ⁊ mucilaginibus. Paciēs uero cibis humectatiuis semper alendus erit. Caputpurgium quoqȝ per nares inijci debet ex oleo de semine cucurbitarū: ul' ex oleo de amigdalis dulcibus: uel uiolato ⁊ his similibus. Quod si egritudo ad curandum grauis fuerit: locus scalpellandus erit: ut sanguis effluat: cui medicaminis acuti puluis super spargendus erit: donec radicitus euelatur. Postea uero cum unguento rubeo quod conficitur ex merdasengi: ⁊ aceto: ⁊ oleo: ⁊ uenis de curcuma: medicetur. De his autem que sabafa mollē remouent penitus est fricatio cum aceto: et sale: ⁊ usnem uiridi multotiens facta: Hec enim eam remouet ⁊ penitus destruit.

¶ Capitulum de hijs que faciem albificāt et cutem subtiliant ⁊ faciem claram ⁊ lucidam efficiunt.

s Umantur farina ciceris: ⁊ fabarum ⁊ ordei ⁊ amilum: ⁊ dragg. ⁊ semen rafani: ⁊ cum lacte conspergantur: ⁊ ex eis facies in nocte epithimetur: ⁊ aqua calida in qua uiole sicce cocte fuerint ⁊ furfur in mane lauetur. Hoc decem noctibus fieri debet. Sumera alia conueniens ⁊ fortis. Sumantur amigdale excorticate: et amilum: ⁊ dragg. ⁊ commisceantur omnia cum aqua croci ortulani: ⁊ ex eis epithimetur facies in nocte ⁊ lauetur in die cū aqua in qua uiole sicce: ⁊ camomilla cocte fuerint. Aut sumantur amilum ⁊ dragg. et amigdale dulces excorticate: ⁊ cum lacte conspergantur: ⁊ epithimetur ex eis facies ⁊ cum ceperit siccari renouetur epithima. Quod postq̄ per edomodam unam factum fuerit: aqua calida locus est abluendus.

¶ Capitulum de his que colorem efficiūt rubeum.

g Umera que colorem uehementem rubeum facit. ℞. sinapi albi: arsenici rubei partes equales. Hec trita cum lacte conspergantur: ⁊ ex eis per ebdomadam unam facies epithimetur: ⁊ sit epithima leue ⁊ subtile. Sumera alia. ℞. croci orientalis: rubee cum qua tinctores tingunt: thuris mire masticis partes equales suci cepe que uocatur bulbus tātum ut ex eo possint confici. Et ex hac confectione facies in nocte liniatur: ⁊ in die lauetur. De his uero que colorem faciei rubeum efficiunt: est cicer: ⁊ ficus: ⁊ mala granata dulcia. ⁊ carnem comedere ⁊ uinum rubeū et crossum potare: ⁊ eis que ex melle fiunt uti: ⁊ cum aqua calida dulci sepe lauari: ⁊ ouorum uitellos edere ⁊ asam. Est enim in altit colorem fatiendi rubeum proprietas: quod etiam in alijs inuenitur similiter

Medicamen colorem faciens rubeum. ℞. isopi sicce. ʒ. 10. croci orientalis. ʒ. 3. zuchari. ʒ. 13. ex his fiat puluis de quo singulis diebus due sumantur. ʒ.

¶ Capitulum de hijs que colorē citrināt.

e X his que colorem efficiunt citrinū sunt i locis morari calidis: ⁊ aquas bibere que non mouentur: ⁊ aceto in comestione frequenti uti: faciemqȝ cum cimino sinapisinare. Azardazh quoque faciem reddit citrinam: ⁊ comestio luti: ⁊ uigilie multe: ⁊ tristari: ⁊ cibo in quo de cimino multū sit ammixtum uti: uel frequenter ipsū odorare colorem efficiunt citrinum: ⁊ qui i domo in qua multum est ciminum iacet citrinitatem incurret faciei.

¶ Capitulum de his que colorem denigrant.

o Pponi soli: ⁊ comedere ex cibis salsis: ⁊ dimmittere balneationē. Et de his que superfitiem nigredine afficiunt est ut cum psilotro ⁊ merdasengi epithimetur. Fortiter enim eius denigrabitur color: qui remoueri nisi duriter non poterit. Quem si remouere fuerit necesse: cum aceto in quo usnem recens decoctum fuerit: locus lauetur atqȝ lacte acetoso: ⁊ cum citri acetositate: ⁊ farina ciceris ⁊ aceto: multis fricetur uicibus. Sumere quoqȝ multis diebus sunt faciende: donec ad suam reuertatur locus dispositionem. Eorum preterea que colorem denigrant: est origanum frequenter comedere et mirabalanis uti conditis.

¶ Capitulnm de illis que delent pannū:

q Uod pannum remouet est faciē cū semine rafani epithimare: uel cum

semine eruce:uel cum fece croci ortulani de cocta:donec incrossetur:costo τ cinamomo tritis:τ ex ea cõspersis epithima faciendũ uel sinapi sumatur τ cum ficubus teratur:τ ex eis locus cum aqua calida epithimetur aut pannus aqua calida infusus faciei sup ponatur donec rubescat:τ postea medicamẽ ipsi adhibeatur. Et est obseruandum: ne facies uulneretur:sed cum dolere inceperit medicamen est auferendum:τ locus quiesce re permittendus:τ postea ad medicamen ẽ redeundum. Medicamen quod pannũ remouet. Machael τ amigdale:τ semina melonum sumantur:τ excorticentur omnia τ terra argenti uiui:equali mẽsura:τ ex eis fiat epithima:uel machael semina: τ amig dale τ bdelliũ molle terantur cuꝫ aceto τ fi at ex eis epithia. Medicamen aliud remouens pannum. ℞.lupinoꝝ:seminis ra fani:seminis eruce:costi: amigdalaruꝫ ama raꝝ:bauracb:piperis:τ bdellij: equalia põ dera:cõfice sic: bdelliũ ĩ aqua acerdech dis soluatᷣ:ex quo alie medicine conspergantᷣ: ex quibus fiat epithima.

Capitulum de medicandis lentiginibus nigris τ paruis.

e Ex eis que lentigines auferunt siue sint parue siue magne cuꝫ sunt accidẽ tes:sunt flobotomare:τ coleraꝫ nigrã a cor pore frequenter expellere: serũqꝫ cum epi thimo:τ epithimi apozima bibere. Quod similiter fieri conuenit: cum pãnus epithia tibus remoueri non põt:τ postea ad epithi ma redeundũ. Epithima ad lentigines magnas τ paruas: farina lupinoꝝ τ amig dale amare excorticate:τ bauracb:τ semen rafani sumantᷣ: τ ex eis cũ mucilagine fenu greci confectis:facies sinapismetur. Que tamen prius cum panno aqua calida infuso madefiat:aut medicamine uti uolẽs de bal neo egrediatur. Aliud epithima: faria lupinorum:τ amigdale amare:τ semen cau lis sumantᷣ:τ ex his omnibus cum lacte fic' nee collectis epithia fiat. Aut fiat empla strum ex sapone:τ cum pongere ceperit: la uetur locus:τ inungatur ex oleo amigdalio postea uero iterũ ut prius sapo apponatur: uel ex amoniaco dissoluto epithima fiat. Aut mabdach: dissoluatur cum mucilagine fenugreci τ epithimetur. Omne autẽ epi thima quod ad neruos facit:τ ad lentigies magnas τ paruas τ ad pãnum postquam patiens balneum exierit: aut locus cũ pan no aqua calida infuso multotiens humecta tus fuerit: donec rubeus fiat τ subtilis fa ciendum erit.

Capitulum de illis que auferunt cicatrices uulnerum.

u Uulnerum cicatrices ex merdasengi cum oleo roseo albificato epithiman de sunt:atque anatis adipe pro epithimate in eis utendum est. Super quas etiam em plastrum diaquilon:uel de fermento ponen dum est. Eis quoqꝫ emplastrum de pane: similaginis cum dactilis mixto factum: su perponi debet.

Capitulum de illis que auferũt ruborem in facie existentem.

b Hic egritudini confert balneum se pe igredi:τ aquã calidã facie sua co tidie cooperire:τ in fronte flobotomiam fa cere:sanguisugasqꝫ locis superponere: τ lo ca prius fortiter fricare cum panno donec sanguis ab eis fluat: postea cum sale τ ace to:deinde cum unguento rubeo:quod in ca pitulo de sabapha nominauimus inungere. Huic quoqꝫ egritudini confert: si loca sapo ne epithimata sic dimittantᷣ:donec sapo suc tionẽ faciat:τ postea cũ aqua calda lauentur Quod multis uicibus fieri conueniens est.

Capitulum de illis que auferunt uiriditatem ex percussione factaꝫ quando ĩ loco ne qꝫ nocumentum remanet neqꝫ calor neque pus τ est necesse ut uiriditas illa resoluatᷣ.

c Cum in loco neqꝫ uulnus: neqꝫ calor ullomodo post percussionem remanse rint:τ fuerit necessarium uiriditatem ibi exi stentem remouere:loco folia caulis: uel ra fani:uel mentastri uiridis: superponantur: quod duobus alijs fortius existit. Em plastrum forte ad idem. Sumantur arseni ci citrini:lapidi kilkil.ana partes equales thuris pars media:ex his omnibus tritis: fiat epithima multis uicibus. Et melius ẽ ut cum suco coriandri epithimetur:hoc eni est epithima ultimum. Aut fiat epithima ex solo arsenico citrino: uel cum amoniaco

Capitulum de illis que auferunt alguasen.

2-5 locus cum melle anacardi epithimā dus est: donec in loco fiat pustula. Que postea curanda est. Aut fiat epithia ex unguento corrosiuo: quod in adurendo calidi ferri uicem tenet: et est scriptum in capitulo de medicinis adurentibus. Post hec autem: locus cum nitro et aqua calida lauādus est: et fricandus: deinde gummi de botim cum melle dissolutum loco superponat: quod per tres sic manens dies nō dissoluat postea uero eo remoto locus sale optime fricet: ac deinde epithimetur ex medicamine quod percussionis signa ac casus delere diximus: De hoc aūt epithimate decies in die locus erit liniendus ita tamen quod nihil de eo inde remoueatur sed una ei⁹ pars alij superponat. Qd postquā p tres dies continuos factū fuerit: locus cum nitro erit lauandus. Rursus uero ad idem regimē redeundum erit. Hoc enim c m uno destruit.

¶ Capitulum de illis que delent uestigia uariolarum.

Si ex uariolis signa remāserint nigra et cū faciei superficie fuerint equalia: in eorum cura bis erit utendum: quibus i cicatricum ex uulneribus curatione usi fuimus cum sinapismatibus faciem albificantibus. Quod si loca concaua apparuerint: corpus impinguare: ac renouare necesse erit ¶ Et si nigra fuerint et concaua utraque predicta necessaria erunt ¶ De his preterea que uariolarum delent signa: est balneo et sinapismatibus frequenter uti. ¶ Epithima ualidum ad signa uariolarum et pustularum delenda. Rx. merdasengi muraba: radices arūdinum siccas farinā ciceris ossa uetusta farinam rizi: semina melonum excorticata: semina: albem costum: hec omnia cum mucilaginibus fenugreci: et seminis lini: commisceantur et ex eis facies sinapismetur.

¶ Capitulum de pruritu et scabie et magnis pustulis.

Scabies et pustule his ualde accidūt: qui cibaria sanguinem corrumpentia frequenter edunt sicut sunt salita: uel sulcita que sale cōdiuntur: et taguebil calida: aut allia: uel mel: siue uinum uetus purum bibunt eis quoque accidunt qui sepe laborant et uigilant et balneo non sepe utuntur. Quibus confert prius uti flobotomia: et post potitione mirobalanorum citrinorum.℥.5. sumantur.15. memirensin.℥.2. epithimi: sene: seminis fumiterre. ana.℥.5. semis scariole: anthere: polipodij: absinthij. ana.℥.iij. omnia in tribus libris aque donec ad unius libre. duas reddeant partes: coquantur excepto epithimo qd in fine decoctionis tm̄ admiscendum erit Post hec omnia manibus fricata: colentur In quorum colatura tereniabi.℥.x. ponantur. Si autem tereniabin non habeatur: pro eo zucharum rosatum uetus ponatur: que multis bibatur uicibus. Pillule ad pruritum ualentes et scabiem. Rx. aloes mirabal. citrinorum. ana.℥.1. scamonee rosarum rubearum ana.℥. quartā partē. Fiant ex eis pillule: quarū potio sit dosis una. Que multis sumende sunt uicibus. Postquam autē corpus flobotomia ac uentris solutiōe euacuatum fuerit: potio ista cotidie erit danda. Rx. pruna damascena.15. tamaridorū a seminibus mundatorum; zuchari albi ana.℥.x. Super ista due partes libre aque bullietis fundantur et p noctē unam dimissa fricētur: et colent et in potu sumantur. Si aūt coquantur fortius operabuntur. Istis quoque quādoque adduntur sene: et fumus terre: ex qbus cotidie.℥.4. sunt bibende. Electuariū ad scabiem et pruritum ualens. Rx. mirobalanorum citrinorum partem unam: sene: fumi terre. ana partem mediam: suci absinthij quantum ad eorum sufficit conspersionē. Aliquotiens autem additur huic medicine: absinth. quantum quarta pars mirobalanorū et conficiuntur omnia cum melle: et sumit ex ea cotidie: quantū est auelane magnitudo. Confert preterea pruritui sicco: in aqua calida balneari: et corpus in balneo ex aceto: et oleo roseo: et suco apij: confricare. Serum quoque cū mirobalanis et zucharo in potu sumere auxiliatur. Si autem ex frequēti corporis euacuatione remedium non subsequatur: egroto cotidie in mane et in sero post solis occasum: triticum fractum coctum cum multa aqua et zucharo albo in potu est tribuendum. Lac quoque uacinum acetosum potare debet. Qui autem scabiem patitur et pruritum: ab omni re salsa: ac dulci: et acuta: abstinere debet. Holera autem frigida et res acetosas: et leues carnes edere debet uinum quoque si bibat: multa sit mixtū aqua. Epithia scabie sicce cōferens. Rx. baurach

costi. salis.condisi.ana.ʒ.i.sigie.ʒ.7. aceti ꝛ olei rosei quod sufficit ad hoc ut corpus ex eo in balneo epithimari possit. Quod postquam linituꝫ fuerit maneat sic:ꝛ postea lauetur. Epithima ad scabiem humidā ℞.argentum uiuum extinctum: cathimiam argenti:oleandrum condisi:alchali: merda sengi. Ex his cum aceto ꝛ oleo roseo mixtis:fiat epithima:ꝛ per totā noctem sic maneant. In mane uero balneuꝫ ingrediatur patiens:ꝛ cum aceto ꝛ uīnē uiridi fricetur: postea antem cum aqua lauetur calida. Et his gestis: aqua frigida super ipsum fundatur:ꝛ oleo inunctus roseo:egrediatur. Scabiei quoqꝫ uetuste multum auxiliatur p unā quamqꝫ trium dierum:sumere aloes pōdus unius aurei. Quod iterum tribus intermissis diebus: est faciendum. Quod si ex hoc excoriatio euenerit:curanda erit:hoc enim scabiem destruit ꝛ pruritum. Epithima ad scabiem:quod bonum existens ꝛ ualidū: neqꝫ ampullas facit:neque adustionem. ℞ merdasengi: atramenti citrini: pondera equalia:hec per ebdomadam unam ad soleꝫ frequenter cum aceto terantur: ꝛ postea reponantur:ex quibus cum necesse fuerit fiat epithima.

Capitulum de sare.

Quando hec accidit passio:sanguineꝫ minue. Et si uenter mollis fuerit da sucum granatorum murorum. Si auteꝫ siccus fuerit uēter: da potiones que predicte sunt:ꝛ mitte patientem cotidie in aquaꝫ calidam ter. Et da ei cibaria que recipiunt acetum ꝛ oleum: ꝛ amigdalinum oleum tafeam quoqꝫ cum oleo amigdalino:atqꝫ charis:ꝛ musos ei dabis ꝛ his similia: huic ꝑtea egritudini cōfert lac acetosuꝫ:ꝛ auxiliaꝛ trocisc⁹ de spodio:uel trocisscus de cāfora cū suco granatorū. Nō si hec passio p maxia fuerit: solue uētrē ex apozimate mirobal'.citrinorum:ꝛ si cum hoc fortem patiatur adustionem:teratur granatum cum cortice suo: ꝛ exprimendo extrahatur succus in quo zucharum album ponatur ꝛ ad bibendum tribūatur. Huic preterea egritudini: confert sumere serum:ꝛ potare cum iulep: seminis portulace: atqꝫ psillij. ana.ʒ.iij.ꝛ cibarijs uti que cum aceto: ꝛ sumach fiunt:ꝛ sumere ptisanam:ꝛ lac acetosum.

Capitulum de albasaf.

Desudatio non egreditur: nisi ex sudoris multitudine. Cui in frigidis morari domibus:ꝛ aqua frigida ꝛ dulci lauari Locaqꝫ in quibus desudatio oriri solet: ex aqua frigida:ꝛ rosea:ꝛ oleo inungi:remedium afferunt. Huic preterea egritudini confert:postquam exorta fuerit:cuꝫ croco ortulano:ꝛ uenis celidonie ꝛ aceto:ꝛ oleo roseo epithimari. Alchanna quoqꝫ ꝛ sal sumātur ꝛ cum aceto misceantur:ex quibus loca in balneo epithimentur:quod donec una p transeat hora sic dimittatur: postea vō lauetur:ꝛ sic cū furfure fricetur.

Capitulum de impetigine.

Si impetigo quasi incipiens fuerit:nꝫ in carnis profundo fuerit fixa:sanari poterit si cum adipe galline:uel anatis:uel cum cera:ꝛ oleo:aut dragg.uel prunorū gumi aut olleo de frumento: uel cum buttiro cocto uel crudo fricetur:ꝛ cum hoc etiā dulcis aqua tepida super eam fundatur: atque a cibis qui colleram generant nigram abstineat qui patitur. Quod si iam carnis profunditatem occupauit: ꝛ in ea asperitas ꝛ cortex apparent. Corpus cum flobotomia ꝛ apozimate de epithimo:ac sero cū epithimo:necnon ex his omnibus que iam in scabiei capitulo diximus:ꝛ in melācolie capitulo dicturi sumus:euacuari conuenit. Sāguisuge preterea:loco sunt superponende. Qui post ipsarum suctionem:aqua calida lauandus est ꝛ premendus. Sanguisuge aūt multis uicibus predicto modo sunt adhibēde:quod eo usqꝫ fiat:donec quicquid ibi est superfluitatis: suggendo penitus remoueaꝛ Et post hec epithimata de sabapha locis imponantur. Que si non suffecerint:locus tādiu fortiter fricetur:donec sanguis ab eo fluat. Et deinde acuti medicamis puluis desuper spargatur. Quod eo usqꝫ fiat: donec caro sana ꝛ rubea appareat. Postea uero curetur cum unguento donec sanetur. De his autem que impetiginem auferunt: est fricatio que fit cum citri acetositate: ꝛ amoniaco ꝛ aceto:uel cum malbacunnia mixta cum aceto:ꝛ epithimata:aut cuꝫ mugad ꝛ aceto. Oleum autem de tritico:incipienti ualet impetigini. Quod hoc modo fit: Oleū d frumen

triticum mundum sumat: et in pixide uitrea undiq3 ex argilla inuolluta ponatur. Cuius os cũ pila ex filis eris facta: opiletur: que in predicto pixidis collo constrigat: ne frumentum ex pixide exire permittat cu3 eius caput inferius uersum fuerit. Postea sumatur texta in qua ignem homines tenere cõsueuerunt: in cuius medio sit foramen per quod pixidis predicte caput inferius uersum transducatur: Et postea circa iusu3 ac super stercus uaccinũ siccum ponatur: i quo ignis paulatim accendatur. Sub foramine uero quod ẽ in texta: aliquod uas mittat in quo quod ex tritico fluit: recipiatur. Ex quo impetigo epithimari conuenit. Est.n. hoc mirabile in ipsius curatione.

Capitulum de morphea alba.

m Orphee albe confert: ex fetaragi idi et semine rafani: et rubea ac conaisi: et sinapi: tritis: et cũ forti aceto mixtis ad solẽ fricari. Aut cepa que uocatur bulbus sumatur: et ad solem multotiens cotidie ex ea fricetur. Que si non suffecerint trifere minoris due sumantur. ʒ. atq3 turbit: pulueris pigre. ana. ʒ. i. colloquintide pars quarta. ʒ. i. hec singulis mensibus: ter uel quater in potu est sumendum. Alijs autem diebus q bus non utet hoc medicamine: pondus triũ ʒ. trifere solius continuo sumat: Et eo utatur regimine quod in capitulo eo? que canitiem tardant nominauimus.

Capitulum de morphea nigra.

q Ui morpheam patit nigra3: flobotomandus est: eiusq3 uenter cu3 epithimo multociens soluendus. Post hec autẽ ex semine rafani: et condisi: et semine eruce: et aceto locus epithimetur. Ipse uero qui patitur: balneum ingrediatur frequenter: et cibis humectatiuis utat: et custodiatur cum regimine melancoliam patientium.

Capitulum de albaras.

i N albaras curatione eodem utendũ regimine: quo et in morphee albe cura utitur quis. Uomitus preterea frequẽter dandus est: atq3 cibaria desicãtia tribuẽda: et eo est utendũ regimine quod canitiem tardat. Et ordinatim preparetur ad electuarium de anacardis sumendum: et isto utatur epithimate. R̷. fetaragi indi: kebikegi stafisagrie: uentrium cantarida?. ana ptes equales. Omnia hec cum aquã in qua rubea sit cocta misceatur: et ex his postqua3 locus cũ bulbo fortiter fricatus fuerit: fiat super eũ epithima. Huic preterea egritudini: confert epithimari ex nigri serpẽtis sanguine. Est enim nigri serpentis proprietas hoc operari. Quod si locus in quo hec apparet egritudo paruus fuerit: igne erit cõburendus. Postea tã diu medicandus: donec adustio remoueatur. Aut cũ succo anacardi eo usq3 fricandus: quoad ibi uesica fiat: et caro ubi est albaras corrodatur: deide uero curandus erit locus: donec sanet. Uel tingendus erit locus: cum his que rubeum efficiunt colorẽ aut nigrum. Tinctura que locũ albaras ad corporis reducit colorem. Aloxãthus: mirra: fex uini: macra rubea: alumen sumantur: et ex istis tã diu multis fricetur uicibus: donec patiens angustietur. Hoc enim locum tingit: et eius tinctura uiginti pmanet diebus. Quod si hec egritudo loca in quibus uentose solẽt mitti i uaserit: sanguis prius ex eis cum uentosis erit extrahendus: et post ipsa? remotionem Locus ex merdasengi albificato epithimãdus. Aut ex rubea et aceto epithimet. Aut post sanguinis extractionem uentosa amarici habens succum: apponatur loco et diu ibi stare permittatur: uel loco post uentosarum ablationem: epithima ex rubea: et fetaragi indi mixtis cum aqua in qua brazil fuerit coctum: apponatur. Si aũt huius egritudinis maxima quantitas locu3 occupauerit uentosarum uẽtosis postpositis frequẽs facienda est flobotomia.

Capitulum de lepra.

s I huic egritudini statim subueniatur ex quo incipit: ut sanetur uel reprimat possibile est. Sed postquã membra uulnerauerit: ac eorum corrumpit figuras: fortasse non sanabitur. Cum igitur oculorum albedo obfuscari uisa fuerit: uoxq3 raucescere inceperit: sudor quoq3 fuerit fetidissimus: et facies ut uter inflata apparuerit cum forti

rubedine: et nodi quidam in ea fieri ceperit pili quoqz superciliorum subtiliantur succurrendum ei erit. Erit igitur egro in principio subueniendū cum sanguinis extractione ex uena purpurea dextri brachij: postea p aliquot dies quiescere permittatur: atqz in his quibus quiescit diebus cū carne arietia uel edina nutriatur. Uinum quoqz claruz et bene redolens ac multum tēperatū bibat et in balneo cotidie ponatur. Post hec autem de brachio sinistro flobotomet: et per aliquot dies quiescere dimittatur: et ut diximus nutriatur. Deinceps uero apozima de epithimo multociens ei tribuatur. Inter quas licet una aliam sequatur: quiescenduz tamen est. Patiens preterea cibis alatur humectatiuis: atqz in balneo cotidie ponatur. Et a labore et uigilijs necnon ab omnibus cibis a quibus melancoliā patientes abstinere precipimus custodiatur. Serum quoqz cum zucharo: frequenter est dandū. Ipse etiam taliter est regendus: ut ille qui sui corporis humectationez adipisci desiderat. Sit etiam in balneo cū farina ciceris et fabarum: atqz cum baurach et usnen fricādus: et aqua tepida: frequenter infundēdus Post hec autem ex oleo de semine cucurbitarum: et uiolato inungendus: et sic egrediatur balneum. Cum autem hec egritudo alicui fortiter adeserit: et in eo quasi fixa manserit cum uiperarum carne medicandus erit. Eius uero corpus qui hac utitur medicina inflatur: atqz per aliquot dies absque sensu manet. Sed eius postea excoriat corp⁹ et egredit ꝺ sub loco excoriato caro tenera: et sic ab infirmitate patiens curatur: sicut ex antiquorum nouimus recitatione: quā uerā esse credimus: ac sicut etiam in hoc nostro tempore non procul contingit. Retulit.n. mihi quidam se quandam curasse mulierem cum istis medicinis: quam lepra iam uehementer inuaserat et sanata est. Curatio lepre cum uiperis. Uipere sumantur montane de locis in quibus neqz palus est: neqz lutum: et earum capita atqz caude abscindantur: et quicquid i uentribus ē eiitiatur: et lauentur: deinde in olla noua ponantur: in qua sal: et anetū: et galange: et piper: et aqua et parum olei mittenda sunt. Que tam diu sunt coquende: donec tota caro dissoluatur. His autem gestis: patiens ius illud bibat: et carnem comedat. Et si scotomiaz passus fuerit: et ceciderit: iam sufficit ei. Quod si non acciderit: idem iterum ei dandum erit quod tam diu faciendum est: donec īfletur. Cum enim inflari ceperit ac scotomiam patitur iam tunc sufficit ei. Ego quoqz adolescenti medicatus fui: in cuius facie nodi iaz fieri incipiebant. Cui succurrere icepi cū flobotomia: et uentris solutione ex apozimate epithimi: et ex pillulis que colleram expellunt nigram: eum quoqz balneum atque tinam frequenter ingredi feci: et cibaria humectationem facientia dedi. Postea uero quietem per aliquot dies ei adhibui nutriēdo eum cibis bonum prestantibus nutrimētum. Post quietem uero: ad uentrem soluēdum redij. Quod totiens feci: donec plus quam quadragesies in quinqz mensium: et paucorum dierum spatio: uentrem solui. Quibus peractis pili qui ciciderant renasci ceperunt: facies et color meliorari: oculiqz clarescere: et fuit integre sanitati propinquus. Ex hinc autem quia a nobis recessit regimen quo eum conseruabamus: pretermissum fuit. Post sex uero menses: inueni eum iam penitus sanum. Qui mihi retulit se eo usum fuisse regimine dum foras erat quo a me regi consueuerat: hoc excepto qꝺ medicinam uentris solutiuam preter serum non sumpsit.

Capitulum de ficubus.

Uerruce remouentur si ex folijs mirti multotiens fortiter fricentur. Aut si cum folijs capparis uiridibus uel aceto fricate fuerint. Uel si ex emplastro qꝺ exituras aperit: ut i suo dicemus capitulo: epithimētur: aut scarificentur: et cum destregi uel calidi confricentur: que quidem sunt medicamia acuta: fricatio quoqz: ex sale et aceto in die multociens facta: confert. Aut fiat epithima cum carmesich et aceto: aut fricentur multociens cum aceto. Ipsum eniz eas radicitus euellit. Uel fricentur ex xilocaractis recentibus de romaniā. Uerruce autem multas habentes radices: scarifari conuenit totas radices: et ea que circa ipsas sunt loca: et super scarificatiōis loca puluerem acuti medicaminis spargere: quod tam diu faciendum est: donec tota corroda

tur ⁊ denigretur. Post hec autem butiruʒ desuper ponatur:donec quod denigratum est auferatur. Quibus ita peractis: ad idem multotiens est reuertendum:una uice ponē do butirū:⁊ alia medicamen acutum. Post quam autem penitus corrosa fuerint: locus cum his que carnē creant:erit medicandus Si autē uerrucarum multitudo in corpore exorta fuerit:patientem frequenter floboto ma: ⁊ eius uentrē cum his que in capitulo de melancolia noīabimus:solue. Ipsumqʒ cum cibis ⁊ balneo interim dum ista agis: humecta. Et in eius curatione utere eis quibus in lepre sanatione uti consueuisti.

¶ Capitulum de hijs que palpebraruʒ generant pilos.

c Ollirium quod palpebrarum gene rat pilos:⁊ spissos facit. ℞. ossiuʒ mi robalanoruʒ combustorum.ʒ.ſ. fumi thuris ʒ.4. spice inde: carpobalsami.ana.ʒ.iij.la pidis azuli.ʒ.x. Ex his omnibus fac colli rium in quo radius immissus: cotidie inter palpebras trahatur. Palpebris pterea quandoqʒ accidit alopitia: que hoc modo ē curanda:radius multotiens in die in succo cepe intinctus per palbebras trahatur: ⁊ subsequenter colliriuʒ imittatur:⁊ ex aliquo epithimatum:que nominauimus ibi epithi ma fiat.

¶ Capitulum de pediculis ī palpebris existentibus.

p Alpebre in primis ab eis mundifi centur:deinde cum aqua ⁊ sale lauen tur. Postea uero alumen iameni teratur: ex quo cum radio palpebris immittatur. Quod si in palpebris pediculorum fuerit multitudo:facies super aquam calidā sepe ponatur:⁊ palpebre a pediculis mundificē tur: atqʒ ipsis de istis sief immittatur. ℞. terre argēti uiui:arsenici rubei: stafisagrie. ana partes equales: gumi quartam unius partis: fiant ex eis sief. Ex quibus cū ne cesse fuerit in aqua aliquid resoluatur:ī qua radius madefactus per extremitatem pal pebrarum:⁊ pilorum radices trahatur:cuʒ subtilitate ⁊ cautela maxima. Quo facto palpebre diu sunt tenēde: ne oculū tangāt.

¶ Capitulum de ordeolo.

q Uando in oculo fuerit ordeolum.ī. apostema longum ordeo simile: uel panico:precipe patienti ut in mane fre quenter balneetur:⁊ ut abstineat a cena:⁊ ne dormiat uentre repleto. Que si nō suffe cerint:superpone ei parum de unguento qđ uocatur diaquilon:qđ in capitulo de scrofu lis nominabimus. Aut ceram solue: ⁊ ra dium in ipsa calida intinctum: super ipsum trahe:uel micas panis cum aqua misce do nec fiat massa:⁊ desuper pone:uel cuʒ sigia inunge. Patiens quoqʒ ut predictum est: balneum frequenter ingrediatur: ⁊ super a quam calidam faciem teneat.

¶ Capitulum de gesse existente in oculo.

o Portet aliquem post dormitionem oculos aperire non ualenteʒ: frequē ter balneum ingredi:⁊ aquam calidam cuʒ oleo super caput fundere:faciemqʒ uapori aque calide superponere: atqʒ oculos cum panno aqua calida infuso: embrocare. Ouum preterea ac oleum roseum mixta cū adipe galine resoluta:⁊ colata simul cōquan tur:⁊ palpebris in hora dormiendi sup ponantur:aut scariola contusa cum oleo uio lato desuper mittatur.

¶ Capitulum de oculis foras premi nentibus.

s I ex uomitu precedenti aut ex multo conamine:aut ex clamore: uel ex per cussione:uel ex his similibus oculi foras ꝓ minuerint:statim in eadē hora fiat floboto mia:⁊ uenter fortiter soluatur:atqʒ oculi ex aloe:⁊ litio:⁊ acatia: ⁊ succo tarataith epi thimentur ac reprimantur:⁊ in loco repres sionis rotula parua de colla ponatur: ⁊ strin gatur desuper:⁊ patiens supinus iaceat: ⁊ a strenutatione ⁊ a uomitu sibi caueat. In ore quoqʒ teneat aliquid quod flegma eiti at: ⁊ gargarismū faciat: ac cibaria minuat ⁊ uinum nullomodo bibat.

¶ Capitulum de fetore narium.

s I in naribus malus fuerit odor alu minis murre:calcanthi:gallie partes

sumantur equales. Hec omnia terantur: quibus ita pactis: patiens uinum p nares sugat multis uicibus odoriferum: ac deinde de predicto medicamine in nares insuffletur: uel licinium in eo intinctum ponatur i nares Aliud medicamē. ℞. calami aromatici: semi nū uesrin: seminis rose: gariofil'. ana. ʒ. i. gal larū mirre. ana. ʒ. ʃ. musci quantuʒ pōderat unum granum ordei: terantur oia ꝛ medicē tur cum eis nares. Medicamē aliud. Spice inde: gallie: gariofil'. ana. ℥. i. coquā tur omnia in tribus libris uini bene olētis Quod per nares sugatur: ꝛ ex eo gargaris mus fiat: liciniumqʒ in eo positum: naribus immittatur.

42 Capitulum de fetore oris.

Si in ore dens corruptus fuerit: aut in gingiuis putrefactio a quibus ma lus estimatur odor procedere extrahe dentē. Gingiuas aūt corruptas: cura cum calidicō .i. trocisco de arsenico facto ac concauitateʒ ꝛ nos iam nominabimus. Qd si a palato in os humor malum hn̄s saporem descende rit: ipsumqʒ eger sensu perceperit: egruʒ co tidie gargarizare facias sirupum acetosum cum sinapi. Postea uero in eadem die fac gargarismum ex uino in quo gariofili ꝛ gal lia: ꝛ spica inda: ꝛ ciperi: cocti fuerint. Si autem cū fetore oris: nullum fuerit predic torum que nominauimus: fac patientem uo mere: postq̄ res salsas: ꝛ sinapi: ꝛ siclas co mederit: ꝛ bibere idromel. Et da ei de pi gra doses multas: frequētes: ꝛ custodi eum a cibis unctuosis ꝛ crossis: ꝛ non comedat nisi frixa: ꝛ ea que in patella coquuntur. Panem quoqʒ in almuri de romania intin ctum edat: ꝛ ex eo ieiunus bibat. Ante ēt quam comedat: ex rebite ꝛ senetu aliquātu lum comedat. Uinum etiam quo utitur ci perum: ꝛ spicam: ac gariofil': parumper ha beat amixtos. Atqʒ d̄ pillulis istis sumat quarum descriptio. ℞. gallie: gariofil': cina mi: nucis muscate: ciperi: spice: corticum: ci tri: xiloaloes. ana partes equales: musci: ui cesima unius partis. Ex his omnibus cum uino bene redente mixtis: fiant pillule ad ciceris magnitudinem: ex quibus cotidie i mane: tres sumantur. ʒ. quas eger parump masticet ac trahitiat sucum. Medicam probatum ad malum oris odorem ualde cō ferens: quod etiam omnibus alijs melius c xistit: est apium frequenter comedere. Est enim medicamen hoc: ad hoc fortissimum. Aliud uiridis mirti sumitas accipiatur ꝛ si mul cum passulis eiusdem quātitatis cuius ipsa est a quibus semina sint eiecta teratur: ex quibus in nucis similitudineʒ magdalio nes formentur: quoꝝ unus in mane: ꝛ alius in hora dormiendi sumatur. Dentifriti um quod os bene reddolere facit. ℞. spice ciperi: rose: folij: gallie: corticum citri: gari ofol': amoni: corticum xiloaloes: masticis sa lis combusti: mellis. ana partes equales: misceant ꝛ ex eis dentes fricentur.

43 Capitulum de hijs que ocultant odo rem uini ac reprimunt.

Si ciperi post uinum masticentur: ei' reprimunt odorem. Et si cubebe cū eis fuerint āmixte: fortius operabuntur. Aliud medicamē: ciperi: cubebe: ʒedoaria: masticentur: ꝛ cum eis dentes fricentur. De his quoqʒ que uini reprimunt odorem est post eius austum edere: ꝛ proprie res a cetosas: ut sunt sinapi: ꝛ cepe aceto cōditi: ꝛ acetum bibere: ꝛ masticare coriandrum.

44 Capitulum de hijs q ocultant fetorē alliorum ꝛ cepaꝝ ꝛ porroꝝ.

Caseus in parua frustra incisus i ole o frigatur onfacino: qui gariofili pl' uerem habens aspersum post supradictoruʒ esum comedatur. Aut coriandrum siue re cens sit: siue siccum: post ipsum fortiter ma sticetur: ac de eius succo: parum trahitiatur Aut fabe uel lentes assate comedantur. Aut masticetur ruta: ꝛ ex ea parum edatur Est enim eius proprietas huiusmodi odo rem fortiter remouere. Aut ʒedoaria masti cetur: ꝛ ex ea parum trahitiatur. Aut sumi tas alaulaich masticetur. Post cuius ma sticationem parum uini odoriferi in potu su matur: aut menta masticetur. siue mentastrū ꝛ post ipsarum aceti sumatur.

Capitulum de illis que prohibent flu xum saliue curentem ab ore apud somnuʒ.

45 q Ui hoc infestatur: scariolam recentē cū sale ieiunus: multis comedat diebus: azuech quoqꝫ ac gargarismum frequēter faciat. Et triferam minorez cotidie bibat: frequentiqꝫ utatur uomitu. Hic enim eo penitus remouetur. Huic preterea egritudini: aquam calidam in mane bibere: ꝛ almuri de romania: ꝛ uinum coctum in potu sumere: ꝛ triticum fractū: ꝛ assatum sine liquore aliquo comedere confert: circa noctem quoqꝫ edere: tortellas cum almuri nabati confert.

Capitulum de his que abstergunt dentes ꝛ destruunt albasa uel concauitates.

d Entifricium quod dentes abstergit: ꝛ concauitatem remouet. Sal gemma: ꝛ spuma maris terantur: ꝛ ex eis dētes fricentur. Congruunt eni. Aliud cipi: alkali: salis gēme: spume marine: partes sumanť equales: ꝛ ex eis tritis dentes fricentur. Aliud testarū urceoꝝ uiridium: uitri de siria alkali: partes acepte equales: optime terantur ꝛ ex eis soli fricentur dentes: ſꝫ ginguarū caro ab eis bene custodiatur. Dentes quoqꝫ cōcauari prohibenť: si singulis diebus cū oleo inungantur.

Capitulum de his que prohibēt corrosiōnem dentium fieri.

l Oca dentiū corrosa: mastice repleantur ꝛ alumine: uel dentes q iam corrodi incepunt: eodē muniantur medicamie atqꝫ cum pipere ꝛ ciperis tritis fricentur: uel galle cipressi: ꝛ teste: ꝛ fructus tamarici sumanť: ꝛ teranť: ꝛ fiat ex eis dentifritium. Quod si corrosio magna fuerit: multosqꝫ inuaserit dentes: uenť a collera rubea multotiens ē purgandus: ꝛ cibaria que humectāt tribuenda: atqꝫ ab acrimonijs ꝛ salsis abstinendum: ac eo est utendum regimine: quo qui corporis uult adipisci crossitiem: uti consueuit.

Capitulum de illis que prohibent dētes commotos cadere.

b Alanstie: alumē: gallia: acathia: ypoquistidos terrantur: ꝛ ex eis dentiuꝫ motorum radices fricentur. Mirobalanorum quoqꝫ citrinorum: gallarum: emblicorum: aluminis partes sumantur equales ꝛ trite cum aceto misceantur: ꝛ fiant ex eis trocisci: ꝛ cum necesse fuerit: motorum dentium radices ex eis fricentur. Qđ si fortiter moueantur: moti cum sanis aurea catenula ligentur.

Capitulum de superflutate aurium purganda.

c Um hora affuerit dormiendi: oleum tepidum auri infundatur: ꝛ in mane qui patiť: balneum ingrediatur ꝛ super latꝰ in quo ē auris mundanda iaceat: ꝛ aurē solio balnei propinquā faciat: eamqꝫ ibi teneat: donec ab ea egrediatur quicquid exire poterit: ꝛ postea quod remansit cum radio cotum inuolutum habente expellatur. Aliud acetuꝫ ꝛ baurach auri imitiantur: ibiqꝫ postquā parum remanserint: expellantur Quod postea in balneo multotiens fieri cōuenit: atqꝫ auris ī aliqua hora super aque calide uaporem est tenenda. Post hec auris cum radio inuoluto ex coto: interius est abstergenda. Est etiam obseruandum: ut balneum sepe ingrediatur: ꝛ prohibeatur ne istud multum fiat.

Capitulū de illis que auferunt fetorem ascelarum.

l Ytharginꝫ albificatum sumatur ꝛ cum aqua rosata ī qua sit cāphora cōspargať: ex quibus trocisci facti supius ꝛ inferiꝰ rosis tegātur: ꝛ sic maneant donec desicenť postea reponanť: ꝛ ex eis cuꝫ necesse fuerit medicamen fiat. Aut tuthia cū aqua ꝛ sale lauata: cū aqua rosata ꝛ cāphora confitiať: ꝛ utať ea cum necesse fuerit: aut rosarum rubeaꝝ libra.i. gallie: spice: cipi: mirre aluminis ana.℥.i. sumanť ꝛ ex eis cū aqua rosata trocisci informētur: ex quibus cum necesse fuerit; epithima fiat.

Capitulum de illis que prohibent sudorem pedum.

ſ I pedes cuꝫ alumine in aqua resoluto fricentur: aut cum folijs cipssi: uel cuꝫ folijs tamarici: aut cum aqua mirti: expresse remouebitur sudor.

Capłm de illis que sudorē totius corpis bene redolere faciunt.

c Nardorum capita comedantur ⁊ iuniperi semen cotidie in potu sumatur: aut cassia lignea. Corpus quoqꝫ cum trociscis de rosis quos in capitulo de ascellarum fetore nominauimus atqꝫ cum bunch fricetur. Uinum etiam bibat aquatum ipsum enim bonum facit odorem. Et de apio comedat.

Capitulum de diminutione fetoris urine ⁊ egestionis.

u Uinum bene redolens est bibendum: ⁊ iuniperi semen in horis frigidis comedendum ac cassia lignea edenda. Cibus quoqꝫ quo utitur cinnamomi: ac galãge multum in se habeat. Fenu grecum uero: uel asam siue anudem: ⁊ oua atqꝫ erucam: necnon allia: ⁊ cepas: ⁊ poros: ⁊ sinapi: ac isturgar: nullo modo comedat: ⁊ caueat sibi a fastidio.

Capitulum de custodia corporis mortui ne feteat ⁊ ne cito putrefiat.

e Ex colloquintida ⁊ baurach rubeo fiat suppositorium: ⁊ in ipsius ano ponatur capite inferius existente: ⁊ fortiter moueatur: postea ipsum statuant rectum eiusque uentrem premant: donec suppositorium egrediatur. postea de eodem aliud iterum suppositorium fiat. Quod tamdiu faciẽdũ est: donec totum stercus quod est in uentre egrediatur. Et his gestis: aloes: ⁊ mirra: ⁊ acbatia: ⁊ ramich: ⁊ camphora sumantur ⁊ ex his omnibus in aqua rosata resolutis suppositorium factum per anum immittatur: deinde anus coto in hac inuoluto medicia opiletur: ⁊ postquam in aceto ⁊ aqua rosata fuerint resoluta omnes eius iuncture inungentur: postquam paruum salis eis fuerit ammixtum. Naribus quoqꝫ eius argentũ uiuũ purum initiatur. Et deinceps oia eius foramina: cũ hoc qđ diximus constringãtur: ⁊ condiatur ipsum cum aloe: mirra: ⁊ gallia: ⁊ alumine: ⁊ sale equali mensura susceptis. Omnis preterea mortuus qui super suam iacet faciem uentrem non habebit inflatum. Et cum in eius naribus argentũ ponetur uiuũ cerebrum ipsius nõ defluet. De his quoqꝫ que cadauer putrefieri non permittunt: est ut cum alkitram liniatur.

Capitulũ de illis que prohibent ne puerorum testiculis ⁊ puelarum mamillis ꝑperet magnitudo.

c Ciminũ teratur: ⁊ ex eo aqua cõsperso emplastrum fiat qđ desup cũ pãno lineo in aceto ⁊ aqua infuso stringatur: neqꝫ usqꝫ ad dies tres dissoluatur. Quibus transactis cepe albi lilij terant: ⁊ ex eis cũ aceto ⁊ aqua mixtis: fiat emplastrũ desup: ⁊ ligetur: ⁊ p tres sic manẽs dies nõ dissoluaẽ. Qđ aliquib⁹ uicibus in mẽse fieri cõuenit: duos preterea lapides demesen insimul cũ aqua ⁊ aceto fricari cõuenit: ⁊ ex eo qđ ab eis resoluitur: testiculi ac mamille epithimentur: hoc nãqꝫ eos cõseruat. Aut alumẽ cum oleo roseo teraẽ: ⁊ mamille ex eo cotidie inunganẽ: durabit eni earum paruitas diu: pp hoc medicamẽ. Aut sumanẽ boli: gallarum uiridiũ tritarum: ana partes equales: ex qb⁹ cũ melle cõspsis epithima fiat. Qđ postquã p diẽ unũ sic mãserit: cũ aqua laueẽ frigida. Et istud in mẽse plurib⁹ fiat uicib⁹: paruitas eni longo pdurabit tpre. De his ẽt que testiculos cõseruãt: nõ crescere pmittũt: ẽ ut sumanẽ chimolee ⁊ ceruse partes equales: ex qb⁹ cũ suco iusgami ⁊ oleo mirtio cõspersis: epithima fiat. Hoc. n. neqꝫ testiculos crescere: nec pilos i femore nasci pmittit.

Capitulum de illis que accidunt in unguibus de feditate.

u Ungues si interius curuati fuerit per tres dies ex adipe emplastrum super se habere debent: deinde soluantur. Qui si postquam ab eis emplastrum solutum fuerit ac separatum: molles inueniantur: fricandi erunt donec sint equales. Et si necesse fuerit: ad hoc idem erit redeundũ donec equales fiant. Quod si in unguibus cũ partibus que ut in tinea excorticãtur gibbositas fuerit cum aceto: ⁊ afragi: ⁊ sale: ⁊ fece aceti: epithima fiat: uel fiat emplastrũ ex squilla: ⁊ oleo sisamino. Ungues aũt qui finduntur: et partes scisas ex se emittunt habentiũ ex uẽtrib⁹ collera nigra ẽ educẽda: atqꝫ corpora humectãda: ungues ẽt cũ cera ⁊ oleo ac adipe ⁊ medulla mollificandi. Pro citrinitate ꝟo que unguibus accidit epithima ex semine eruce: ⁊ aceto multotiens est faciendum. Sꝫ si puncta alba in eis apparuerit cum pice liquida epithimandi multotiens

erunt. Ungues pterea qui ualde turpes sunt: cum summo studio et labore sunt curandi cum his que in cura cuiusque superioris egritudinis diximus: donec mollescant et cadant. Et postquam hoc factum fuerit: quod nasci incipiet manu nullo modo tangatur: ne aliqua ei accidat tortio.

57 ¶ Capitulum de scissuris faciei labiorum et manuum.

Sumantur cera citrina: oleum roseum ysopus cerotes adeps anatis colat?: amilum dragg. mucilago seminis citoniorum: et ex eis hoc modo unguentum confitiatur: cera: oleum: adeps: dissoluantur: quibus alia addantur: et in mortario tamdiu moueantur: donec in unum transeant corpus. Et fiat ex eis fricatio post quam fricationem patiens balneum ingrediatur. Et postquam locus fissus mollificatus fuerit: dragg. tritum in modum collirij super eum spargatur: et deinde lauetur. Medicamen ad labiorum fissuras. Si fissure magne fuerint: terantur galle cum melle: et fiat ex eis epithima: uel ex fecibus olei et terbentia et adipe anatis simul commixtis: epithima fiat. Aut galle ut collirium trite terbentine in oleo dissolute ammisceantur: et fiat ex eis epithima: uel fiat epithima ex terbentina: et mastice: et ysopo ceroto: et melle. Si autem fissuram habuerint labia que cum ab aliqua re tangitur lesionem affert: panniculus oui interior ei annectatur.

58 ¶ Capitulum de tumore et pruritu que accidunt in digitis in autumno et in hyeme.

Super digitos aqua salsa calefacta: fundenda est. Ipsi quoque in aqua in qua sicla cocta fuerit: mittendi sunt: uel sunt inungendi ex oleo deben: uel ex alijs oleis his similibus. Quod si istud magnum fuerit: emplastrum ex sale: et ex ficubus tritis et oleo: uel ex cepis: uel ex uino fiat.

59 ¶ Capitulum de his que ingrossant corpus uel impinguant.

Qui corporis crossitiem adipisci desiderat cibis unctuosis ac dulcibus et qui multum nutriunt frequenter utatur: sicut est triticum coctum: et pultes sorbiles et dure et ab acetosis: et salsis et acutis nisi pro sapore cibi: et ut appetitus melioretur omnino abstineat. Dormitione quoque et quiete in domibus frigidis et humidis frequenter utatur. Conuenit preterea post cibum balneari: et oleo prius inungi: ac postea aquam tepidam super corpus proicere. Est etiam ei precipiendum: ut ante cibum subtili utendo deambulatione: diu moueatur: atque a motu ueloci abstineat: lectus preterea eius sit mollis: et ioci: atque gaudia semper coram eo assistant. Et corpus etiam ante cibum donec aliquantulum incipiat rubere: fricetur: ac in die bis comedat: et post primam comestionem: balneum ingrediatur. Uinum quoque quo utitur: rubeum sit et crossum et nouum ac dulce. Ex granis etiam que impinguant: sunt triticum: et rizi ac fabe. Triticum etiam coctum cum lacte nutrimentum generat multum et spissum. Jus preterea ex micis panis similaginei sicci: et farina fabarum: et rizi: et lac: et babatha: quando cum zucharo comeditur: et caseus recens: et fructus quorum nuclei tantum comeduntur: cum zuchares: ut amigdale: et auellane: et fistici: et lac: et uue recentes dulces omnia hec corpus impinguant. De his itidem que corpus crossum faciunt: sunt caro arietia: et galline: et oua assata: et iudeb et melichे: et frani: et taphea de paucis taguebil: et uino semper uti ac iocis et gaudijs semper assistere: et flobotomiam ac uentris solutionem raro facere: et non frequenter balneari: nec coire: neque laborare nec sub sole morari: nec uigilare. Famem quoque atque sitim parum pati: corpus incrossare faciunt.

Medicamen ad impinguandum bonum. Semina cucurbitarum excorticata: optime terantur: et cum lacte uacino conspergantur: et fiant ex eis trocisci subtiles: ex quibus desicatis in mane una sumatur untia: et trita cum lacte et zucharo trahitiatur. Sorbiuncule etiam ex simila et cicere: et fabis: et rizi: et lacte: et butiro: et ex tortellis fiant et bibantur. Sorbiuncula que impinguant. Farina rizi: et fabarum: et ciceris: ac tortellarum: et amigdale excorticate sumantur. Ex quibus sorbiuncule cum lacte et zucharo fiant et postquam

ex eis cottidie sumpserit: balneum ingredia tur: a quo cum exierit: nutrimento alatur si bi proprio. Impinguans congruum. Amigdale excorticate: et auellane: et albi papaueris semen: et granum uiride: et buti rum uaccinum. et zucharum sumantur. Om nia uero hec butiro peruncta: cum zucharo dissoluto conspergantur ex quibus in mane et circa noctem aliquid edatur. Suppo sitorium impinguatiuum. Caput arietinū pingue: et bene mundificatum sumatur: ac bene teratur: cui media libra caude: et due libre lactis: et tritici ac rizi et ciceris uniuſ cuiusque: ana quarta pars: unius libre addā tur: quibus tantum aque amisceatur: ut ex ea cooperiri possit: et sic coquantur usque ad omnium dissolutionem: et postea ex aqua co lata tres untie: et pinguedinis due untie: et olei rosati atque olei de nucibus ana untia una sumantur ex quibus in nocte post quam as sellauerit: suppositorium fiat: quod in uētre tota nocte tenendo dormiat: hoc quoque per quinque noctes in mense fiat. Quod etiam melius erit: si plus fiat. De his quoque que corpus impinguāt: est res comedere humi das. Quod etiam squama ferri operatur: et nos in sequentibus in capitulo de stoma cho nominabimus hoc.

Capitulum de his que macrum efficiunt corpus.

Si quis corpus macrum efficere uolu erit cibaria multum nutrientia dimit tat: carnem quoque atque uinum et lac: necnon omnia dulcia negligat. Plurimum autem in sui nutrimento: holeribus utatur: et ma xime comedat salsa: et acuta: et acetosa et lar ga uentris utatur solutione: urinam quoque atque sudorem prouocet: et labore ac multo motu utatur et ueloci ante quam comedat. In balneo etiā diu moretur nec statim post balneum comedat: sed aliquando diu ante comestionem moretur: et etiam dormiat sic: et disponat se ad comedendum semel in die multumque uigilet. Uinum quoque uetus et subtile bibat. Et ad ultimū regimine uta tur contrario ei quod prediximus. De his quoque que corpus macrescere faciunt: est triferam minorem sepe sumere et elactuaria calida urine prouocatiua: sicut diatriton pi pereon: et diaciminum: atque post eorum re ceptionem tamdiu ante quam comedat mo rari donec appetitus qui irritatus fuerat reprimatur: et extinguatur. Famem prete rea atque sitim pati: et in balneo sudare et me dicinas matiem facientes sumere: et dormi re in lecto duro: et morari sub sole atque in mansionibus calidis. Medicamen ma crum efficiens corpus. Rx. ameos: seminis apii seminis feniculi: rute: cimini omnium ana partes equales: sansuci sicci: baurach: ana quartā unius partis: lacte partes duas puluerizentur: de quorum puluere trahitiat cotidie eo utens: pondus aurei unius: hoc enim medicamen uehementer desiccat cor pus. De his quoque que fortiter desicant: est sumere calcanthum. Quod tamen timo rosum est. Medicamen corpus desic cans. Rx. trifere minoris. ℥. iij. pulueris pi gre: turbit ana. ℥. i. sumantur medicina hec quaque ebdomoda semel.

Capitulum de his que augent sperma et que ualent ad erectionem uirge.

Electuarium de nucleis fructuū. Rx. amigdalarum auellanarum nucis indice: pinearum enucleatarum: granorum kilkil: granorum zeilem: grani uiridis: omniū partes equales zinziberis piperis longi: seminis peonie: ana tertia partis: penidiarum: ex zucharo tantum ex quo temperari pos sint. Sumantur ex eo in mane cotidie: ad oui magnitudinem et in sero tantundem. Elactuarium de seminibus quod auget sperma. Rx. seminis baucie: seminis naporum ceparum: ac rafani: et spargi: atque seminis alfassasa: et eruce seminis pinearum: medul le interioris: granorum kilkil: granorum zeilem: tuderi lingue auis: secacul: behem albi: et rubei satirion: costi dulcis: zinzibe ris macro piperis: nasturtij omnium ana: terantur: et cum melle conficiantur. Ex quo trium. ℥. pondus. cum. ℥. i. lactis sta tim mulcti et penidiarum sumatur. Pulmentum quoque ex carne arietina cum cicere frac to ac cepis factum: habens subtilem pul uerem cinnami: et galange comedat. Quā doque etiam predictū elactuariū cū uino nouo

⁊ calido est sumendum. Medicamen calefactis ac corpora habentibus sicca cõferens. ℞. lactis uacini statim mulcti lib. 2. in quo. ℥. 2. terramiabim granati ponantur: ⁊ coquantur usque ad mellis spissitudinem: atque cotidie ex eo in ieiunio. 20. ʒ. sumantur quasi sorbendo: post cuius austum pisces recentes in ueru uel super prunas assati comedantur. Qui et calidi cum cepis sunt edendi: atq3 uinum crossum ⁊ mediocriter aquatum: post eos est bibendum.

Unguentum uirgam erigens. Sumatur oleum de lilio: ⁊ ponatur in eo euforbij piperis sinapis: nitri: omnium ana. ʒ. 1. musci: sexta pars. ʒ. 1. Et ex hoc unguento renes ⁊ dorsum: ⁊ spondiles: ⁊ sumem: et femur: ac uirga: ⁊ omnia que sunt in circuitu ipsius inungantur. Cortex etiam pinee et ciperi: atque anetum in uino coquẽda sunt: et pannus in eo infusus: in anum est mittẽdus. Medicamen ex quo uirga cito erigitur. Ex asa cum melle mixta: unius aurei pondus cu3. ℥. 1. uini per duas horas ante quam comedat edatur.

Capitulum de hijs que calefaciunt uuluam.

f Umatur cordumeni: ⁊ exterius abrasum teratur. De puluere cuius: in oleo sambacino tantum mittatur: ex quo inspissari possit: ⁊ mittatur in uuluã. Medicamen conferens ad frigiditatem uulue ⁊ humiditatem: cordumeni: ⁊ piper ⁊ cipe ri: ⁊ bellilici: in uino coquantur in quo pannus madefactus uulue subitiatur.

Capitulum de illis que augent delectationem in coitu.

q Ui hoc assequi desiderat cubebe ieiunus masticet: aut piretrum: aut cũ ase. ʒ. 1. olei sambacini. ʒ. 10. commisceat et per aliquot dies sic manere permittat. Et postea ex hoc unguento uirgam inungat: et mulieris crura uehementer eleuet: ⁊ super ipsam crura sua stringat. Sic enim operãdo: uterque ualde delectabitur. Aliud. ℞. piretri: zinziberis: cinnamomi partes equales: hec trita cum aqua in qua parum gumi dissolutum fuerit conspergantur: et fiant ex eis trocisci parui: qui in ore teneantur: ⁊ postquam resoluti fuerint cum saliua: coeundum est cum muliere.

Capitulum de sanatione illius que in fine coitus illico egerit.

o Portet eos ante quã coeant egerere. Ea uero eis danda sunt: que uẽtrem constringunt. Acathie preterea atque aramich: ⁊ thuris: ac balaustie: ⁊ gummi arabici: omnium partes sumantur equales: ex quibus ossis dactili similitudo facta ano in hora coeundi subitiatur. In alijs uero horis: oleum de neridem supponatur: et ex eo inungatur.

Capitulum de illius sanatione qui ex nimio coitu debilitatur.

b I aqua frigida sunt lauandi: et ex aqua carnis nutriendi parum etiam uini bene odoriferi ⁊ clari bibant: barbam preterea ac faciem: ⁊ totum caput: ex eis liniant: que bene redolent. Pannosque ⁊ totum corpus: cum odoriferis suffumigent. Quiescant: ⁊ in lecto taceant ualde molli.

Capitulum de illis que diminuunt sperma ⁊ uirge erectionem.

d Ex his que sperma ⁊ uirge erectionem minuunt est acetosa: ⁊ stiptica comedere: ut est acetum ⁊ uue acerbe sucus et ribes ⁊ his similia: ⁊ holera frigida: ut lactuca ⁊ portulaca: ⁊ his similia. De his quoq3 que erectionem minuunt: sunt ea que uentositatis sunt dissolutiua sicut ruta: agnus castus: mentastrũ ciminũ ⁊ ameos.

Medicamen uirge erectionem minuens. ℞. seminis agni casti. ʒ. 10. foliorum mẽtastri: rute sicce: cimini: ciperi balaustie: ana. ʒ. 2. Ex horum puluere in mane: et circa noctem trahitiatur. Medicamẽ aliud quando caliditas fuerit causa. ℞. seminis lactuce seminis portulace: ana. ʒ. 10. psilli: seminis coriandri sicci: ana. ʒ. iij. balaustie: nenufare: ana. ʒ. 2. Ex his omnibus simul comixtis. ʒ. iij. cum quanta. ʒ. 1. camphore: per aliquot dies sumantur: ⁊ cibis utantur stipticis: ⁊ acetosis.

Capitulu3 de illis que ingrossant uirgã.

m Ultotiens in die tamdiu fricanda est: donec rubea fiat: ac postea aqua calida super eam fundenda: ⁊ ex inde cum cera in oleo uiolato resoluta epithimanda.

Aut fricetur:ꝛ cum lacte ouino in die decies ungatur. Aut epithimetur ex lumbꝛicis teꝛrestribus desicatis : ꝛ cum oleo sambacino tritis:aut frustrum utris :in quo remansit pix calefiat : ꝛ cum eo fricetur uirga:ꝛ inuiscetur ei : ꝛ dum calidum fuerit : super ipsam teneatur. Cum autem infrigidatum fuerit : remoueatur : hoc in die multotiens est faciendum. Aliud medicamen. ℞.sulphuris citrini:piperis ana partes equales hec trita cribellentur cum oꝛali ꝛ ex eis cum melle puro commixtis fiat epithima quod postquam per hoꝛam unam sic manserit : lauetur cum aqua calida. Aut sumantur seminis alcoti nuclei :ꝛ triti triconizentur : ꝛ cum lacte statim mulcto commisceantur :ex quibus uirga ante quaz mulieri commisceatur : fricetur : augumentatur enim. Si quis autem pꝛedicto regimine frequenter usus fuerit in naturalem transibit magnitudinem atque sic remanebit.

Capitulum de hijs que constringunt uuluam.

g Allie.ʒ.iij.gariofilis.ʒ.I.musci.ʒ. sexta pars:sumantur : ꝛ trita omnia in unam uini.℥.mittantur:in quo pannus madefactus in uuluaz mittatur. Aliud quod coꝛruptam quasi uirgineȝ reddit. ℞. gallarum aluminis:squinanti folioꝛum lilij ciperi :ana partes equales : hec omnia in aqua coquantur : de qua mulier in uuluam multotiens mittat. Cum autem uulua multum stricta fuerit :atque uir ut coeat ad mulierem accesserit:parua pars intestini sanguine columbe impleatur : ꝛ uulue ante quam uir ad eam accedat immittatur. Postquam enim ad eam accesserit : ꝛ cum ea coire ceperit:findetur intestinum: ꝛ sanguis fluere incipiet.

Capitulum de illis que auferunt humiditatem in uulua.

a Antimonij:aluminis iameni: partes sumantur equales:ꝛ trite tritonizentur:ꝛ sic subitiantur. Aut salgemma:ꝛ alumen trita subitiantur : et lauetur mulieris uulua cum aqua in qua galle et glandium cupule:ꝛ balaustie:cocte fuerint. Aut pinearum coꝛtices:ꝛ alumen : ꝛ ciperi in uino coquantur in quo pannus madefactus uulue immittatur:ꝛ ibi teneatur.

Capituluȝ de hijs que calefaciūt uuluā.

c Oꝛdumeni excoꝛticatum sumatur :ꝛ teratur:ꝛ pꝛobitiatur ex eo in oleo sambacino tamdiu:donec inspissetur : ꝛ supponatur.

Capitulum de hijs que ualent ad impꝛegnandum.

a Ad hoc ualet ut uir ꝛ mulier non coeant nisi post longum tempus : ꝛ ut non sint ebꝛij:ꝛ ut uir cum muliere ludat tā diu:donec eam uideat desiderare coitum : quod in oculis mulieris atque anhelitu cognosci potest. Et sit coitus post menstruorum purgationem. Qui postquam cum ea coire ceperit:ipsius uehementer eleuet crura:ꝛ sit tunc mulieris caput inferius mersum.atqꝫ uir a spermatis emissione abstineat:donec sciat mulierem suum implesse desiderium. Et tunc ipse semen fundat. Mulier uero post diu iaceat:hoc autem statim post balneum fieri conuenit. Opoꝛtet tamen ut ante quam hoc fiat : mulier medicinas sibi subitiat calidas. Pessarium ad impꝛegnandum ualens.℞.sigiam castoreum galbanum:oppopanacum : carpobalsamum:semen ben:costum :spicam indam : bdellium. Ex his omnibus tritis :et cum uino commixtis: glandis fiat similitudo : que in uuluā missa:per multas noctes ante quam coeat:quatuoꝛ teneatur hoꝛis.

Capitulum de illis que pꝛohibent impꝛegnari.

f Similiter post coitum statim paruȝ alkitram sibi subitiat:aut cum uir coire uult uirge caput ex eo inungat : non fiet pꝛegnatio. Quod ꝛ rute sucus similiter operatur:aut piper:si ex aliquo eoꝛum mulier sibi supponat:postquam coierit. Mulier quoque si pedes habens apertos post coitum foꝛtiter retro salierit:sperma qd̄ cōtinetur in ea cadet. Uir etiā si coitū pꝛiusquam mulier expleuerit : non impꝛegnabitur mulier. De his autem que aboꝛtire faciunt:sunt medicine quas in capitulo de

partu facili nominabimus: et pessarium: ex alkitram: aut suco rute: uel ex pulpa colloquintide: uel arthanitha: facere: aut sucum rute bibere. De his etiam que fetus uehementer expellunt: est cotidie pregnanti tribuere. ʒ. iij. de semine sauine decem diebus continuis: nisi prius febrem passa fuerit. Que si acciderit dimittenda est. Sana uero hoc frequenter sumat: donec in eius urina atque sudore: seminis hebel odor sentiatur. His preterea omnibus que in capitulo de menstruorum prouocatione: ac de facili partu diximus utendum est: aut electuarium de assa ei detur.

Electuarium quod in aborsum faciendo ualidum existit. ℞. seminis hebel. ʒ. 100. mentastri sicci: foliorum rute: ana. ʒ. 20. rubee: cordumeni: pulegij: ceruini: ana. ʒ. 10. hec omnia puluerizata cum lacte ficuum: in modum electuarij conficiantur: ex quo in mane et circa noctem ad magnitudinem nucis nabache sumatur.

Capitulum de illis que multum faciunt bibere.

Si quis in potu multo uult uti uino: oportet ut ea die non multo repleatur cibo: neque dulcia comedat. Caseam autem unctuosam sorbeat: et micas in iure molles et unctuosas comedat: carnemque pinguedinem ammixtam habentem temperate edat: neque ea die ante comestionem laboret. Sed statim post quam experge factus fuerit: bibere incipiat: in stomacho ex precedentis diei cibo non grauedinem habens. De his preterea que ad potandum ualde adiuuant: est caro cum caulibus: et cum canauit: et cum lentibus. Post uinum quoque citri acetositatem: aut ribes: aut citonia: aut granata acetosa: uel res acetosas: aut salsas sumere: maxime auxiliatur. Medicamen quod ebrietatem detardat. ℞. caulium nabati semina: ciminum: amigdalas excorticatas: mentastrum: salem: absintium: rutam siccam: ameos ex his omnibus simul tritis. ʒ. 2. pondus cum aqua frigida a ieiunio sumatur: si ille qui sumere debet calorem non habet. Qui si calorem patiatur: dimittat. Ad hoc preterea iuuamentum prestat: ut qui uult bibere amigdalas salitas: aut lentes salitas: aut oliuas sale conditas aut capares comedat.

Capitulum de eis que cito inebriantur.

Mandragore opij: semenis iusquiami nigri: omnium ana. ʒ. sumatur: nucis muscate. ʒ. S. gallie: xiloaloes: ana. ʒ. tertia pars. Ex his omnibus tritis: trocisci informentur. Quorum unus cum in uino dissolutus fuerit: uehementer inebriabit. De his quoque que inebriant: est ut iusquiamum nigrum: et cortices mandragore in aqua donec rubea fiat coquantur: que postea uino commisceri debet. Medicamen aliud leuius primo. Aqua in qua silem coquitur sumatur: et cum uino misceatur: uel aqua in qua usnee: aut res mucilaginem habens: madefacta fuit: detur: aut uinum in quo xiloaloes madefactum fuit: tribuatur. Medicamen aliud quod ualde est forte. ℞. mirre: sigie: opij. iusquiami omnium ana: sextam partem. ʒ. I. gallie gariofoli ana tertiam. ʒ. I. hec trita cum uino mixta tribuantur.

Capitulum de hijs que cito alleuiant ebrietatem et ex quibus cito aufertur.

Aqua et acetum multotiens danda sunt ei: aut aqua mixta cum lacte multum acetoso: uel cum sero acetoso tribuenda sunt. Acetum quoque et oleum roseum: super caput sunt fundenda: atque camphora et aqua rosata: naribus applicande sunt: ut eas odoret. In stomacho quoque si aliqua pars uini remanserit: ut ipsas euomat est cogendus. Manus preterea eius atque pedes: in aquam frigidas sunt mittendi: et cum sale fricandi: ac buccelle panis in suco uue acerbe infuse sunt tribuende: cum lentibus coctis. Caules et cocti atque canauit: dandi sunt.

Capitulum de curatione ebrietatis.

Oportet crapulatum diu dormire: ac postquam euigilauerit: balneum ingredi: ubi in loco sedeat temperato. Et postquam super ipsius caput aque tepide multitudo fusa fuerit: exeat: et pullum cum suco uue acerbe: necnon: charis et bulem: atque his similia comedat: deinde

alia uice dormiat. Quod si capitis habuerit dolorem caput ex aceto cum oleo roseo mixto infundat. Et sint acetum & oleum roseum super niuem infrigidata. Quibus ita gestis: iterum dormiat. Si autem post hec crapule sanitas tardauerit parum uini cum multa aqua bibat. De his quoque que crapulam remouent: sunt multum loqui. & longam suauiter incedere uiam: et oleum uiolatum: ac flores salicis: necnon rosas: & camphoram & aquam rosatam olfacere: atque aqua tepida caput infundere. Aliud semis scariole: semis caulis: berberis: mundati a suis granis sumach: lentium excorticatarum: rosarum spodij: ana.ℨ.10. sumantur: ex quibus.ℨ.iij. cum sexta.ℨ.1. de camphora & cum.ℨ.1. acetositatis citri decocte ad spissitudinem: aut cum suco mali granati acetosi: uel cum ribes sunt potande. Aliud de semine coriandri sicci trito mixto cum zucharo albo eiusdem quantitatis: cuius ipsum est quantum potest tribus trahitiat uicibus. Robub autem que ad crapule ualent remotionem sunt rob de suco uue acerbe & rob de acetositate citri: et rob de ribes. Aliud aqua in qua sumach: & tamarindi: atque pruna fuerint infusa: sumatur: & cum suco acetositatis citri eiusdem quantitatis misceatur quibus tantum zuchari: quantum totum est addatur. Que omnia usque ad spissitudinem sunt coquenda. Ex quibus postea quasi sorbēdo aliquid est sumendum.

Completus est tractatus quintus cum dei misericordia. Incipit tractatus sextus de regimine iter agentium: continens capitula.19.

Capitulum de cautela iter agentis a calore & aufferendo nocumento quod accidit ei ab ipso.

PORTET UT qui in magne caliditatis tempore iter agit: cibo non sit repletus: neque sit ebrius: neq3 etiam ea hora: uinum biberit. Non tamen sit inanitus: neque a cibo uel uino omnino uacuus nisi fastidium patiatur. Quod si passus fuerit: omnino ab itinere abstinere melius est: atque quiescere: & tamdiu dormire: donec fastidium remoueatur. Qui si non fuerit fastiditus: immo appetitus in ipso aliquantulum uiguerit: mediocriter cibo reficiatur: qui tamen paucitati attineat. Cibaria uero quibus utitur: frigida sint: atque extinguentia: necnon sitis repri mentia: ut sunt alkaris: & albulem: & uue acerbe sucus: & acetum cum oleo: & his similia. De his que sunt frigida. Quod si nullo modo comedere desiderauerit: caloremque superfluum: atque sitim senserit: triticum fractum cum multa aqua coctum cum zucharo & aqua frigida bibat. Post cuius haustu3: non statim eat: sed parumper moretur: & precipue si multum aque biberit. Si enim statim motus fuerit: cibus in stomacho existens: de uno latere ad alterum transiens stomachum inflat: ac male digeritur. Si autem ipsum ire necessitas coegerit: parumper bibat: & nunquam in aliqua hora fortiter incedat: omniaque membra sua a sole custodiat: et precipue caput: & quam maxime si diu ambulare desiderauerit. Diu enim cum fortis fuerit calor incedere: & ieiunare: corporibus macris plus: crossis uero minus nocet. Quedam tamen crossa reperiuntur corpora: quibus predicta conferunt. Nos autem iam diximus in hoc nostro libro non esse intentionem nostram: omnia ista distinguere ac determinare. Oportet enim nos: hanc profundius tractare doctrinam. Unde ea que sepius accidere solent consideramus. Usus preterea in hoc: magnam continet partem. Corpora namque calorem aut laborem uel famem: siue alia consueta ferre assueta: in his fortiora: atque magis tollerantia: inueniuntur: a quibus etiam minus leduntur: quam ea que is assueta non sunt. Postquam autem is qui iter agere inceperit: suum perfecerit iter: aliquantulum prius quiescere: & deinde in aqua tepida et dulci balneari debet: postque fructus ac cibaria infrigidantia & humectantia comedere & in loco uētis exposito dormire utile ei existit: coitum ēt pretermittat. Capitis aūt dolorem si senserit: cum aqua rosata & rodoleon

ac accto curetur: atq3 balneo aque sepius utatur. Cibaria etiam omnia quibus utitur: frigiditati ꝛ humiditati maxime attineant. Oleum preterea uiolatum: aut de cucurbite seminibus: aut de floribus salicis factum olfatiat. Si autem nichil mali senserit: suum peragat iter. Quod si egritudo ei acciderit: ab itinere tamdiu suspendatur donec quod accidit sublatum credatur. Si autem morari non poterit: paulatim incedat se quam maxime a sole custodiendo. Ante etiam qua3 incedere incipiat: ea que uehementer extingunt bibat: sicut ordeum fractum ꝛ coctum: mixtum cum zucharo et aqua rosata: ac mucilaginem psillij: aut iulep cum aqua ordei. Cum autem quieuerit: cibo ꝛ fructibus ifrigidantibus ꝛ lacte si nundum febris eum inuasit nutriatur. Qua si lesus fuerit: nec lac: neq3 butirum: neq3 aliquid ex lacte factum attingere presumat: nisi multum acetosum fuerit. Lac enim acetosum: ꝛ seres simplex: ꝛ masal: huic non nocent dispositioni. Febris uero si perdurauerit maiori in ea indigebitur sermone: quam ille que3 in hoc libro explicare uolumus. Est enim in his necessari⁹ medicus in talibus usitatus: qui eu3 regat. Nos quoq3 de febrium curis quantū huic nostro pertinet libro: in suo si deus uoluerit dicemus loco.

Capitulum de cautela dierum canicularum et succursu eorum que ex eis accidūt.

c Um in diebus canicularibus aliqs incedere cogitur: mediocriter cibis refici ex re unctuosa debet: post quorum acceptionem a potu multe aque abstinere debet. Caput quoq3 ac faciem panno lineo subtili cooperiat: quem patienter ferat. Quod si ipsum aliquo modo molestauerit: faciem a solis obuiatione uel uenti auertat atq3 in aliam declinet partem si potuerit: aut quantum plus poterit eis se occultet. Os quoq3 aqua semper abluat. quam non trabitiat: nisi cum fuerit frigida. Calor autem si ei multum nocuerit: caput semp sub panis teneat. Oleumq3 de cucurbitis aut de dulcibus amigdalis semper odoret: et ex eo parum trabitiat. Pectus quoq3 atque uentrem ante itineris inceptionem: ex psillij mucilagine: aut ex suco portulace cum oleo ꝺ cucurbitis ꝛ albumine oui mixtis epithimet. Ramos etiam portulace si semper suxerit remediabitur: ꝛ quam maxime si ex eis cum lacte ualde acetoso: ꝛ butiro coctis: ante quam eat comederit. Quod si lac acetosum inueniri non poterit: masal cum butiro utatur: hic enim cibus canicularium: remouet nocumentum atque sitim. Et si quis ante quam iter incipiat de oleo cucurbitarum magnam sumpserit quantitatem: canicularium ab eo remouebitur nocumentum. De his etiam que ipsorum in ultimo nocumentum remouent: est ut cepe incise in lacte acetoso per diem unam uel pl⁹ iacere permittantur. De quibus ante quā incedat: comedat post quarum etiam acceptionem de lacte illo bibat. Qui postquam quieuerit: non statim aquam bibat: sed ex ea os semper colluat: ꝛ ex frigida parum pertrabitiat. Post hec autem de his que infrigidant: quantum uoluerit cōedat: post quorum comestionem aquam paulatim bibat. Hoc enim regimine si quis usus fuerit a siti preseruabitur pernitiosa si deus uoluerit.

Capitulum de sedanda siti ꝛ expulsione nocumenti eius.

o Portet quemlibet sitim in itinere timentē: a cibi saturitate ante q̄ eat abstinere. Ex holeribus tamen infrigidantibus ac frigidis ꝛ acetosis parum comedat. Aut ex sauich cum zucharo ꝛ multa aqua frigidissima bibat. A rei uero salse uel dulcis uel acris comestione: abstineat et proprie a piscibus tam recentibus quam salsis: atq3 salmuria conditis: ꝛ omnino ab omnibus horum speciebus. Ipsi enim sitis sunt effectiui. Et cauguamich: ꝛ genera lactis que salita uel acetosa condiuntur dimittat: ꝛ capares proprij ꝛ oliuas: quoniam sunt sitim facientes. Cepe uero in aceto misse: ꝛ que eis assimilantur sitim sedant. Ipsum etia3 obseruare oportet: ne uelociter incedat sed suauiter ꝛ cum mora tantum. Uelox enim incessus: hominem frequenter anhelare ac uehemēter facit. Quod in sitis prouocatione: omnibus deterius existit. A multa etiam locutione: abstinere debet. Multa enim locutio sitim creat. Si autem ipsum loqui necesse fuerit: summissa uoce quanto plus possibile est loquatur. Clamor enim calorē

caloꝛem:ac ſitim multā afferre conſueuit. De his pꝛeterea que ſitim ſedant: ⁊ diu re mouent:ſunt lac ualde acetoſum: ⁊ poꝛtula ca:ac lactuca:⁊ cucurbita ⁊ citroli: ⁊ melo nes non dulces:⁊ pira ualde humoꝛoſa: ⁊ parum ſtiptica:non multū dulcia:poma quo qꝫ ac mala granata:⁊ que de fructibus ace toſis ſunt eis ſimilia:⁊ acetoſitas citri:atqꝫ uue acerbe ſucus:⁊ ribes ⁊ pꝛuna. Siquis enim ante quam eat comederit:non ſitiꝫ pa tietur. De his quoqꝫ que in oꝛe tenta: in hoꝛa eundi temperieꝫ adducunt in ſitis ab latione:ſunt pira ſicca acetoſa:cū unum poſt unum ſumit:⁊ thamarindi:⁊ granati aceto ſi grana: aut ex maſal aſſidue parumper ſu mere:⁊ in oꝛe donec diſſoluatur tenere. In hoc tamen non confert rekis: neqꝫ ſumach neqꝫ his ſimilia. Huic aūt licet parum: cō fert fruſtrum criſtalli i oꝛe tenere:⁊ ſadaſſa: aut argētum merum terſum: labia pꝛeterea foꝛtiter ſtringere: atqꝫ aerem nullomodo p os atrahere confert: ſi quam maxie poterit hoc agere ſtuduerit. Aliquam quoqꝫ de re bus frigidis odoꝛem reddētibus: una hoꝛa poſt aliam hoꝛā odoꝛet: atqꝫ olea infrigidā tia olfatiat. Ventri quoqꝫ ex herbis frigi dis emplaſtrum ſuperponat: aut ipſum ex e pithimatibus que in canicularibus nomina ta ſunt:epithimet. Quod ſi aque habuerit paucitateꝫ acetū ei commiſceat. Parua.n. quantitas eius tunc ſumpta: uehementer ſitim ſedabit. Ea quoqꝫ que ſiti extingunt edat:⁊ ea que ipſam afferunt derelinquat. Trociſci qui caloꝛē extingunt:⁊ ſiti ſedant: febꝛibuſqꝫ acutis:ignitis: in ultio conferūt ſi uoluerit deus:ex quibus ante quā eat: ⁊ etiam in hoꝛa eundi: aliquid in oꝛe teneat. Ipſi enim ⁊ ſitim remouent:⁊ ardoꝛem exti guūt. R.citrol cucurbite: ſeminū excoꝛtica toꝛuꝫ partes equales: ſeminis lactuce ſemi nis poꝛtulace:cuiuſqꝫ ana partem mediam ſucci liquiricie puri:quartam unius partis: terantur hec omnia:⁊ cum ſucco poꝛtulace aut pſillij mucilagine conficiantur:ex qbus trociſci parui ad lupinoꝝ ſimilitudinem ifoꝛ mentur:ex quibus dū incedit:unuꝫ poſt unū in oꝛe teneat quem nō maſticet ſed ſinat do nec paulatim diſſoluatur.⁊ qđ ex eo diſſolui tur trabitiat. Ante uero quam eat:uel cum per eos febꝛem acutam ſedare uoluerit:põ dus.ʒ.iij.ex eis bibat cum rob alicuiꝰ fruc tus acetoſi quos nominauimus. Si autem in pectoꝛe aliqua fuerit aſperitas: ipſos cū iulep uel ſirupo uiolato bibat. Hij pterea trociſci ardoꝛi urine in ultimo:conferunt. Cum autem aliquis in itinere ſitim patitur uehementem:opoꝛtet ne ſtatim aqua ſatief cum eam inuenerit: ſed os ex ea longo col luat ſpatio:⁊ ex ea parum trahitiat: in qnā etiam ſuas mittat extremitates: faciemque ſuam ex ea lauet: atqꝫ in eam ſi uoluerit in grediatur:neqꝫ ex ea bibat niſi parum: de qua etiam minus quam poterit paulati ſoꝛ bendo una uice poſt aliā ſumat. Poſt hec autem ex cibis quos nominauimꝰ comedat ⁊ paulatim in potu cū augumento ex aqua ſumat: de qua tamen non ſatietur. Et quan to plus ſitim diminutam eſſe ſenſerit:potum ſi uoluerit augumentet donec ſatietur. Cū hoc enim regimine:a ſiti pernitioſa: atque a malis accidentibus ipſam cōmittantibus pꝛeſeruari poterit.

Capitulum de regimine illoꝛum qui uolunt iter ager dum magnum eſt frigus.

q Uemadmodum ex longo itinere in tempoꝛe multi caloꝛis: ſiccitas coꝛ poꝛis:⁊ ptiſis:ac doloꝛ capitis: necnon fe bꝛes ⁊ his ſimilia accidunt: ita ex itinere i tempoꝛe multe frigiditatis: alie eueniunt e gritudines. Ex quibus ſunt congelatio: ⁊ fames:⁊ ſincopis:atqꝫ apoplexia:⁊ ſtupoꝛ ac exſollutio :⁊ elcuzegi: ⁊ extremitatuꝫ pu trefactio:⁊ hoꝛum ſimilia. He tamē egꝛitu dines illis pꝛopere accidunt:q ad eas natu raliter diſpoſiti ſunt:ſicut illis foꝛſitan quo rum complexiones his repugnant egritudi nibus:atqꝫ quoꝝ coꝛpoꝛa frigoꝛi uehemēti exponi conſueta ſunt: huiuſmodi nō accidūt egritudines niſi raro:⁊ cuꝫ cauſa.ſ.frigoꝛis uehementiſſima. Nos quoqꝫ in illo dicemꝰ ſimile eius:quod in pꝛecedentibus diximꝰ. Dicemus igitur quod ſi quē in uehementis frigoꝛis tempoꝛe incedere opoꝛtuerit:cibiſ pꝛius repleri: atque uini magnam bibere quantitatem debet. Poſt quoꝛum accep tionem ab itinere aliquantiſper abſtineat donec cibus calefiat:⁊ motio que in coꝛpo re facta fuit:ſedetur. Cibaria aūt quibus utitur:actualiter ac potentialiter ſimul cali da ſint. Quod ſi frigus foꝛtiſſimum fuerit:

atqz ipsum statim post comestionem: iter in cipere necesse fuerit: uinum purum tepefactum bibat: aut uinum cui tantum aque calide ammixtum est ut ex ea tepefieri possit. Uinum uero: sit forte: et subtile stipticitate carens et acetositate. Faciem et subtili fortiter cooperiat panno: et precipue si sue faciei contrarius perflauerit uentus frigidus. Ab his autem ille precipue custodiendus est: qui in pectore asperitatem sentit: uel tussim patiatur: uel cuius pulmo aut pectus debile est. Hic enim si aerem atraxerit frigidum: ad tussim uel ad sanguinem spuendum uelociter perueniet. Ex eis uero que in tempore uehementis frigoris ante incessum sumuntur: sunt cibaria cum nucibus et allijs facta: et cepis: et butiro. Et allijs quidem et nucibus: uehemens proficiendi ad hoc inest proprietas. Totum nam quia calefaciunt corpus: caloremque adeo augumentant innatum: donec per totum diffundatur corpus: et etiam multiplicetur in extremitatibus: nedum in corporis medietate. Assa quoque similiter operatur: si una .3.i. ex ea cum fortis uini libra .i. uel cum idromelle sumpta fuerit: piper itidem si ex eo in cibo multum ponatur: uel cum idromelle bibatur: eiusdem est iuuamenti. Sepe preterea crude atque porri: et tafea alba in qua multum ponitur de taguebil: ad idem confert. Hic autem non statim post itineris perfectionem et dimissionem eius: ad ignem se calefacere nec balneum igredi: neque dormire debet. Sed per horam unam locum calidum in quo sit ignis a longe circumeat: deinde uero igni secundum gradus paulatim apropinquare incipiat ordinem obseruando. Post hec autem si in itinere magnum tetigit eum frigus: balneum ingrediatur: in quo diu morando fricetur. Quod si balneum inuenire non poterit: in domo igne calefacta tam diu fricetur: donec corpus ipsius rubere incipiat: deinde in molli lecto diu dormiat: possibile est enim ut qui hoc usus fuerit regimine: a febre perseruetur si placuerit deo.

Capitulum de sanatione a frigore congelati.

c Ui congelatio ex frigore accidit de quo nundum sit desperandum preparandus est ei locus igne calefactus qui uentis non sit expositus: in quo cum fuerit: fortiter et uelociter calidissimis fricandus est manibus. Quod ideo fieri conuenit: ut totum corpus simul calefiat capite excepto: quod calefactis pannis calefieri oportet. Cum autem totum corpus fricatum fuerit. Homines corpa calida et leuia habentes: cum eo in lecto iacere debent. Quorum corpora ipsius corpus tangere: et quam maxime uentrem et dorsum atque pectus conuenit. Cui post hec parum asse: et mirre: atque piperis cum uino forti: necnon aqua carnis dari debet. Postquam autem eius anhelitus aliquantulum reuersus fuerit: ex tafea alba nutriatur: uinum quoque non in magna quantitate ei tribuatur: lectusque mollis ei preparetur: in quo multis cooperiatur pannis: et ut diu dormiat precipiatur. Postquam autem exspergefactus fuerit: et conualescere inceperit: balneum ingrediatur calidum: in quo longam faciens moram: multum fricetur: et ex oleo liliaco uel narcissino uel cui costus et castoreum ac muscus et euforbium ammixta fuerint inungatur.

Capitulum de sincopi que fit ex fame et eius sanatione.

a Liquando iteragentibus in tempore uehementis frigoris: fames accidit ualida: deinde uero non morantur: ut sedetur fames illa: et superuenit eis sincopis et extasis uehemens. Qui fortasse moriuntur inde. Cum hec ergo fames incepit: uelociter et subito sunt cibandi ex pane in uino forti madefacto: ius quoque ataffearum unctuosarum ut sorbeant eis est dandum: uinoque forti calefacto: in quo parum sit positum piperis: sunt potandi. Qui si curati non fuerint: nisi prius eos inuaserit sincopis: aqua rosata sunt rorandi: naresque ipsorum ex musco et calamo aromatico sunt insufflande: labia quoque atque griuones ex algallia inungi debent. Os preterea stomachi ac extremitates tam diu fortiter sunt fricanda: donec rubere incipiant: deinde uero extrema ita ligaturis sunt constringenda: ut doleant. Postquam autem a predicta euaserint sincopi: ut prediximus sunt regendi. Si uero non euaserint: uinum et aqua carnis per guttur sunt initienda. Qui manibus diu sunt fricandi: et aqua rosata rorandi: atque uociferando uel manibus tangendo excitandi. Quod si extasim passi fuerint ex hoc: prohibe illos ab eo quanto plus possi

bile fuerit: ita ut manus atque pedes ita li ges ut doleant ꝛ dat eis ad soꝛbendum po nendo in oꝛa eoꝛum una uice post aliam: ꝛ moue eos: ꝛ uocifera sup eos. Uinū pꝛete rea cū pipe calefactum: eis ad bibenduꝫ tri buendum ē. Eis itidem de sagzeuca paꝛū: aut de elactuario ex asa facto dandum est. Quos preter hec igni applicabis: coꝛpoꝛa qꝫ eoꝛum cum oleo de costo: aut oleo de eu foꝛbio inunges.

Capitulum de regimine extremitatuꝫ digitoꝛum pedum ꝛ manuum ne a frigoꝛe coꝛrumpantur ꝛ succursu si icepta fuerit coꝛ ruptio ꝛ sanatione eius quod coꝛruptum ē.

P Edū digiti pꝛius manibus absque ullo liquoꝛe uehement sunt fricandi deinceps uero ex oleo ueteri: inungēdo fri catio facienda ē: postquā pannis coopiendi inter ipsos: ac sub ipsis ꝛ sup ipsos interpo nendo pannos. Sub pectine etiam toto ac sup ipsum lana mollis mittenda: deinde ꝯo caligis subtilibus ꝛ mollibus calciandi. Qḋ si frigidis sutularib⁹ se calciauerit: sum mopere cauere debet ne sutulares madefi ant: aut ex aliqua re sibi accidente humectē tur. De his quoqꝫ quibus extremitates fri cate nocumentū ex frigoꝛe adueniēs repel lunt: sunt oleo calida sicut sambacinum: ꝛ a raziki: ꝛ oleū deben: ꝛ liliacū atqꝫ laurinū. Alkitran uero uehemētius in hoc operatur: ꝙ supradictoꝝ aliquod. Ipsum.n. non so lum frigus extremitates coꝛrūpere ñ sinit: ueꝝ etiam ne id qḋ cepit coꝛrūpi putrefiat: pꝛohibet. Uiatoꝛ pterea sibi cauere debꝫ ne sitim pati nitatur: aut frigus: ex quo ex trema ledantur: foꝛtasis.n. ex hoc uelociter coꝛrumpent. Huius aūt signum est: quod frigus qḋ ei nocebat: iam alleuiari sentit: licet eoꝝ operimentū non sit mutatum nec augumentatū: neqꝫ ab aere frigus sit remo tū: hoc enī tunc non euenit nisi ex sensus mi noratione. Ueꝝ opoꝛtet ut cum frigus no cere cepit: pedū operimentum statim mutet multaqꝫ in eis fiat fricatio: postquā operiā tur: ac ī incessu moueant. Nihil enim ē de terius ad uelocit afferendum frigoꝛis nocu mentum: ꝙ ut pedes sint suspensi. Si auteꝫ contingerit eos apostemari: eoꝛuꝫqꝫ sensus minui. Adhuc curari poterunt nisi uirides aut nigri fiant: si in aqua mittantur in qua tritici palea cocta fuerit: aut in qua napi ul caules bullierunt. Aut anetum aut camo milla: aut sticados arabicus: aut sisimb. aut sansucus: aut melilotum: siue lini semen aut fenugrecum: unumquodqꝫ sepatim: aut omnia simul. Et si cū aliquo ex oleis que nominauimus: ꝛ iuxta ignem: ꝛ sepe fricati fuerint. Uirides autem uel nigri si fiant: opoꝛtet ut statiꝫ ad eos scalpellandos festi netur ꝛ uelociter sunt scalpellandi: ꝛ adeo pꝛofunde. ut ad carnem pueniat: ꝛ sanguis ab eis fluere permittatur donec per se restri gatur. Ipsi quoqꝫ interim in aqua stēt ca lida: qḋ ideo fit ne in oꝛe uenaꝝ: aut in uul neribus sanguis congeletur: ꝛ exire pꝛohi beatur. Postquā autem sanguis restrict⁹ fuerit: ꝛ eius minuitur fluxus: epithima ex bolo armeno: in aqua ꝛ pauco aceto dissolu to: supponendum est: ꝛ ibi per diem unam ꝛ noctem dimittendū: deinde ex uino tepefac to: aut ꝛ aqua ꝛ aceto lauandum. Post hec quoqꝫ similiter bis aut ter: epithimanduꝫ. Et ad ultimum pꝛedicto epithimate tā diu utendum: donec loca denigrata uideas iam esse facta dura: ꝛ retenta. Qḋ si ante scal pellationem ad hoc peruentum fuerit: ut lo coꝛum soluatur durities: ꝛ malum reddat o doꝛē: atqꝫ in putredinē uersa fuerit: scalpel latio iam tunc nullomodo pꝛoficiet. Nam necesse est oia que sunt in illis locis cadere Quapꝛopter auxilium ut cadant prebendū est. Qḋ uelociteꝛ fieri conuenit: ne usque ad sanam carnem illi loco uicinam: lesio p. ueniat. Multi tamen medici minus astu ti a pꝛedictis locis cutem remouēt: ꝛ quod in eis putrefactum est: cum ferro auferunt: licet non ibi magna reperiatur concauitas: sed sit locus tenuis. Quapꝛopter multoci ens neruos ꝛ coꝛdas multum timoꝛosos ta liter operando extrahunt: ꝛ distendunt ꝛ in cidunt. Unde faciunt malas generari egri tudines. Caro namqꝫ putrida cum ferro a membꝛo remouenda non est: immo empla strum ex folijs sicle aut caulis coctis: ꝛ cali do butiro ammixtis ꝛ in modum panis con fectio fieri conuenit: ꝛ calidum superponen dum est. Quod in die multociens erit mu tandum. Postquam autem quod putriduꝫ erat ab eo ceciderit: ꝛ nigredo uel uiriditas nullomodo remanserit: considerandum erit an putrefactio os ingressa sit uel non. Que si ipsuꝫ ingressa nō fuerit: ex his que carneꝫ

creant:locus erit medicandus. Sin autē
ipsa os ingressa fuerit: tunc erit necesse aut
ipsum radere:aut aliquā eius partem serrā
do auferre:aut totū os a iunctura remouere
Sermo autem de hoc:ē egrediens ab inten
tione nostri tractatus : qm̄ est pertransiens
illum:qđ ille facere pōt: qui non est hu⁹ ar
tis:indigens medicāte sciente pio.

8 Capitulum de imobilitate oculi ex niue
ꝛ pꝛe nimia niuis albedie uidere non pōt.

Si hanc egritudinē suis pertimescit
oculis accidere:nigris uestiatur idu
mentis : atqꝫ caput panno coopiat nigro o
culisqꝫ similiter pannū supponat nigrum.
Qđ ideo fieri cōuenit:ut pannū oculus sem
per intueaẽ. Aut in manu pannū teneat ni
grum:quē sepe aspiciat. Oēs quoqꝫ circa
ipsum incedentes:nigri sint coopti uestimen
tis. De his pterea que ad hoc in ultio con
ferunt ē super oculos ligare rem que parti
in suis uti consueuerunt itineribus. Que
scilicet ex pillis texiẽ nigris qui de caudis
animalium euelluntur.

9 Capitulum de adustione ꝛ doloꝛe que ac
cidunt in oculo ex frigoꝛe uel uento.

Quandoqꝫ in hac dispositione oculo
accidit ardoꝛ ꝛ doloꝛ foꝛtis:ac moti
onis palpebꝛaꝝ difficultas: ꝛ ipsaꝛum cros
situdo. Unde oculus foꝛtassis sit rubeus:
ꝛ foꝛtasse obtalmia foꝛtis ꝛ mala excitatur
ex ea. Qua pp summopere ab his erit ca
uendum. Qm̄ oculus quantuꝫ plus possibile
fuerit:erit opiendus:ꝛ circa ipsum pannus
subtilis inuoluendus: ut ex eo nich̄ sit disco
opertum:nisi qđ est ualde necessariū. Faciē
pꝛeterea ab uentiꝫ oppositione quāto plus
poterit:remoueat. Qui ēt si super oculum
aliquid ligauerit in quo ante pupillaꝫ sit fo
ramē:magnū sentiet remediū. Si autē adeo
magnū fuerit ut totam circundat faciem:
erit melius ꝛ maioꝛis utilitatis. Uinum
quoqꝫ bibere:hoc remouet maluꝫ semper.
Uapoꝛare autem oculos omni hoꝛa in hac
dispositione:magnus est erroꝛ. Oculus nā
qꝫ cum ex embꝛocatione calefit:impedimē
tum a frigoꝛe magis ultimum erit. Oculo
autem si quandoqꝫ acciderit hoc quod dixi
mus:confert ut uapoꝛem aque in qua frum
ti pallea bullierit i facie recipiat:aut facieꝫ
super sansuci cocti uapoꝛem:aut aneti: aut
camomille:uniuscuiusqꝫ separatim: aut om
nium simul ponat. De his quoqꝫ que ad p̄
dicta ualde ualent:est ut lapides donec ru
bei fiant igniantur:ꝛ in uinum uetus mittā
tur:ꝛ nouum est magis ultimum: Aut uinū
super lapides roꝛetur:super cuius uapoꝛeꝫ
facies erit tenenda. Sternutatio etiaꝫ ad
hoc remedium affert. Ruboꝛ autē si oculo
acciderit:properandum ē ut de uena cepha
lica uelociter sanguis minuatur. Post hec
autem in sequenti die: balneum ingrediaẽ.
Cui ad comedendū aliquid erit tribuenduꝫ
ꝛ uinum foꝛte ꝛ puꝝ ad potandum dādum.
Post quoꝝ acceptionem : diu erit doꝛmien
dum. Qđ si aliquid remanserit: tunc iteret
embꝛocationem plus ꝛ magis ultime quaꝫ
fecit:ꝛ reliquo regimine plus ēt excepta so
la flobotomia:erit utendū. Uenter quoque
foꝛtiter erit soluendus.

Capitulum de sanatione debilitatis
ꝛ laboꝛis magni.

Omnis cui foꝛtis laboꝛ ac fatigatio
acciderint:cum ad ociū peruenerit:
p hoꝛam unam quiescat:deinde balneum in
grediaẽ. Si aūt balneum non inuenerit : a
quā calidā hoꝛa una ingrediatur. Quod ꝛ
faciat:donec caro lenis fiat ꝛ rubea. Cui⁹
totū coꝛpus post hec leniẽ fricetuꝛ:ꝛ iunctu
re cū pollice quasi compꝛimendo palpenẽ.
Postque si hiems fuerit: ex oleo i quo ane
tum coctum fuit:aut camomilla: inungēdus
erit:ꝛ pꝛecipue ipsius iuncture. Estas ṽo
si fuerit:cū oleo uiolato ideꝫ fiat: deiñ uero
quiescet ꝛ doꝛmiat diu: lectiqꝫ augumentet
molitiem:ꝛ plura super se ponat opimenta
Cum aūt a somno expgefactus fuerit:ad suī
redeat fricationem:ꝛ ad balneandi usuꝫ:at
que ungendi deinde uero: ad suum reuerta
tur usum.

Capituluꝫ de pꝛeparatione coꝛpoꝛis ad 11
ambulandum ꝛ regimine cibi in itinerib⁹.

Si longum uult pꝛoagere iter : ante
ipsius inceptionem flobotomari : ac
medicinam uentris solutiuam sumere debꝫ.
Et pꝛecipue si longum fuerit tēpus ex quo
neutrum eoꝝ peregit. Qui eni iter agere

corpore ñ mondificato uoluerit: uix febres euadere poterit. Quod si eas aliquando euaserit: quia eius corpus dissolutum ē atq3 cutis rara: ñ euadet exituras: neq3 pustulas neq3 alias apostematu3 species: neq3 catarrum. Ei quoq3 studendū est ut consuetudinem suā in eam transmutet consuetudinem: qua in itinere eū uti oportet: in cibo: aut in somno: aut in motu. Si enim in itinere ipsum uigilare necesse fuerit: ꝛ ante itineris inceptionē ut uigilet niti debet. Similiter comestionis horam: ad horā in qua in itinere se posse quiescere sciuerit: pmutare deb3. Exercitio quoq3 atq3 motu: plus solito uti couenit. Et niti ut absq3 balnei usu esse possit. Cum aūt ire incepit: de medicīs quibus uti consueuerat: secū deferre debet. Usum aūt cibi quē in terra sua habuit: dimittat: ut ex eis qb⁹ uesci solitus erat: nullomodo comedat. Qui cibo multi nutrimēti: ꝛ pauce quantitatis utatur. Neq3 ante quā hospitet ꝛ quiescat: comedat. Si aūt comestione multū indiguerit: licet paꝝ sumat: nō tamen totū cibum sibi necessariū: neq3 totum potu3 nisi postquā quieuerit: accipere psumat. Holera uero precipue atq3 fruct⁹ nullomō accipiat. Hec.n. uentrem absq3 magno replent nutrimīto: ꝛ in corpore hūores crudos generant ꝛ malos. Si aūt in tēpore calido eis indiguerit: comedat ex eis sicut iam cōstituimus. Qd si in nocte necesse fuerit ipsum incedere: non erit ei cenandum: sed sue comestionis integritatē: usq3 in tempus in quo se diu posse quiescere sciuerit: intermittat. A fastidio quoq3 atq3 motu: uētre pleno oīo abstinere debet. Hec nāq3 apostemata generant ꝛ exituras. Balneo quoq3 uti cū poterit: conueniet.

¶ Capitulum de ablatione nocumenti ex diuersitate aquarum.

12 De his que nocumentu3 ex aquarum diuersitate remouent: ē ut nō simplices bibanť: sed ut cuiuslibet mansiōis aqua cū aqua precedentis tempetur māsionis ipsa3 ei āmiscēdo. Ad hoc quoq3 ualet aquas diuersas uino aut aceto mixtas que secū deferat bibere. Impedimentum preterea diuersitatis aquaꝝ remouet: cepas: aut allia: aut lactucas cū aceto comedere. Uiatori itidem ad hoc confert. Lutum sue terre secum deferre: de quo cum quieuerit parū accipiat: ꝛ cū aqua misceat: quā sic dimittat: donec lutū descendat: ꝛ aqua clarificetur ex qua postea bibat. Aque aūt male ī quibus manifeste cognoscuntur qualitates: tēpari debent sicut dicemus. Aqua crossa ꝛ turbulenta: clarificanda est: ipsam multotiens de uno uase in aliud mutando. Qd si fieri nō poterit per colatoriū qd ex farina tortellaꝝ madefacta sit coopertū coletur. De his ēt que aquā colant: ē ut bulliať prius: ꝛ postea infrigideť ꝛ coleť. Ex his ēt que ipsam colant ē ut in ipsam paꝝ a luminis iameni triti proijciať: hoc.n. eam cito clarificat: atq3 colat. Salsa aūt si fuerit aqua: cū aceto erit bibenda: ꝛ xilocaracte nabatie in ipsa3 mittende erunt: aut semen mirti: aut sorbe: aut lutū chorasceni. Aut qui ea uti uolunt: citonia comedant. Citonia.n. ab aqua salsa nocumentū remouēt. Qd si aqua ualde fuerit insipida: ꝛ oportuerit uiatorē ea uti ipsam ī ollam mundā uitreatā: uel in uas lapideum ponat. Cuius orificio ligna ex transuerso supponat: sr̄ que uellus lane aut lanā carminatā mundam mittat. Quibus ita pactis: ignē sub olla accendat: ꝛ qd ī illa lana colligiť: exprimēdo colligat: ꝛ qd ab ea manauerit: bibat. Acetū quoq3 aque salse saporē reprimit: atq3 sirupus acetosus ad hoc utilis existit. Aqua uero si fuerit stans putrefactionē ī se hñs admixtam: cū rob de fructib⁹ acetosis misceať: sicut est rob qui fit de suco uue acerbe: ꝛ granatorum ꝛ malorū. Cum autem aquā illa3 in potu sumit: oēs calidos cibos dimittat: uinumq3 nullomodo bibat: nisi fuerit cauba. Hec.n. aqua stans: est id qd uelocius generare pōt febres: q̃3 res alia aliqua. Qd si in aqua fuerit amaritudo ei du3 bibitur iulep admisceatur: aut zuccharum: ꝛ comedat dulcia. Aqua autem si uentrem soluerit: ea que uentris sunt constrictiua comedat: ꝛ econuerso. Et si in aqua fuerint res minute: aut herbe in quibus est acuitas ꝛ malitia: cibos unctuosos semper comedat: ꝛ ad ipsam collandam sit sollicit⁹ aquam quoq3 non bibat nisi paralisen: ꝛ precipue si in ea fuerint sanguisuge. Urina uero si ex aqua restringatur: uinum habens aquam admixtam in qua semen feniculi: aut apij coctum fuerit: erit bibendum.

Aqua quoqȝ si fastidium fecerit: cũ rob granatorum erit bibenda. Et ut omnia comprehendã considerandum erit qđ ei accidat ꝛ ex eius contrario erit regendus.

13 Capitulum de mansionibus expeditionũ uel eoꝝ qui sunt in castris.

i Llis qui sunt in castris si estas fuerit in altis locis atqȝ in collibus maneꝛ debent. Temptoriorũ quoqȝ ostia ad uentum septentrionalem uertere oportet: atqȝ unũ inter tentoriũ ꝛ aliud: magnum est iter mittendũ spatium. Bestie quoqȝ quanto plus possibile ẽ: elongande sunt. In hieme aũt: sit ipsorum regimen huic contrarium. s. in locis maneant profundis: ꝛ ad montium ac collium radices tendant: tentoriorum ẽt hostia: ad meridiem ꝛ orientẽ uertant: ꝛ tẽtoria ad inuicem coniungant. Si uero aer austrinus ꝛ humidus fuerit: dieta minuatur ac uinũ penitus dimittatur: sed exercitium ad incrementum perueniat. Et si aer siccus fuerit. Huic contrarium fiat. Qđ si multi hoĩes ibi egrotent: a castris separati longe maneant: ita ut non super uentuȝ sed sub eo statuanť. Et si in locis castroꝝ mala fuerit reptilia: quanto plus possibile fuerit: inde erunt eitienda: deinde uero medicamina erunt facienda: que ea a locis illis expellant ꝛ interficiant: que dicturi sumus. Herbe quoqȝ aut arbores male si ibi fuerit ex quibus odores acuti: aut nociui perueniant: comburi debent: aut a parte earum sup uentum erit sedendum. Aibus preterea aut cã pp quam multi in castris egrotant: summo pere est consideranda: ꝛ que eis contraria esse possunt: adhibenda: aut ipsa penitus dimittenda.

14 Capitulum de regimine mare intrantium.

o Portet ut qui per mare uult incedere: rob de fructibus: atqȝ de medicinis quibus uti consueuit: secum deferat: aut anteꝗ̃ mare ingrediatur: p aliquot dies comestionẽȝ qua uti consueuit minuere debet quo tempore cibo utatur: qui sit ex his que stomachum confortant. Ea quoqȝ die qua primum mare ingreditur: aquam non intueatur: sed ea odorare atqȝ comedere paulatim incipiat que nauseam sedant: que in suo loco nominabimus. Quibus ita gestis: si nausea acciderit: atqȝ uomitus: aliquotiens uomere permittendus erit. Hoc nãqȝ ei nõ nocebit. Si autẽ illud multiplicatur: đ rob fructuum quasi sorbendo ac quasi lãbendo bibat: ꝛ sumach ac granatoꝝ grana: ꝛ his similia ei tribuantur. Qđ si superfluus eiȝ grauiter inuaserit uomitus: cum medicinis colerice passionis curetur.

Capitulum de prohibitione generationis pediculorum ꝛ de destructione eorum qui generati sunt. 15

a Liquando ex mutatione aque: ꝛ ex multo labore: ꝛ ex sudore: atque ex sorditie: ꝛ paucitate balneandi: ꝛ mutandi pannos: contingit corpus ꝛ pãnos pediculis repleri. Hec quoqȝ sunt res que uiatori necessario accidunt. De illis ṽo que ista ꝓhibent: ut studeat in usu balnei ꝛ lauacri: ꝛ ut pannos mutet quanto plus põt: ꝛ ꝓprie ut pannus qui carni adheret: sit lineus: tarde enim repletur pediculis. De illis auteȝ que eos qui sunt generati interficiunt: est argentum uiuum extinctum qñ oleo admiscetur: ꝛ ex eo cingulũ ex filis lanneis inũgitur qđ super se aliquis appendit: aut quo cingitur: aut folia azedaract: uel oleandri: ĩ oleũ mittantur. ex quo patiens inungatur: aut corpus singulis decẽ diebus: ex arsenico rubeo: ꝛ stafisagria: atqȝ condisi: ꝛ baurach: cum aceto epithimetur. Qđ postquaȝ quasi per horã unam sic dimissum fuerit: cũ aqua calida lauetur. Panni preterea cum condisi: aut lupinis: uel folijs ȝadaract: aut artanitha: suffumigentur. Patiens quoque ex oleo in quo terra argenti uiui posita fuerit: aut in quo condisi missum fuerit: inungẽdus erit.

Capitulum de illis que prohibent fob idest mutationem que fit in facie a sole uel uento. 16

e X horum numero est: umbram faceꝛ ꝛ faciem ex panno operire. Quod si fieri non poterit: dragg. ꝛ amilum: atque gummi arabicum: ꝛ psillij mucilago: ac se

minis citoniorum mucilago: sumanť: & cum albugine oui: aut cū suco portulace: misceā tur: & facies in itinere epithimetur. Cum autem quieuerit lauetur. Et si hoc fiat aut ex uno quoqȝ per se: aut ex omnibus simul. Ad hoc ualebit. Ad hoc etiam confert tortellas in aquā infundere donec dissoluanť: ex quibus facies epithimetur: aut epithietur ex albumine oui & dragg. Si autem faciei color mutatus fuerit: confert ei ut in nocte epithimetur ex ceroto qđ fit ex cera & oleo que ad solem per omnes dies caniculares morantur: & cum adipe galine & farina ciceris. Qđ si mutatio coloris faciei fuerit multa: ex simpasmatibus que in tractatu de decoratione nominauimus: curanda erit.

17 Capitulum de illis que proibent fissuras calcanei.

Fissure in calcaneo atqȝ ĩ inferiorib⁹ pedis partibus fieri proibentur: si pes in aqua uehemēter calida teneatur donec mollescat: & postquā de aqua extractus fuerit: dragg. tritum ut alcobol desuper pulverizetur: deinde fortiter fricet. Remouebitur enim: & proibebit calcaneū findi: & ex pice liquida epithimetur: aut pannus oleo infusus pedi superponatur & semper sit calciatus: & a puluere sibi caueat. Si etiaȝ multum confert: ut sepum caprinum sumať: & liquefiat: cui parum gallarum tritarum ut alcobol desuper pulverizetur. Qđ postea dum liquidum fuerit uel molle: in antiquis ponať fissuris. Malis quoqȝ fissuris que in carnem penetrant: confert ut merdasengi triti .ʒ. sumantur .ʒ. que cum olei.ʒ.xx. mixte in cocleari ferreo coquantur: & tunc frequenter moueantur: donec fiat ut alkitrā cui postquam tale fuerit.ʒ.iij.pondus đ galbano quod uocať besart addať: & coquatur donec spissum fiat. Cum autem infrigidatum fuerit: fiet ut pix liquida de quo calido & liquido super fissuras cadendo distilletur. Antiqȝ etiam fissure usque ad carnem penetranti auxiliatur: ut sandaracha & oleum de semnibus lini sumantur: & mixta coquātur donec inspissentur: & guttatim desuper fundantur. Aut adeps pedum sumatur: cui parum galbani addatur: & deinceps parumper coquatur donec incrossetur: postea administretur. Oportet etiam ut anteq̄ȝ fissure sanari incipiant in aquam mittantur calidam donec mollescant: & mundificentur: postea uero abstergantur & desiccentur: & sic cum medicis curantur: deinde pes post medicationem calcietur.

Capitulum de excoriationibus que accidunt ex equitatione uel calciamentis. 18

Cum aliquis corporis locus ex uectatione uel ex alia causa excoriabitur: exigitur ut statim postquam quieuerit: ex multa frigida aqua tam diu roretur: donec eius calor sedetur. Quo facto discooperiatur locus & flabelletur. Quod si possibile non fuerit. Panni linei in aqua rosata infrigidata infusa desuper ponātur: atqȝ deinde cum locus tepere inceperit: iterum panni madefacti superponantur. Postquam autem quod ex caliditate & acuitate existit in eo quieuerit: ex litargiro trito cum aqua rosata mixto: epithima fiat. Ardor autem & dolor si remanserint: cum unguento de cerusa curentur. Uesice uero que ex strictura calciamenti fiunt: prius sunt scindēde: & postea in aqua rosea rorande. Deinde ex licio & acathia epithimande: aut ex bolo armeno: aut ex gallis cum aqua fricatis: aut balaustie bene trite desup ponanť.

Capitulum de casu & percussione que fiunt in capite uel alia parte corporis. 19

Ex casu de animalis dorso aut ex alio casu capiti: aut alij parti corporis euenerit percussio: optimum est ut patiens ex parte contraria statim flobotometur: & a carne abstineat: & precipue a uino. Locus quoqȝ epithimetur: aut emplastrum ex confortātibus ei superponatur. Quod si ex casu ĩ capite fuerit lesio: ex uena que uocatur cephalica flobotometur. Post flobotomiam uero: capiti acetum mixtum cum oleo roseo quod acetum sit triplum superponatur: pannus quoque in aqua rosata infusus desuper mittatur. Patiens uero aqua ordei in mane & iuxta noctem ē potandus.

Qui per tres dies nihil aliud sumat: donec sit securitas: quod apostema calidum in parte cerebri non oriatur. Signum autem quod loca ista atque cerebrum sint sana: est quod intellectus non turbatur. Qui si post casum turbatus fuerit: oportet ut sanguinis tunc maior fiat extractio: et caput ex aqua rosata: et oleo roseo cum aceto uini infundatur. Post hec etiam folijs mirti: et balaustijs: et cortici granatorum in aqua et aceto usque quo dissoluantur coctis: parum musci: et gallie: et xiloaloes ac calamus aromaticus admisceantur ex quibus omnibus cum aceto et aqua et uino ueteri ac stiptico coniunctis: quiddam quasi emplastrum conficiendo fiat: et capiti ut emplastrum superponatur. Venter quoque ex suco fructuum: aut leui euemate soluatur. Eiusque extrema fricentur. De his preterea que moto cerebro ualde conferunt: est ut patiens gallinarum cerebella edat. De quibus post diem tertium quantum sumere poterit: ei tribuatur. Ante enim sola ordei aqua in potu utatur: cui parum suci granati muzi sit admixtum. Hoc enim ad hoc quod hic uolumus melius existit. Lesio autem que ex casu accidit: si in pectore et in illis partibus fuerit: ex uena basilica flobotomia facienda erit: eiusque regimen subtiliandum. Quod si sanguis sputum: aut uomitus: aut mictus: aut eius cum egestione exitus: acciderit: ex medicinis quas modo nominabimus aliqua in potu detur. Si autem ista diu perseuerauerit: eorum curationis perfectionem sume ex locis in quibus has nominabimus egritudines. Signum uero an fortis lesio ex casu sit in capite: est intellectus turbatio. Istud enim erit mensura fortis lesionis in capite: aut debilis. Lesionis autem pectoris: aut uentris ex casu: est mensura angustationis atrahendi aerem: et exitus sanguis signum. Medicamen quod ad bibendum datur: cui casus aut fortis accidit percussio. R. reubarbari leni partem. i. rubee lacce mundate: boli armeni: aut terre sigillate: omnium ana partem mediam. Dosis huius medicine: sit a duabus. ℨ. usque ad quatuor: cum aqua in qua cicer infusum fuit. Huic autem ad comedendum tribuantur: mes: et rizi: et lentes et cicer. Medicamen ad fortem casum: et ad uehemens sanguinis sputum. Sumia et bolumarmenum: aut terra sigillata cum parua uini stiptici quantitate: ad potandum dentur. Epithima ad percussionem: et ad remotionem carnis de loco suo. R. mugath: mes excorticatorum: partes equales: boliarmeni partem mediam: acbathie: aloes. ana quartam unius partis. Conspergantur omnia ex aqua mirti: ex quibus locus debilis: epithimari conueniet. Aliud epithima ad casum quando cum eo febris: et apostema calidum fuerint. R. rosarum rubearum: lentium excorticatarum: boliarmeni: sief memithe: sandali: faufel: ex his omnibus cum aqua rosata collectis: epithima fiat. Medicamen quod ei datur ad potandum: a quo sanguinis multitudo: aut ex percussione: aut ex casu fluit. Recipe karabe: boliarmeni: balaustie: sanguinis draconis: lacce partes equales. Ex his autem collectis. ℨ. iij. ad potandum tribuantur cum una untia aque in qua sumach fuit fusum: et opij recentis sexta parte. ℨ. i. Istud enim illico sistit sanguinem. Patiens quoque stiptica comedat. Medicamen ad leuem carnis motum et debilitatem: quod confortat et dolorem sedat: locus ex oleo roseo inungatur: cui desuper puluis mirti: spargatur: et mediocriter ligetur. Vestigia autem uiridia que post percussionem aut casum permanent: curentur ex medicinis: que sunt in tractatu ubi decorationem nominauimus.

Completus est tractatus sextus gratia dei. Incipit tractatus septimus et est rememoratio aggregationum artis algebra idest restauratio uulnerum et eorum summarum: continens capitula .27.

Capitulum de collectionibus et aggregationibus doctrine chirurgie.

CLERIQUE EO rum qui hanc exercēt artem et dicuntur re stauratores: non bene eam exercent: neque sapienter: neq; sub cer ta radice ad quam red ditio fiat: immo maior eorum pars: casua liter operatur: et sicut ab alio edocti fue runt. Raroque inuenies eorum aliquem qui huius artis libros legerit: aut qui eam a magistro qui nouit litteras didicerit. Immo qui maxime eam exercent: sunt idio te: et rustici et stolidi. Ideoque propter sue stoliditatis causam: egritudines pessime in hominibus generantur. Nos uero hu ius artis summas atque aggregationes ta les referemus: quas cum aliquis astutus meditatus fuerit: poterit secundu; hanc ar tem quicquid uoluerit optime operari. In primis quoque de regimine diete: et post de extensione: et rectificatione: ac li gaturis: et de fracturis rumpentibus in quibus tenues ossium partes: et accute: nec non diuisa frustula conspitiuntur. Et po stremo de dislocatione tractabimus. Ho mines stolidi precipiunt: ut quicunque fra cturam aut dislocationem aut carnis cōcus sionem perpessus fuerit: cum alacbisat: nu triatur: et asabith: et ex carne asata in ueru aut in prunis: et bibat uinum. Nichil autē est quod apostematis calidi generationem uelocius afferat: qua; regimen hoc. Opor tet autem ex quo infirmo fractura: aut dis locatio: aut carnis contusio acciderit: regi men per aliquot dies subtiliari. Cuius ēt uenter si ipse fortis fuerit: erit soluendus: et ipse similiter flobotomandus quemadmo dum dicturi sumus. Quod ideo fieri con uenit: ut sit securus quod materia ad locum non fluat: que magna apostemata atque putrefactionem generare possit. Post quam autem dies aliquot preterierint: et se curus fuerit quod apostema calidum non accidat: egro precipe ut ad regimen quo consueuerat uti reuertatur si eius egritudo dislocatio fuerit: aut carnis contusio. Qui autem fracturam patitur: uiscositas atque crossities eius sanguini sunt addende ut natura materiam habeat paratam: ex qua porus fracturam ligans generetur. Ex his autem que hoc operantur est fru mentum adeo coctum: ut quasi puls uidea tur: et therith. Capita quoque ac pedes animalium: necnon edorum: agnorum: et ui tulorum coria: et uaccarum uentres: atque oua: et rizi: ac pisces recentes: et horum nu trientium similia: in quibus sunt crossitudo et uiscositas. De quibus in hoc tempore comedere debet. Et post eorum acceptio nem uinum bibere crossum. Ex hoc enim regimine fractura melius et uelotius liga ri poterit. In principio tamen holera fri gida et musaguarat tantum comedere deb;: et carnem auium: et edinam. Uinum au tem nullomodo appropinquare presumat. Cum uero distendere: ac rectificare necesse fuerit: oportebit ut ita in ultimo leuiter fi at: quatinus dolor quanto minus possibile est: sentiatur. Nichil enim plus affert apo stema quam dolor: horum autem stolidoru; plerique loca debilia distendunt: et rectifi cant: ubi etiam magnum nituntur facere sonitum: quatinus uulgus eos bene opera ri putet. At uero non oportet ut cum iun ctura in qua non est dislocatio dolet: prema tur ac distendatur aliquo modo: immo em plastrum quod dicturi sumus: ei superponē dum est: atque ligatura adeo suauis faciē da: ut ex ea nullus sentiatur dolor. Stor; preterea medicorum: plerique decipiunt uulgus. Cum enim in membro fuerit do lor: quod fractura aut dislocatio in eo sit: dicere presumunt. Sed fracture et disloca tionis adeo est causa manifesta: quod oc cultari non potest. Ex hoc enim sequi tur: quod figura membri cum torquetur: et cutis ex una parte fit gibbosa: et ab alia concaua. Quapropter si quis diligenter considerauerit: impossibile est ut occultet ipsi qui illud considerat: nisi in iunctura ad iutorij cum humero: aut anche cum coxa fuerit dislocatio. Caput namq; adiutorij quando dislocatur: concauitate; que est sub ascella ingreditur. Caput itidem coxe carnem glandosam que est in inguine apte anche intrat. Unde cum multa ibi sit ca ro: contorsio non est ibi ualde manifesta. Signum tamen quod iuncture humeri

dislocationem: semper committatur: est ro tunda eminentia: que sub ascella accidit: et cum tangitur digitis sentitur. Disloca tionis similiter que anche accidit: signum est eminētia exterioꝛ: ⁊ in inguine: ⁊ quod egro non preparatur ut expandat iunctu ram que est inter crus ⁊ coxam: ne dum iū cturam dislocatam. Fractura autem nisi minima fuerint: cum eam manu diligenter investigaueris gibbositas ab una parte et concauitas ab alia non occultabitur: crepi tantisque ossis sonum percipies cum ipsum manu attractaueris. Cum autem in loco non manifesta contoꝛsio: neque gibbositas: neque concauitas fuerit: neque cum locus manu iuestigatur ossis crepitatio percipie tur: non dislocatio neque ossis fratura que extensione aut foꝛti indigeat compꝛessione ibi erit. Non est enim ibi nisi aut carnis contusio: aut fractura minima. Quapꝛop ter distendendo nullomodo est motio faciē da. Extensio namque loco maioꝛem gene rat angustiam: unde in hoc maioꝛ contingit erroꝛ. Quappꝛopter si aliquis stolidoꝛuꝫ in his locis extensione aut compꝛessione uti uoluerit: pꝛohibendus erit ab hoc. Sꝫ precipiendum est ut locus leniter palpan do ungantur ⁊ post suauiter ligetur: ne inde doloꝛ sequatur. Nichil enim amplius hoc est faciendum. Ego uero unius istoꝛum deceptoꝛnm stoliditatem uidi ex qua uehe menter miratus fui. Quidam namqꝫ foꝛ te super locum qui est in medio adiutoꝛij ce cidit: ⁊ dolere cepit: unde paruuꝫ ibi cepit oꝛiri apostema. Quod cum pꝛedictus ui disset stolidus: ipsius adiutoꝛium esse dislo catum dixit. In quo etiam hoc tantillum sapientie non erat: ut dislocationem sciret non posse accidere nisi iuncture: ⁊ non in os sis medietate. Quamobꝛem se pꝛeparauit ad os ex utraqꝫ parte foꝛtiter extendendū. Quod ipsum facere non permisi: immo locū ex oleo roseo perunctum trito mixto pulueri ꝫaui: atque post hoc suauiter ligaui: ⁊ ex al teriꝰ partis brachio flobotomaui. Postqꝫ uero dies aduenit tertia: ligaturam remoui ⁊ quod nō amplioꝛi indigeret cura cogno ui. Uerbum autem de hoc quo unum qꝺ que coꝛpoꝛis membꝛum de extensione ⁊ re ctificatione atqꝫ ligatiōe: necnō ex reliqua indiget curatione: donec eius compleatur sanitas: extra huius nostri libri mensuram: ⁊ ipsius intentionem reperitur. In huius namqꝫ inquisitione istius nostri tractatus: multiplicibus multis indigeremus: atqꝫ po stea esset necessariū ut quomodo opus fiat oculis uideretur. Nos quoqꝫ in hoc nr̄o libꝛo nō intendimus nisi ea que cum homi nes boni ingenij legerint: ⁊ in ipsis medi tati fuerint: licet medici non sint: bonis tñ medicis equiperari poterint. Ligatura autem cum fit opoꝛtet ut locus fracture tri bus aut quatuoꝛ cingatur fascijs. Quaꝝ pꝛima ad partem tendat superioꝛem: que sit foꝛtioꝛ cinctura super locum infirmū exi stens: a quo cum separari ceperit: suauiter relaxari incipiat. Et quantomagis ab in firmo elongatur loco: tātomagis lenta fiat. Hec autem ligatura taliter pꝛotendenda ē: donec sane partis maximam occupet quāti tatem. Post hoc aūt alia sumatur fascia que pꝛius loco superponatur infirmo: ⁊ de inde descendendo ad partem tendat inferi oꝛem. Cuius strictura aut relaxatio ut in pꝛime fascie obuolutione diximus: fieri cō uenit. Inter has uero ligaturas astelle sunt locande: quatinus membꝛum per eas rectificetur. Ne gibbositas aut concaui tas in ipso remaneat. Deinde uero totum istud alia inuoluendū ē fascia: ipsuꝫ suauiter cingente. Cuius inuolutiones ubiqꝫ equa les esse conuenit. Super quam etiaꝫ astel le sunt ponende: ⁊ cum alia fascia sunt li gande. Cuius strictura: in omnibus locis aliaꝛum equetur stricturis: hec autem om nia desuper filis ligentur: ligature hic mo dus esse debet. Deceptoꝛes autē ligatu re pꝛincipium in sanis faciunt locis: ubi li gando uehementer constringunt. Deinde relaxando ad locum descendunt infirmum. Qui ligature modus pessimus ē ⁊ omnibus deterioꝛ. Sanguis namque a duabus cō pressus partibus: ad locos transmittitur in firmos: ī quibus apostemata ⁊ uulnera ge neranť: unde herpes estiomenus ⁊ erisipi la atqꝫ putrefactio eis multotiens accidūt.

Ligationis autem mēsura talis esse dꝫ: que infirmo nullum inferat doloꝛē: nisi par uissimum: nec etiaꝫ adeo sit relaxata ut eger nullomodo eā sentiat. Quod si ex ligatura

apostematis initium : aut fortis acciderit dolor : ita ut uiride fiat ex ea quod est extra ligaturam:atque sanguine impleatur : illico erit soluenda : et eius constrictio minuenda. Et si infirmus in loco ligature fortem sentiat pruritum:atque nocibilem : soluatur:et locus ex aqua infundatur : que ita calida sit:ut ex ea delectetur : quod fieri conuenit donec pruritus sedetur. Post quam autem locus per unam fere horam sic permanserit cum suis ligetur fascijs:que aceto et aqua rosata:ac oleo rosato simul mixtis:et optime motis sint infuse. Temporis uero ligature mēsura:hec est. Oportet enim ut in principio singulis soluatur diebus :et precipue si apostema: aut dolor ibi fuerit. Quod si istorum neutrum ibi cōsistat:non erit solutio facienda:nisi duobus aut tribus intermissis diebus : excepto si res aliqua euenerit : pro qua solutio necessario fiat:ut est dolor aut pruritus. Si autem aliquanti dies preterierint in quibus ligatura non soluatur:et non apparuerit ibi apostema : neque calor:neque ardor : non soluatur nisi post quatuor aut quinqȝ dies. Et quanto plus tardius soluetur : tanto plus ad consolidandum aptior erit. Oportet preterea ut cum prius accidit egritudo ligatura sit relaxata:ne dolorem faciat nocumentum inferentem. Postquam autem dies quinque uel paulo plures preterierit et ab apostemate locus securus fuerit: ligatura paulatim strictior esse incipiat. Cum uero multi transierint dies:et fractura consolidata fuerit :et fuerit necesse ut caro fracture superposita coaguletur:oportebit etiā tunc:ut ligatura paulatim relaxetur : et dieta augumentetur sicut diximus. Oportet autem ut astelle super aliquod quod mollitiem habeat ponantur:et ut earum extremitates nihil attingant:ubi nō sit res mollis :atque ut maior ex eis et crossior in parte locetur : ad quam os declinauerit.

Cum autem in fractura frustra ossium carnem uulnerauerint : oportet ut fascia prima non sit ipsum uulnus :sed iuxta ipsius os ponatur:atqȝ duris fasciis inuoluatur : cuius inuolutio:ascendendo ad partem tendat superiorem. Alia quoque fascia : iuxta os uulneris a parte inferiori:est ponenda:que descendendo inferius tendat. Os uero uulneris:discoopertum dimittatur. Ligatura etiam tota:mollior sit et parum plus relaxata. Que cottidie est soluenda : aut duobus intermissis diebus. Ori autem uulneris cotum superponatur donec cum uirus minui incipiet: et locus ab apostemate fuerit securus : calorque remotus fuerit : unguentum carnis generatiuum quod dicturi sumus:uulneri superponatur.

Fracture uero in quibus sunt ossium partes astellis siles que cutē nō fregerunt nisi uehementer stimulent : rectificande erunt et stringende:quantomagis possibile fuerit palpando eas et leniter ligando. Quod si stimulauerint:atque uehementem intulerint dolorem:ligande non erunt. Generabunt enim apostemata:ac putrefactionem in toto osse. Uerum locus tunc scindendus erit:et si astelle ab osse separate fuerint extrahēde erūt. Quarum si sepate ñ fuerint extremitas acuta que stimulat:cum ferra erit secanda. Et deinde cum medicinis fracturarum rumpentium erunt curande. Oportet etiam ut dislocationes cum acciderint:illico ad locum reducantur propriū ante quam apostema ibi fieri incipiat. Si enim dislocatio in principio sui dimissa tamdiu sic permanserit:donec apostema ibi fieri incipiat:non erit ingeniandum ut in toto hoc tempore ad suum reducatur locū. Nam si dum taliter fuerit extendatur:egroto plerumque accidet spasmus. Ex his autem intentionibus atque summis quas diximus:cum non congrue obseruantur : pessimum accidit infortunium:cui nemo succurrere potest. Quapropter si chirurgicis qui nihil sciunt preceperis:ut ab omnibus istis sibi caueant:ab eorum liberaberis malo:et eorum opera tibi erunt profutura.

Capitulum de mollificatione duriciei que remansit in membris post cirugiā uel restaurationem.

p Lerumque post fracture rectificationē aut dislocationis ad suū locū reductiōeȝ durities atqȝ cōstrictio i mēbris remanerē cōsueuerūt:que multotiēs nocie existūt mēbri motū ꝓhibētes. Hoc quoqȝ ꝓpterea accidit cū ꝑdicte res iuxta iūcturā fuerit:has āt

oleum τ aqua calida cum locus multotiens manibus fricatus fuerit: atque aqua calida ab alto per fistulam defluens loco superfusa fuerit τ adipes ac medulle quando ex eis fit emplastrum mollificant. Est etiam cum ex predictis medicinis medicamen cōponitur: cuius effectus simplicium operatione fortior existit. Medicamen stricturam τ duritiem que est ut corda: τ tensionem lenēs. ℞. cere citrine: adipis anatis resoluti τ colati: ana. ℥. i. olei de lilio. ℥. 6. medulle uaccini cruris. ℥. 2. Ex his commixtis fiat medicamen. Aliud medicamen fortius membris que constrictiōi sunt propinqua conferens. ℞. fecis olei de lilio: fecis olei de seminibus lini: bdellij: ana. ℥. i. storacis: galbani: opponacis: amoniaci: omnium ana. ℥. 5. adipis ursini. ℥. 2. Quod si adeps ursi non inueniatur loco eius adeps anatis: aut galline: ponatur. Et etiam in hac intentione melius est: ut adeps porci loco supradictorum: adipum mittatur: dein de gumme in mortario cum pauco uino dissoluantur. Quibus ualde mollificatis: alia admisceantur: τ in mortario donec unum fiant agitentur. Aliud bonum habens odorem: delicatis congruens. ℞. cere citrine. ℥. i. olei de ben. ℥. 6. masticis nigri: storacis: ana. ℥. 5. Ex his commixtis fiat medicamen.

Capitulum de collectionibus τ aggregationibus sanationis uulnerum et apostematum.

Dispositio ascriptorum huic arti: propinqua est dispositioni restauratorum quam nominauimus in paucitate scie radicum τ canonum: quibus curationis rectificatio competens redditur. Quapp de his pricipijs hic oportet nos dicere illud quo a magno errore qui ex eorum contingit curatione conseruatio fiat. Dicimus igitur qđ cum uulnus paruū fuerit: possibile ē ut qñ ligatura ipsum capit: occurrant sibi ad inuicē partes: τ cōtinuet eius concauitas tota. Non. n. alia indiget curatione: nisi ut duarum astellarum auxilio substentet atq3 liget ligatura que a duob' icipiat capitib'. Eger quoq3 a replectiōe τ uino oīo custodiat τ ne pilus aut unguētū inī labia illius cadat cauē dū ē. Hec nāq3 cōsolidationē fieri ñ pmittūt istorum aūt stolidorum pleriq3: his que diximus cōtraria opant. Ponūt eni in uulnere oleū infirmorum: carnē τ pultes crossas τ duras comedere precipiūt. Unde egroto ap'a malū atq3 uirus ī uulnere acquirūt: qđ lōgo durabit tpre: ex quo fortassis membrū ad putrefactionē deueniet: τ pcipue in estate: licet uulnera que dixim' sola ligatura sanari possent: ab uno die usq3 ad tres: nulla alia indigens medicina. Uulnus aūt cū magnū est atq3 profundū: indiget tūc ut cū medicinis quas nominabim' que sunt carnis generatiue sanetur: τ uulnus ab apostemate custodiatur: ita ut loco cui accidit pannus aceto τ aqua infusus superponatur: τ epithimatibus frigidis epithimetur: τ singulis horis infrigidetur: τ precipue si calor ac dolor ibi fuerint τ sanguis paucus ex eo manauerit. Nam in hac dispositione oportet: ut infirmus ex parte contraria flobotometur: totumq3 corpus: necnon totum ipsius regimen infrigidanda erunt. Quod si uulnus profundum τ non amplum fuerit: cauendū erit ne unguentum quod ipsius continuet os supponantur. Os namque uulneris profunditate nondum consolidata si continuetur: multum in eo adunabitur uirus. Quare ut ipsum iterum aperiat oportebit: τ membrū fortasse interim putrefiet: ac uulnus malum τ pessimum ibi fiet. Quapp in huiusmodi uulneris ore: totum erit ponendum. Si autem uulneris consolidationem properare uideris: butiro aut oleo ipsum infunde. Et ex hinc quidem predicti errauerint stolidi: quando oleum in uulneribus quorum omnium incarnatio erat possibilis: posuerūt. Oportet preterea ut omnia medicamina que huiusmodi in mittis uulneribus aut tentis adhereant: aut panlis cū initiantur. Cum autem uulnus profundū fuerit: τ ipsius os amplum: obseruandum erit ut si uulneris os non uehementer coartat: ligatura fiat tūc oportebit. Et cōtingit illud plurimū cū uulnus in corporis tēdit latitudinem. Ligature uero uehemētior inuolutionum τ retentio sint apud uulnus pfundum: τ earum lenior sit apud ipsius os. Membrū quoq3 tali ē figurandū figura: ut uuln' sit inferi': quatin' uirus ab ipso fluere possit. Quod si illud impossibile fuerit:

opoztebit tunc ut uulnus in die secūdo aut quarto consideretur. Cuius profunditas si minui inceperit: z neqȝ uirus neqȝ putredo multa ibi contineri inueniatur: curatio non erit mutanda. Si autem uirus ab inferiozi ad superiozem ulceris parteȝ: ad ipsius uidelicet os: cum impzesseris manare conspexeris conuenientius est ut in inferiori loco ibi existente ipsum inferius perfores: apud finem pzofunditatis ulceris. Quod ideo fit ut uirus iter unde possit manare habeat. Infirmi quoque regimen in cibo: pzout in capitulo de algebza diximus ozdinetur: atque subtilietur: z a pzincipio uulneris cum accidit: per aliquot dies ifrigidetur. Ipse quoque si repletus fuerit erit flobotomandus: z soluendus si longum fuerit tempus ex quo non fuerit solutus: iō ut reddatur securus: ne apostema accidat. Deinde uero ipsius regimen paulatim secūdum dierum pzocessum: erit incrossandum: ideo ut carnis natiuitas augumentetur. Opoztet etiam ut cum exiture mature fuerint: z apertione indiguerint. perforētur in inferiozi loco qui in ipsis inuenietur: et in tenuiozi z magis gibboso: si possibile fuerit. Apertio tamen in cozpozis longitudinem: z non ipsius latitudinem: cum in membris fit extensis que non curuantur z dilātantur: tendat. In his uero locis que curuantur z extenduntur: incisio secundum ipsius loci curuationem et extensionem tendere debet. Opoztet etiam ut cum exitura ī loco ubi uenarum est multitudo fuerit: aut circa iuncturas: incisio pzopere fiat. Si enim in huiusmodi locis incisio cum tarditate z non uelociter fiat: os quandoque exterius eminebit: z iuncture ligamentum discooperietur. Carnosa autem loca bonum est ut sic dimittātur: donec bene sint matura: Si enim ante quam bene sint matura perfozentur: uirus ab eis diu manabit: atque ulcus multa fozditie ac putredine habundabit. Labia quoque eius quandoqȝ atque ipsius pzofundum: dura fient: ipsumque uulnus pus z uirus continuo emittet. Quod si exitura maxima fuerit: totum eius uirus non subito est retrahendum ne egro superueniat sincopis: sed paulatim erit extrahendum: z pzecipue si eger fuerit debilis. Uulneris autem sanitas tardatur: aut pzopter sanguinis penuriam que est in cozpoze: aut pp eius maliciā: aut quia itus uel super ipsius labia: caro dura existit cuiꝰ causa caro non nascitur: aut quia ibi est caro mala: aut quia os uel multa putredo est intus: aut medicamen quo curatur: non est ei conueniens: aut quia uulnus in seipso ē pzofundum: z saniosum z malum. Cuȝ igitur ulceris aut eozum que in ipsius circuitu consistunt: ruboz paruus fuerit: ipsa quoqȝ ab apostemate secura atque sicca: z aliquātulum dura fuerint cozpus quoque macruȝ ac pauci sanguinis: causa quare ipsiꝰ tardetur sanitas: non est nisi sanguinis penuria. Locus igitur cotidie multotiēs pāno aqua calida madefacto est infundendus donec rubeus fiat: z egri regimen incrossandum: ipsumque cum unguento nigro est curandū ac in ipsius circuitu ex ipso fricetur. Coloz uero cozpozis si malus fuerit: atque eiꝰ fozma mala: causa ī hoc sanguinis est malitia. Flobotomia igitur atque uentris solutione: est pzius subueniendum: deide ad uulneris curationem est redeundum. Super labia quoque ulceris si caro dura fuerit: fricatio ibi est facienda: donec sanguis inde fluat. Si autem crossa fuerit: pzius est incidenda z postea curanda. Et si hoc in ulceris fundo fuerit eius oze sicco z fusco: aliquid in ipsum est mittendum: z fricandum: donec sanguis ab eo manare incipiat: deinde erit curandum. Aut in fundo ulceris perfozatio fiat: postea fricetur: z cum butiro medicetur: donec mala caro penitus cozrodatur. Deinde cum his que ex parte curationis remanserunt. curetur. Ulcus autem si pzius claudatur et postea aperiatur uirusque subtile ab eo fluat: z longo tempore sic dispositum maneat: os cozruptum est in eius fundo. Tenta igitur intromissa tēptetur: z cum inuentum fuerit: perfozetur ulcus donec ad os perueniatur. Qđ erit fricandum aut serandūȝ donec abscindatur secundum qđ ex ipsius cozruptionis multitudine uideris: postqȝ cum pulueris carnis generatiuis curetur. Qđ si ipsuȝ perfozari fuerit impossibile: cū medicamine cozrosiuo z butiro subueniendū erit: donec os discooperiat. post hec cum his que dicturi sumꝰ curetur. Ulcus autem si fuerit ꝓfundū z eiꝰ caro mollis z mala: medicamē cozrosi

Quare tardat sanitas uulneris

Tenta

uum desuper erit ponendum:donec caro illa desiccetur. Deinde in uulnere butirum mittatur:donec tota mundetur: atq; tādiu cum butiro medicetur:donec escara in uulnere exorta cadat: & postea curet. Ulceri uero si uarices superuenerint eger flobotometur:ipsiusq; uenter multotiēs soluatur ex apozimate epithimi: suoq; nutriatur cibo:deinde ulcus curetur. Medicamen quoq; si ulceri fuerit inconueniens:q̄a fortassis ipsum plusquam deberet calefacit: cuius est signum quia ruborem atq; calorē & apostematis principium ei cum augumēto adducit: tunc cum unguento frigido q̄d dicturi sumus erit curandū. Aut fortassis plus infrigidat quam deberet: cuius est signum q̄d ulcus tunc est uiride aut nigrum & durum & frigidum:unde tunc cum unguēto nigro est medicandum. Aut fortassis minus desiccat quam deberet:cuius est signū q̄d ipsum est molle:& laxum multum habēs uirus:unde tunc cum unguento uehemēter desiccatiuo ē curandum:ut ē illud q̄d cutem super inducat:q̄d fit ex balaustijs & gallis. Aut fortassis minus mundat & abstergit q̄ deberet:cuius est signum quod putredinis multitudo carnesq; male & molles ei adherent ideoq; cum medicinis uehementer mundificantibus est curandum:ut est unguētum uiride. Aut quandoque mordicat: et ipsius consumit carnem:cuius est signū dolor:& calor:& ardor:& apostematis principium.& q̄d ulcus cotidie dilatatur. Unde tunc ad unguentum q̄d eo sit suauius: est facienda permutatio. Hoc quoq; plerūq; euenit:quia curandi complexio :ad unā declinat extremitatum. Quare tunc rebus sibi conuenientibus curatio est faciēda. Siccissima namque corpora:exigunt ut unguēta quibus medicantur cum caro in ipsorum ulceribus est generanda species uehemēter desiccatiuas habeant ammixtas. Humida uero corpora:unguentis indigent mollib⁹ & humidis. Uulneribus autem uentri accidentibus:atq; ipsum disrumpentib⁹ medicus sapiens ac suauiter operans necessarius ē. Nos tñ huius curationis collectiones:& unde in ipsa timetur error dicemus. Cui intestina ac thirbū per uulnus exierit: et inflata intromitti nō poterit pānus uino ueteri calefacto infusus desuper ponat donec ipsorum remoueatur inflatio:qua remota intromittantur. Quod si locus aut tempus frigidum fuerit:eger in balneum introducatur:& per manus & pedes ita suspēdat quatinus ipsius curuetur dorsum: & uēter arcuetur. Ex huiusmodi enim dispositione:intestina leuius intromittentur. Thirbum uero si uelociter ante quam uiride fiat aut nigrum ei succurratur:in uentrē est reducendum. Quod si ei non subueniatur donec uiride fiat:quicquid ex eo uiride factum est incidatur:deinde omnes uene que sunt in ipso cum subtili filo ligentur:postea intromittantur:& uenter suatur. Et si intestina propter panni madefacti infusionem intromitti non poterint:fissura amplificet: et sic intromittantur. Quibus intromissis uenter suatur prius:post puluis consolidatiuus desuper ponatur:atq; ut eger supin⁹ iaceat taliter ut dorsum aliquantulum gibbosum existat precipiatur. Cuius regimen est subtiliandum neq; cibus inflatiuus ullo modo est ei tribuendus. Uulnus preterea si iuxta neruū uł i neruo fuerit strictūq; extiterit:non consolidetur donec aliquot preterierint dies:& ab apostemate fuerit securū immo medicamina apertiua desuper ponātur: & locus totus ex oleo inungatur tepido. Postquam autem duos dies aut tres preterierint ac dolor sedatus fuerit:& loc⁹ ab apostemate securus consolidatiuis utendo tunc uulnus cura. Si autem spasmus ex uulnere quod est in neruo alicui accidat egro: cito ei succurre: & cordam que contrahi incipit in latitudine incide: spondiles que egri ex oleo palpando & cōprimendo inunge. Oleum autem sit mollificatiuum & tepidum. Si autem aliquando uideris ulcus quod perambulet membrum de uno ad aliud transiendo locum: & corrodat carnem: cito succurre incidendo: aut cumburendo:& destruendo carnem ibi existentem ante quam multum dilatetur:deinde ipsum cura cum medicinis quibus reliqua consueuisti ulcera sanare. Hec sunt summe & intētiones quas cum homines non obseruant: egro uehemens inferunt nocumentum. Quando uero eas intente meditātur: & eis innituntur maximum prebent iuuamen:cū deus annuit.

Capl'm de medicinis generātib⁹ carnē.

m Edicamen quod carnem generat:et recentia continuat uulnera mirabile existens. ℞.olibani:aloes:sarcocolle: sanguinis draconis partes equales:terantur et uulneri supponantur:ꝛ desuper ligentur hoc enim ualde existit mirabile. Unguentum in carnis generatione mirabile. ℞.litbargiri triti ut alcobol.ʒ.i. cui ammisceantur olei.ʒ.iij.coquantur agitãdo donec resoluatur:postea olibani: sarcocolle: sanguinis draconis:galbani:colofonie:omnium ana.ʒ.2.sumantur que predicte decoctioni ammixta coquantur donec incrossent: ꝛ medicentur ex eo ulcera cum sanguinolẽta non fuerint. Unguentum carnis generatiuum:quo in estate ꝛ cum in uulnere calor ꝛ ardor fuerint:ꝛ tempus fuerit calidum:in uulnerum curis est utendum. Litbargiri triti donec sit ut alcobol.ʒ.ſ.sumãtur quod cum aceto donec resoluatur ꝛ mollescat teratur:ꝛ deinde oleum roseum desuper fundatur:ꝛ teratur donec incrossetur. Dum autem sic teritur:semel ex aceto: et alia uice ex oleo roseo est infundendum donec infletur:ꝛ ad magnitudinem deueniat et fiat unguentum. Cui postea ceruse.ʒ.ſ. ꝛ campbore parumper addere conuenit: et teri cum eis: et eo in curatione uti.

Unguentum nigrum quo utendum est cum uulnus est siccum ꝛ fuscum: cere olei uisci: picis: partes sumantur equales: et resoluantur:et quod ex eis fit:est unguẽtum nigrum.

5 Capitulū de medicaminibus que carnẽ minuunt superfluam ꝛ resoluunt.


Cum pisces assant: & infrigidati in loco steterint humoroso: & sequenti die comesti fuerint: sceua accidentia que ex malorũ fungorum comestione solent euenire accidunt. Is igit cui talia euenerit: accedẽtia uomere: cogendus ẽ. Deinde uinũ cuz pipe re est ei dandũ. Et ad ultimũ ex medicaminibus eoꝝ qui fungos pernitiosos: sumpserunt: curandus.

29 Capitulum de comestione lactis corrupti.

Lac quandoq3 in malã conuertit qualitatẽ: atq3 ab acetositate in quam sepius mutari solet: ad putrefactionis ac malignitatis dispositionẽ transmutat. Ex cui᷒ quidẽ comestiõe colerica fortis: accidit passio. Si quem aũt ex comestione lactis malũ habẽtis odorẽ: nausea & uertigo: ac oris stomachi cõpressio inuaserint: cũ idromelle uomitus illico ei prouocet. Deinde uinũ puꝝ cũ diatrion pipeon tribuat: stomachus quoq3 cum oleo de neridẽ embrocet.

30 Capitulu3 de nucleis fructuum usu fatis & corruptis: & oleis inspissatis & que sunt rancida: & que sunt eis similia.

Si quis ex istis nucleis musa corruptus fuerit: oĩo malus erit: ut sunt nuces: & nux indica: & eis similia: sicut oleu3 d granis keruba: & d crisomilis: & persicis. Oia hec. n. penitus mala sunt: & quã maxie siqs ex eis multũ comederit. Quod si eis utens curatione eguerit: uomitus prouocatione medicet: deinde uue acerbe rob: & maloꝝ macianoꝝ: atq3 ribes: & horũ similium i potu tribuant: cibarijs quoq3 lenibzac appetitũ irritantibus nutriat.

31 Capl3 de illis qui sumpserunt i potu ranas fluuiales uel lacunales.

Si quibus huiusmodi rane date fuerit corporis mollicies: & mollificatio atq3 coloris tenebrositas: necnon spmatis egressio: eis accidũt. Quod si ingrosset res: & dẽtes atq3 pilli cadant: tunc patientes multotiens uomere sunt cogendi donec. s. mundificentur. Post uomitum autẽ & uentris fluxum: balneum ingrediantur: in quo tantam faciant moram ut bene in sudorem corpus resolui possit: deinde electuaria diacurcuma maius & dialacca: dentur. Quod si illud p ducit eos ad corruptionem complexionis: ex eis que in suo capitulo scripta sunt curentur.

32 Capitulu3 de illis qui sumpserunt lepus marinum in potu.

Cui hoc in potu datũ fuerit: stomachi grauis dolor ac uentris solutio & urie constrictio: & anhelitus angustia: atq3 asma & sanguinis sputum: & fetens sudor: & mul

tus uomitus: accidunt. Quod nisi cito mor te preocupatus fuerit: incidet in ptisiȝ si nõ cõpetenti medicamine ei subueniat: ꝛ si nõ lac ꝛ uinũ aut mixta aut unumquodqȝ p se multotiens data fuerint: ante tñ istud dari cõuenit .s. citroloꝝ succũ ꝛ maluauisci uiridis folioꝝ succũ in potu sumant. In die autem scđa postq̃ accñtia quieuerit: pille ex scamo nee: ꝛ ellebori nigri: ꝛ agarici: suci ligricie dragaganti equalibus partibus: confecte: dentur pondere .ʒ.i. cũ iulep. Si aũt illud pduxerit ad tussim: ac amsa superuenerit: ea rũ cura ex suo sumat capitulo prius tamen flobotomet: ꝛ ex medicinis apostema i pul mone patientiũ curetur.

33 Capitulum de illis qui sumpserunt malũ castoreum in potu.

f I qui ex malo castoreo multuȝ come derint: ꝛ ex pessimo rem malã sumpse rint calide frenesis accidentia incurrent ꝛ fortasse cito morient. Postquã igitur uomi tus eis ꝓuocat⁹ fuerit: succũ acetose herbe: aut acetũ uini: aut lac uaccinũ acetosuȝ: aut maloꝝ acetosoꝝ succum sumere debẽt. Est nãqȝ acetosorum pomoꝝ succi proprietas: eis qbus castoreuȝ datum fuerit conferẽdi: lac ẽt asininũ ad idem prodest.

34 Capitulum de his qui sumpserunt gũmi rute siluestris.

a Ccidit ex hoc in gutture: ꝛ stomacho ardor itolerabilis: oculi quoqȝ foras egrediunt: ꝛ facies rubet: atqȝ sare in cor porẽ nascunt. Hic igit prius uomere cogẽ dus ẽ: deinde lac ꝛ butiꝝ multotiens i potu sunt tribuẽda. Aqua quoqȝ ordei donec ac cidentia sedentur: sumere conuenit. Deide gargarismus ex lacte ꝛ oleo roseo fieri con ueniens est.

35 Capitulum de his qui sumpserũt anacar dum montanum.

e X hui⁹ bibitione acute accidũt egri tudines ꝛ fortassis alguesugues acci dit ex eo. In principio igit butiꝝ coctum ꝛ crudũ: ꝛ oleũ sisaminum: donec suctio ꝛ mor dicatio si ex eius aliquid in uentre sentitur ac gutture: sedent sunt dãda. Postea uero aqua ordei ꝛ lac uaccinum acetosuȝ in potu sumant: ꝛ oleum uiolaceũ olfaciant. Caput quoqȝ ex medicinis que i capitulo đ algue seguesi nominant: epitbimet. Sed ꝛ psilij mucilago cũ iulep ꝛ suco granatorum in po tu sumatur. Ea quoqȝ quibus conseruãtur: semp infrigidanda: ꝛ humectanda sunt. Ex eis aũt que cum proprietate in eis existẽte contra anacardum ualent: sunt nuces que ad hoc ualde sunt utiles.

Capłm de his qui sumpserunt oleandrũ. 36

b Uius proprietas ẽ interficiendi a si nos ꝛ domestica aialia ꝛ ex siluestri bus: quã plurima ꝛ hoies. Nocumento ṽo ipsius affert remediũ ut post uomitum dacti loꝝ ꝛ fenu greci apozima sumat: Semen quoqȝ agni casti ex proprietate ꝛ uirtute que est in eo: si i comestione aut in potu tri buatur: remediũ affert: non solum hominib⁹ sed ẽt animalibus. Manifeste enim remo uet nocumentum quod fit ab oleandro: ex proprietate: que inest ei. Ex comestione ãt oleandri: accidunt uẽtris inflatio ꝛ tristitia: ꝛ inflãmatio. Si ãt illico p⁹ eius haustũ uo mitu prouocato: sucus herbarum mucilagi nosarum: sicut maluauisci: ꝛ sisami tribuatur remedium affert: qđ etiam operatur rerum unctuosarum dosis: ut butiri crudi ꝛ cocti. Ad hoc similiter confert clisterizari prius cum idromelle ꝛ baurach: ꝛ postea cũ mu cilaginibus ꝛ oleis. Ficus quoqȝ comedet ꝛ mel ac zucharum ꝛ arob de musto: ꝛ oia dulcia ꝛ unctuosa auxiliatur. Ab aqua uero in qua nascitur: omnino cauendũ: neqȝ ullo modo ẽ bibenda: nisi aquaꝝ multitudo i ea congregetur: que tamen si ex necessitate im minente sumenda sit: rei dulci ut iulep ꝛ si milibus admiscenda erit.

Capitulum de illis qui ledunt ex co mestione squille. 37

c Um quis maximam squille quantita tem sumpserit: funt in intestinis ac epatis ulcera. Cum igitur ex eius haustu punctio ꝛ incisio acciderint: oportet ut lac cum frustris ferri igniti coctum detur. Pul uis quoqȝ de seminibus ad sorbendum tri buendus est. Nutriendus autem est cum uitelis ouorum: ꝛ medicandus ex reliquis medicinis que in capitulo de cura ulcerum intestinorum nominantur.

Capitulum de his quibus nocuit se men urtice.

Qui hoc biberit semen. fortasse incurret accidens quod squillam bibentibus accidit: curandus est igitur ex eorum curis. Et fortassis tussis ledens accidet ex hoc. Unde cura adhiberi conuenit ex ptisana cum iulep: et ex medicinis tussim lenientibus.

39 Capitulum de his quibus nocuit potus aque frigide.

Ex potu aque nimis frigide cum ex ea post egressionem de balneo: aut post exercitium aut a ieiuno sine precedenti crapula sumitur accidet forsitam ibitus in epate dolor ex quo ad complexionis maliciam atq3 idropisim peruenitur. Cui hoc igitur qd nominauimus acciderit uinum forte bibere debet: τ a frigidis: per aliquot dies abstinere cibis: bibendo quoque diuersa debet uina temptare. Super epar autem emplastrum calidu3 quod in suo nominabimus capitulo est ponendum.

40 Capitulū de his qui sumpserunt gipsu3:

Ex potu gipsi fortasse: accidunt collica ualde fortis: τ strangulatio gutturis: τ oris siccitas. Pacienti itaque aqua mellis ac res mucilaginose dande sunt prius: deinde psillij.ʒ.iij. scamonee: tertia.ʒ.i. cum iulep tribuantur. Et cum ex hoc paciens motus fuerit: attendendum est an accidentia que patiebatur sint sedata: erit namque utile. Sin autem sedata non fuerint iterum est mouendus. Quod si disinteria inde exorta fuerit ex curis disinterie medicetur.

41 Capitulum de his qui sumpserunt in potu litargirum.

Ex eo sequuntur urine τ stercoris retentio: τ lingue grauitas τ corporis apostema. Est ergo dandum apozima dactilorum: τ aneti: τ nitri. Et si leuiter uomitus prouocatus fuerit: iterum fiat. Quod si uomitus paruus fuerit: τ sinthomata fiāt fortiora: scamonea sicut prediximus in potu est tribuenda. Cum ergo mouentis opera steterit de hoc medicamine quod sumus dicturi dari conuenit. Eius confectio. ℞. seminis apij absinthij: equales partes: detur ex eo pondus.2. aureorum cum.ℨ.uini. et.ℨ. apozimatis apij. Et postquam urina prouocata fuerit τ uenter solutus restituta erit sanitas.

42 Capitulum de his qui in potu sumpserunt argentum uiuum uel in quorum aure fluxum fuerit: uel qui sumpserunt u3ifur.

Non quidem estimo ex argento uiuo cum sanum bibitur: aliquod magnu3 sequi nocumentum nisi in uentre τ in intestinis dolor fortis. Quod postquam egreditur: sicut est: τ precipue si homo qui sumpsit ipsum se moueat. Ego quoq3 simie q̄3 habebā ipsum in potu dedi: nec uidi ipsam aliud incurrere accidens: nisi qd dixi quod quidē percepi: ex hoc: quod torquebatur: τ uentrē sepe ore mordebat: manibusq3 suis trahebat. Quidam tamē antiquo℞ dixerūt qd ex eo idē sequitur qd accidit ex lithargiro: τ qd paciens ex hoc eisdē curandus est medicinis. Cū aūt fundit i aurē sceuum generat nocumentū. Extinctū uero ac sublimatū ꝑprie pniciosum ē ac ualde malū. Cōmouet eni ex eo fortis in uentre dolor: et punctio. ac sanguinolenta egestio. Curet ergo idromel multotiens tribuēdo: τ ex eo cū baurach clisterizādo donec uēter aliquotiens euacuetur. Medicine quoq3 disinterie conferentes in potu dentur: sicut fic⁹ cocte: τ semina leuia τ mucilagines: ac sepum ircinum clistere quoq3 ex his τ boru3 similibus que in capitulo d disinteria nominabimus fiat. Ex eo autem quod in aurem funditur dolor accidit uehementissimus: τ intellectus perturbatio: τ spasmus: ac punctio: cum grauedine fortissima partis in qua fusum est. Debet igitur qui hoc patitur ad partem illam inclinare caput: ac multotiens alicui rei innisus super unum pedem salire: sternutatio quoque cu3 condisi: ei prouocanda est: de quo aliquid in ore tenere debet. Auri uero oleum ualde calidū quod tamen tollerare queat: infundendum erit. Qd cū fuerit infrigidatum: eiciendu3 erit: τ aliud loco eius inciendū. Patiens uero: super ipsum latus iacere debet: caput tamen non in puluinari: sed ultra ipsum teneat. Sit etiam quandoque

radius de plumbo: qui cum in aurem mitti tur et mouetur in eius circuitu extractus in uenitur cum argento uiuo quod sibi adhe sit. Qui postquam abstersus fuerit atque id quod de argento uiuo sibi adheserat ab eo fuerit separatum iterum erit immitten dus: quod etiam multotiens fieri conuenit. Et fortasse ex argenti uiui ingressu in aurē non malum sequitur accidens: quoniam illi co egreditur. Quandoque uero moratur intus: et peruenit ex eo aliquid ad bucinum auris et adheret ibi: et pessima ex ipso pro ueniunt accidentia. Quidam namque mi chi retulit medicus: se uidisse quendam epi lempsiam deinde apoplexiam ex eo incur risse. Ex uzifur autem et tincar acceptio ne accidunt ea que ex argento uiuo extin cto: tincar tamen deterior existit. Quam plures etiam dicunt: quod ex eo nemo eua dit cuius tamen cura est: ut argenti uiui at q3 arsenici.

43 Capitulum de illis qui in potu cerusam sumpserunt.

q Ui cerusam in potu sumit: lingua eius albescit: cui et multus accidit singultus et tussis. Membra quoque ip sius mollificantur: ficuum ergo apozima: aut idromel cum oleo ei tribuatur: uomitus que prouocetur: ad bibendum quoque suci absinthii cum idromelle multotiens unius aurei pondus tribuatur. Quod tamdiu fi at: donec urina prouocetur. Hoc tamen fieri conuenit: postquam de scamonea quan tum est quarta unius .3. sumptum cum idro melle fuerit. Postquam uero urina pro uocata fuerit: sedabuntur accidentia. Si autem urina constricta fuerit: urinam pro uocantia sunt danda: que in suo nominād a sunt capitulo.

44 Capitulum de his qui in potu sumpserūt calcem et auripigmentum simul et arsenicu3 sublimatum uel erusiam de qua fit sapo uel in quorum ore multus fumus arsenici in trauit.

e X istis punctio fortis et mala in inte stinis ulcera accidunt. Est igitur aqua calida cum iulep multotiens danda: donec ab eis quamplurimum lauetur: dein de aqua rizi aut ordei aut his similia que i testinorum conferunt uulceribus tribuant. Ex quibus etiam clisterizari conuenit. Cum autem acciderit tussis nociua: ex reb⁹ lenibus erit medicanda.

Capitulum de illis quib⁹ nocuit squama ferri: uel qui eius limaturam sumpserunt. 45

a Ccidit in uentre fortis dolor: et i ore siccitas: et inflammatio: atque in ca pite fortis dolor. Quibus lac cum aliqui bus uehementer laxantibus dari conuenit deinde butirum crudum et coctum ad bi bendum tribuatur donec sinthomata seden tur. Caput uero ex oxirodino cum rodosto mate infundendum est. Conferet enī3 eis si deus uoluerit.

Capitulum de illis qui in potu sumpse runt florem eris. 46

i Stis accidunt fortis dolor: et uomi tus: et in intestinis ulcera et in ore sic citas: et excoriatio. Hi igitur medicādi sunt ut qui arsenicum biberunt.

Capitulu3 de his qui in potu sumpserūt calcantum aut alumen et multum. 47

e X his duobus tussis sicca adeo noci ua sequitur quod ducit ad ptisim. Lac igitur cum zucharo et butiro crudo pa cienti: est dandum: hoc namq3 omnibus me dicinis magis est conueniens.

Capitulū de illis qui titimalū sumpserūt. 48

t Itimallus est omnis herba habēs lac calidum quod corpus ulcerat si cut scamonea: et sebram et aosro: et legia et his similia. Ex istis enim si multum biba tur necem afferet. Quod si ex eis modera te sumatur: fit medicina conferens. Eo rum aūt nocumentum comuniter remouent. lac et butirum crudum et coctum hec enim eorum fortitudinem debilitant et actione3. His autem datis accidentia que ex eis eue nerunt: consequenter sunt curanda. Sunt enim quedam ex eis ex quibus uehemens uentris fluxus et multus consequitur. Et

sunt alia ex quibus sanguinis mictus prouenit: aut uomitus sanguinis. Horum inde sanatio ex eis fieri conuenit: que in capitulis de curationibus egritudinum singulatim posuimus.

Capitulum de illis qui in potu sumpserunt elleborum album et nucem uomicam. condisi et arthanitam.

c Cum ex aliquo istorum multa sumitur quantitas: fortiter prouocat uomitum et fortasse ex multitudine humorum quos ad isofagum trahunt: cum subito egredi uolunt: sequitur suffocatio: et fortasse prouenit ex eis sincopis fortis. Et cum uomitus non prouocatur: cadunt ex predicta sincopi uirtus et pulsus. Sincopis quoque frequenter accidit et sudor frigidus exire incipit: atque nisi cito succurratur sequitur mors. Aliquando autem fortasse sequetur ex eis sincopis: et uomitus longi temporis et multe quantitatis. et corporis inanitio donec spasmus proueniat. Cum ergo primum sinthoma acciderit: infirmus ex collo quintide: baurach: clisterizandus erit et quidam humores ad inferiora inclinabuntur. Quod si uomitus grauiter euenerit: et paulatim cum forti labore et nociuo aqua tepida frequenter est tribuenda: et elaborandum ut ex ea multum sumatur: donec uomitus suauiter prouocetur. Cum autem uomuerit: iterum danda erit quia tunc leuiter prouocabitur uomitus: et sepe tristitia quoque leuior fiet et nausea. Post hec autem curabitur ex medicinis collerice passionis. Quod si spasmus superuenerit butirum coctum et lac sepe ad bibendum sunt tribuenda. Collum quoque ac pectus et crura: et coxe: atque brachia fricanda sunt: et ex oleo tepido inungenda. Uinum preterea multam aque habens admixtionem in potu sumendum. Quod si inceperit spasmus eger in semicupium aque calide ponendus erit: et ex oleo tepido quod non sit calide uirtutis inungendus. Et ungendo ac fricando necnon mollificando dirigatur operatio ad neruos membri spasmati et ad ipsum membrum quemadmodum in capitulo de spasmo nominabimus.

Capitulum de his qui sumpserunt elleborum nigrum.

f Si quis ex elleboro nigro multum in potu sumpserit: fortissimum uentris incurret fluxum. Huius ergo uirtus debilitari conuenit ex datione lactis et ex introitu pacientis in aquam frigidam et ex effusione eius super caput egri per longum tempus. Ea quoque que fiunt ex rob fructuum acetosorum ad uentris constrictionem danda sunt.

Capitulum de his qui in potu sumpserunt dend.

e Ex hoc prouenit fluxus uentris fortissimus. Eius autem actio: reprimenda est ex donatione lactis. Ea quoque que uentrem stringunt: danda sunt.

Capitulum de his qui in potu sumpserunt euforbium.

b Hec species est acris: et mouet uentrem cum inflammatione et estuatione. Cuius uis cum butiro crudo et cocto debilitanda est deinde oleum roseum dandum. Cum autem sinthomata leuiora fieri ceperint: triticum fractum cum multa aqua coctum: cum iulep: et cum aqua et niue in potu tribuendum est. Eger quoque in aqua frigida sedeat et sorbeat ex aqua rosata et frequenter bibat succum malorum granatorum: et macianorum: que muzum habent saporem.

Capitulum de his qui in potu sumpserunt mezereon et nimis.

e Ex hoc sequitur uomitus et uentris fluxus fortissimus. Est igitur huius nocumenti uirtus debilitanda ex butiro et lacte recenter mulcto: et iulep in potu ea frequenter dando. Cuius quoque uirtus reprimitur ex aceto cum frequenter in potu datum fuerit. Postquam autem diebus aliquot uomitus et uentris fluxus cessauerit sirupus acetosus et endiuie succus dandi erunt.

Capitulum de uirtutibus medicinaꝝ laxatiuarum ⁊ de earum rectificatione.

Scamonea colleram rubeam uehemẽter expellit. Minus autẽ quod ex ea datur: eſt ſexta pars .ʒ.i. plus uero quantitas duarum tertiarum .ʒ.i. Et cum eius timuerimus nocumentuꝫ ⁊ remouere uoluerimus: tunc ipſam cum ſuco citonij acetoſi: aut mali maciani aut cum aqua roſata cui ſit admixtum ſumach tante quantitatis: ex qua poſſit confici: miſcere debemus. Ex qua ſic mixta ⁊ malaxata: fiant fruſtra rotũda ſubtilia: ⁊ parua ad modum trociſcorum et ſicentur in umbra. Et ſciatur quanti ponderis fuerit: ante quam conficeretur: ⁊ detur ex ea a quarta parte .ʒ. i. uſqꝫ ad mediam .ʒ. Colloquintide pulpa: uehemẽter expellit flegma. Que ſi alicui diſinteriam pacienti: aut qui eam cito ſolet incurrere danda fuerit admiſcenda erit dragaganto eiuſdem quantitatis cuius ipſa eſt: ⁊ in mortario utraque miſcebimus: terendo donec unita ſint: ⁊ fiant ex eis trociſci ſubtiles: ⁊ in umbra ſiccentur. Ex quibus detur a quarta .ʒ.i. ad mediam .ʒ. Turbith expellit humiditates que ſunt in ore ſtomachi ⁊ in inteſtinis. Et non indiget emendatione alia: niſi excorietur ⁊ illud eligatur ex eo quod bonum eſt ⁊ frangitur. Ex quo ſumendum eſt ab una .ʒ. ad duas. Nõ ſi in decoctionibus ſit mittendum ſit a .ʒ. tribus uſque ad .iiij. Et cum queritur eius rectificatio: cum oleo amigdalarum dulciuꝫ quod ſit bonum in hora ſui uſus miſceri cõuenit. Argaricum diuerſos expellit humores: ex quo debet dari a duabus partibꝰ .ʒ.i. uſque ad duas: nec eſt neceſſe ipſum emendare: niſi quod ex eo eligendum eſt bonum album. ſcilicet ⁊ recens. Si quis tamen ſibi ab eo cauere uoluerit: cum ſirupo acetoſo ipſum conſpergat. Aloes colleram rubeam ⁊ humores expellit. Ex quo ab uno aureo uſqꝫ ad duos eſt ſumenduꝫ. Si quis autem in ano paciens niſi calide fuerint complexionis ipſum ſumere uoluerit cum bdellio miſceat ipſum. Qui ſi calide fuerit complexionis dragagantum admiſcebit ei. Qui autem in ſtomacho aut epate egritudinem patitur cum maſtice: et roſis mixtum aloem ſumat. Siccidis actio colloquintidarum: actioni atque quantitati: necnon emendationi uicina exiſtit. Centaurea in ſuo effectu et emendatione: his ſimilis inuenitur. Ex ea tamen plus eſt ſumendum. Sebram: ⁊ mezerion calide ſunt: quarum acumen reprimit acetum: cum in eo infuſe fuerint ⁊ ex eis menſurate ſumitur. Eſt enim ex eis ſumendum a media .ʒ. ad .ʒ.i. De titimallis quoque que eis ſimilantur ſimiliter fiat. De lacte ſebram non aliud dicemus niſi quod de ſcamonea diximus. Ipſum enim et alij: titimali: aquam ⁊ colleram rubeam fortiter expellunt. Euforbium eſt calidum: ⁊ expellit aquam et ſpiſſos humores ex quo ſumendum eſt a ſexta .ʒ.i. ad ipſius tertiam. Cuius reprimitur acuitas cum oleo amigdalino et dragaganto conſpargitur. Abenil flegma aduſtum expellit: quod cum ſumitur triſticiam et nauſeam uehementer generat. De quo a tribus .ʒ. ad unam ſumendum eſt poſtquam fuerit excorticatum. Alacterides aquaꝫ et colleram rubeam educunt: que titimalis ſimiles exiſtunt. Almeizara de titimallis eſt unus: qui tamen articulorꝫ confert dolori: ⁊ humoribus ſpiſſis ac frigidis. Sticados colleram nigram: leuiter educit: de qua a duabus .ʒ. ad .iii. ſumendum eſt: nec indiget emendatione. Que tamen ſi cum ſirupo acetoſo ſumpta fuerit melior erit. Epithimum colleram euacuat nigram: de quo .a.iiii.ʒ. ad .6. ſumere conueniens eſt: ⁊ non indiget emendatione. Si quis tamen emendare uoluerit: cum oleo amigdalarum dulcium miſceat. Sene ⁊ fumus terre: humores expellunt aduſtos: ſcabiei quoque atque pruritui conferunt: de quibus .a.iiij .ʒ. ad .7. dari conuenit. Mirobalani citrini colleram rubeam et humores educunt: ex quibus quandoque datur a .x.ʒ. ad .xx. Beterraniabin autem ⁊ caſſia fiſtula atqꝫ uiolis ſiccis: ⁊ prunis ſiccis: non ẽ nobis neceſſe loqui parum eniꝫ ĩquietãt: ⁊ oĩa collerã rubeã ſuauiter expellunt. Ea quoqꝫ que ĩ ſtomacho ſunt ad ĩteſtina deſcẽder faciũt. Sufficiant ea que in iſto noĩauimꝰ capitulo. In hoc enim libro noĩaturi ſumꝰ omniũ locoꝝ ſolutiones in quibus eorum indiguerimus noĩatione. Nõ taliter faciemus

ne nos in eis aliquid renouare oporteat.

Capitulum de exemplo cōpositionis medicinarum laxatiuarum.

e Xuna quaque specie de quibus medicina componenda est: tantum sumatur: quantum uni dosi semel ad expletionem sufficiat. Postea uero si totum qđ conficitur ex quatuor cōponatur herbis quarta sumatur pars: ⁊ si de quinque: quinta. Quod si medicinam laxatiuā ex scamonea ⁊ aloe atque agarisco: ⁊ colloquintide: componere uoluerimus: sumemus aloes.ʒ.iij. et colloquintidarum.ʒ.mediā: et scamonee sextam.ʒ.i. et agarici.ʒ.i. ⁊ tertiam.ʒ.i. deinde cum necesse fuerit: sumetur ex hoc composito.ʒ.i. et quarta unius. Si autem alicui graue est decoctionem in potu sumere sumat ex pillulis et confectionibus que illum humorem quem uult expellere: educere consueuit illa decoctio.

Expletus est tractatus octauus ⁊ deo qui nos adiuuit grates sint infinite. Incipit tractatus nonus de citrationibus egritudinum que accidunt in interioribus corporis a capite usq; ad pedes: nonaginta et quinq; continens capitula.

Capitulum de cephalea ⁊ emigranea.

UANDO RUbedo ⁊ tensio et grauedo in facie et oculis cum istis affuerint: ⁊ tactus calid⁹ sentitur et pulsus fuerit magn⁹ ex cephalica facienda est flobotomia in parte in qua est dolor: uel in qua dolor magis infestat. Deinde aqua rosata et oleum rosatum: ⁊ acetum sumantur ⁊ simul mixta agitentur donec inspissentur: et super niuem infrigidata super caput fundantur. Eger uero a carne abstineat ⁊ a uino: ⁊ comedat adessiā citrinam et tapsil: ⁊ holera frigida ac fructus frigidos. Venter autem soluatur ex mirobalanis citrinis ⁊ prunis ac tamarindis: ⁊ zuccharo albissimo. Quod si ista non suffecerint: semina maluauisci in aceto posita agitentur quousque ad spissitudinem perueniant: ex quibus emplastrum capiti superponatur ex psillio quoque et aceto emplastrū fieri utile est. Si autem cum istis fuerit in pulsu uelocitas: ⁊ in tactu sentitur caliditas sed neque in facie neque in oculis fuerit rubedo neque tensio in principio soluatur uenter. Deinde fiant ea que diximus. Naribus autem iniiciatur: oleum uiol. aut oleum cucurbite dulcis: aut nenufaris oleum aut oleum de floribus salicis: quorum quodlibet super niuem infrigidatum capiti super fundatur: et nutriatur ut prediximus. Eger uero odoret camphoram: ⁊ aquam rosatam et salices et uiolas: et his similia. Quod si egritudo multum inualescat: sumatur opij: et camphore uni⁹ cuiusque quantū ponderant duo grana ordei: que dissoluta in oleo de salicibus: mittantur in ares et aures. Quod si cum soda non fuerit aliquid eorum que diximus de rubedine in facie fueritque egritudo antiqua: in principio uenter cum pillulis cochijs soluatur: quas ego feci. Pillule cochie. ℞. pulueris pigre.ʒ.io. colloquintide.ʒ.iii. ⁊ tertiam: scamonee.ʒ.ii. ⁊ seminis turbith: sticados: ana.ʒ.ʃ. fiant pillule ex istis: ⁊ sunt doses.io. Postquam uero uenter solutus fuerit: infundatur caput ex oleo sambacino: ⁊ oleo deben: ⁊ mittatur in aures. Eger quoque odoret algariam ⁊ insuffletur muscus in naribus. Quod si egritudo multum infestauerit: sumatur euforbij et castorei: amborum ana sexta pars.ʒ.i. Et dissoluta in pauco sambacino mittantur in narem et aurem. In cephalea uero calida: emplastrum hoc frōti et timporibus est imponendum. Emplastrum in cephalea calida. ℞. seminis lactucarum scief memithe: sandalum ⁊ rubeum et album: saufel: rosas: opium fiat ex eis emplastrum postquam aceto et aqua rosata conspersa fuerint et fronti imponatur: super quod mittatur pannus aceto et aqua rosata infusus. Qui cum tepe factus fuerit: iterum infundatur et desuper ponatur. Linimentum uero cephalice frigide. ℞. castoreum: euforbium: piper: sinap: storacem: rutam marubium:

pillule cochie

que ficcata τ pulverizata τ tricocinta misceātur et conspergantur uino ueteri : ex quibus fiant trocisci : et desicentur. Cum que necesse fuerit: ex uno in uino ueteri : aut oleo costino uel camomelino dissoluto frons multotiens liniatur. Hoc enim linimentum omni antique cephalee confert non solum super positum: sed etiam auri iniectum que sequitur illud timpus postquam in aliquo de predictis oleis resolutum fuerit. Egro uero uinum uetus et forte dandum est. Cum autem cephalea per ebdomadam unam perseuerauerit: eger in balneum mittendus est atque super caput ipsius aqua in qua camomilla et sansucus: et sticados arabicus: τ nemem cocta fuerint simul aut sigillatim: fundenda est. Quod si cephalee a cotidie ante comestionem inuadat et post comestionem recedat succurrendum est infirmo ante horam: qua uenire consueuit: dando ei bucellas panis in suco granati aut uue acerbe aut horum similium infusas. Si autem cephalea contingat propter multam in sole moram sufficienter ex oleo rosato et aceto infrigidatis curari poterit. Que tamen si ex hoc non quieuerit: ex alijs infrigidantibus curanda erit. Si autem adhuc soda perseuerauerit et fortior fiat: neque ullo modo remoueatur τ timeatur ne eger uisum amittat et aqua ad oculos descendat timporum artarie sunt incidende τ extrahende. Hoc tamen quod nunc loquimur ē preter nostrā intentionem in hoc libro.

Capitulum de scotbomia.

Cum aliquis illud quod ante eum est: circulariter moueri uiderint: et oculi tenebrescunt et cadere uoluerit τ facies τ oculi rubuerit in eadem hora uene quoque que sunt post aures crosse apparuerint: ex ipsius uenis faciēda est flobotomia et uentose in collo τ tibijs sunt ponende. Quod si predicte non apparuerint uene: τ facies fuerit rubea: sanguis ex basilica erit minuendus τ uentose in tibijs erunt ponēde. In hac preterea scotomie specie: τ in ea quam ante diximus: caput ex oleo rosato τ aceto est infundendum. Eger quoque calida cibaria uitare debet. Uenter uero ex apozimate mirobalanorum citrinorum quod in capitulo de cephalea diximus: soluendus est. Cum autem neque in facie rubedo neque febris cum scotbomia fuerit attendendum est an sit stomachi subuersio : et nausea. Que si affuerint: prius uomere cogendus est: deinde de pillulis cochijs: dosim unam sumat: τ a frigidis abstineat cibis. Si autem neque anime subuersio neque nausea affuerint: neque caliditatis signa apparuerint: uēter ex pillulis cochijs multotiens soluatur. Cibaria quoque frigida omnino uitet: et gargarismus fiat quo flegma deponatur. In naribus quoque post illud ponatur aliquid de his que nominauimus quo caput calefiat.

Capitulum de frenesi.

Quando aliquem febris conclusa cōtinua inuaserit cum forti capitis et oculorum grauedine: τ in facie atque oculis uehemēs fuerit rubedo τ capitis dolor et horror luminis affuerint: τ in pulsu uelocitas: τ frequentie superfluitas inuenient: signa frenesis certissima iudicabuntur. Quod si lingua nigra aut citrina fiat et permisceatur intellectus: τ multum fuerit alienatus τ uigilauerit multum: iam frenesis perfecta erit. Egro igitur ante quā predicta compleantur accidentia: est subueniendum ex sanguinis detractione τ uentris solutione cum succo fructuum. Nutrimentum uero eius sit aqua ordei semel aut bis in die sumpta secundū consuetudinem quam in tempore sanitatis habuit. Caput autē oxirodino infundendum erit. Quod si multe affuerint uigilie sumatur uiolarum siccarum: corticum papaueris albi ordei excorticati seminis lactucarum : radicum mandragore: omnium: ana manipulum unum. Que omnia in cucuma plena aqua tamdiu coquantur: donec aqua rubea fiat. Deinde aqua illa dum est tepida ab alto super caput fundatur τ sit caput super ciminile in quo aqua colligatur: que in cucuma posita iterum super caput fundatur. Hoc aūt oī die multotiens fieri cōuenit. Caput preterea ex oleo uiolato : muliebri lacti

ammixto inungendum erit: quod etiam in coto positum est superponendum. Cum aūt eger in principio huius egritudinis in uirium fortitudine permanere inuentus fuerit flobotomandus erit: nisi super infirmum timueris. Postquam uero eius egritudo minui ceperit nequaquam flobotomentur: quod si eius iam dissoluta est uirtus: ex alio preseruetur regimine donec euadat.

Capitulum de apoplexia.

Cum aliquis quasi dormiens iacet: et sine somno stertit: et cum pungitur non sentit: et tunc iam patitur appoplexiam. Est autem huius egritudinis: quantitas: secundum quod fortiter aut debiliter stertit. Si tamen spuma ab ore exierit: non est ei medicandum. Cum autem parū stertit egritudo est leuior. Hec quidem passio aut cito iterficit: aut i paralisim transit. Cum ergo ista uisa fuerint attendendum erit: an patientis facies multum rubere: aut denigrari: aut uiridis fieri uideatur: quemadmodum contingit cum sanguis in aliquo membro ex coartatione retinet. Tunc enim sanguis illico ex duabus guidegi extraendus est: aut ex duabus cephalicis. Quod si ita non fuerit: immo cum aerem attrahit. auditur in pectore oregmō ex hoc clisteri erit clisterizandus. Quod. ℞. colloquintide hochor maxime centauree minoris arthanithe: ellebori albi: omnium ana manipulum unum. Coquantur omnia in tribus libris aque donec ad unam redeant. Deinde collentur. Et ex media libra huius apozimatis fiat enema: quod si cito exierit: fiat iterum donec humorum multitudo simul cum eo exeat. Naribus quoque condisi: et elleborus albus suauiter insuffletur. Et est ingeniandum ut anacardinum cum idromelle per os ad stomachum multotiens descendere cogatur: quaque die semel: ex quo unius aurei pondus in potu sumendum est. Cuius descriptio est in capitulo: de paralisi. Sartago preterea ferrea calefacienda est: et capiti multotiēs ad eo uicinanda: ut patientis capilli adhurantur. Quod si hoc modo non sanatur in medicando plus laborabimus: caput namque rademus: et ex sinapi trito et castoreo et fortissimo aceto liniemus. In prima autem huius passionis specie: post flobotomiam stringemus fortiter adiutoria ligando superius parum sub coniunctione ipsorum cum spatulis: et stringemus urbias similiter. Capiti quoque super fundendum est oleum roseum et acetum: uini: et flobotomia facienda prius in pedibus: et postea in nasi extremitate.

Capitulum de graui dormitatione.

Cum aliquis quasi dormiens iacet: et tamen sentit: et mouetur: sed oculos secundum plurimum habet clausos: quos tamen dum uocatur: cum clamore: aperit: licet iterum statim claudat: iam patitur subet qui cum clisteribus acutis que paulo ante nominauimus: curandus est. In os quoque ipsius mittemus ydromel: et laborabimus ut descendat. Ipsum enī nutrimentum existit eius. Caput preterea usque ad diatritum primum exirodino infundemus. Post tertium uero diem sternutationem prouocabimus ex his que nominauimus: et rademus caput: et liniemus ex sinapi: et castoreo: et aceto.

Capitulum de stupidis qui semper habēt oculos apertos.

Cum aliquis quasi dormiens iacet: et non mouetur: et licet oculi sint aperti palpebras tamen non mouet: congelatus est siue rigidus. Curandus uero est ex medicinis subet: hoc tamen addito ut oleum sambacinum super caput fundatur in omni libra cuius sit uncia euforbij. Ipsum quoque caput ex castoreo et euforbio: et oleo sambacino liniatur.

Capitulum de paralisi.

Cum aliquis se mouere non ualet: aut unum uel plura ex membris mouere non potest: atque eorum sensum ammiscit: ipsum paralisin illius membri: aut membrorum incurrisse pronunciamus. Cuius curam incipiemus pillulas fetidas quas ego composui dando: que. ℞. pulueris pigre. ʒ. io colloquintide interio

ris.ʒ.ſ.euforbij.ʒ.2.ꝛ.ſ. caſtorei piperis a ſe ſarapini:opoponacis ſetaragi idi ſinap. omniuꝫ.7.ana.ʒ.i.centauree: minoris elac cerij.amborum ana.ʒ.ſ. gumme in ſuco ru te diſſoluantur:ꝛ alia ex eis conficiantur ꝛ fiant pillule:ꝛ fiunt ex eis deceꝫ potiones. Quarum unam poſtquam eger :ſumpſerit : per tres dies quieſcat ꝛ nutriatur tunc cuꝫ aqua ciceris ꝛ oleo ꝛ ſinapi :ꝛ deide bibat aliam. Quod poſtquam ter fecerit per ali quot dies quieſcat. Et nutriatur carne fru ſtratim inciſa ꝛ in ſartagine frixa : ꝛ muta genat:in quibus ſint ſpecies calide ut pip ꝛ his ſimilia. In potu uero ſumat idromel. Membra quoque eius ex oleo coſtino in ungantur. Quod. ℞.coſti.ʒ.i.piperis pi retri euforbij:omnium trium ana tertiam. ʒ.i.caſtorei.ʒ.ſ.diſſoluantur omnia in me dia libra olei de keiri: aut de narciſco : et utere eo. Diebus uero quibus quieſcit : quaque die dande ſunt due.ʒ. de anacardi no:qđ.℞.ʒinʒibis:piretri nigelle:coſti me lão pipis macro pipis oggi:oiuꝫ ana.ʒ.io. mirre rute ſice:a ſe ariſtologie baccarum la uri caſtorei:ſetaragi indi:ſinapis:gentiane omnium ana.ʒ.ſ.mellis anacardi .ʒ.ſ. un gantur ex oleo nucum : ꝛ cum melle cocto conficiantur. Hoc enim medicamen ualde confert paraliſi apoplexie torture:ꝛ tremo ri:albaras:morſibus ſcorpionis:ꝛ omnibꝰ paſſionibus frigidis :ꝛ ſpaſmo humido. Cum autem ſumitur:illico:prouocat ſudorẽ et infert febrem. Quod ſi ſumptum non affert ſanitatem eger ab omni medicamine per decem dies abſtineat excepta dieta deinde ad ipſius curam redeundum eſt.

Quod ſi paraliſis ex percuſſione : aut caſu euenerit:ꝛ acciderit ſubito :taliter per manebit. Nunquam enim ſanabitur. Quod ſi non repente ex predictis ſed pau latim ꝛ molliter inuaſerit loco percuſſionis emplaſtrum hoc apponendum erit qđ. ℞. farinam fenugreci :ſemen ben : ſemen maa lep :ſemen reſin:bdellium amoniacum adi pen anatis:ceram:oleum de lilio: ex his fi at emplaſtrum ꝛ ſuperponatur.

Capitulum de ſtupore ꝛ tremore.

Cum aliquis ſentit aliquod ſuorum membrorũ ſicut eſt diſpoſitio pedis cum fit ſtupidus dicimus in illo membro ſtu porem eſſe. Quapropter eius cura non eſt differenda. Quando enim prolungatur tempus huius egritudinis perducit ad pa raliſim. Curatur autem hec paſſio ex ali qua parte medicinarum paraliſis: ꝛ cũ die ta ꝛ unctione ex oleo coſtino. Quod ſi niue fauerit: paſſio eger ex pillulis fetidis pur gandus erit:ꝛ complexio equanda cuꝫ ana cardino ꝛ dieta. Tremor autem ex eiſ dem curatur : ex quibus ſanatur ſtupor. Sed ſi ex ſuperflui uini potu euenerit : eger ab ipſo erit abſtinendus. Similiter ſi aquam que ex niue diſſoluitur bibendo hanc incurrerit paſſionem: ab ipſa abſtine at:ꝛ balneum calidiſſimum ingrediatur : in quo tamdiu moram faciat donec ſudet:ꝛ in ſole aſſidue moretur.

Capitulum de tortura oris.

Cum hominis os contorquetur : ꝛ u num de oculis ſuis claudere non ua let:ꝛ ſi precipitur ei ut ſuffiet: flatꝰ ab una tantum parte exire uidetur :ipſum tunc cõ torſionem pati dicimus. Cuius curam in cipiemus cum ſolutione uentris ex pillulis fetidis. Nutrimentũ uero eius atque ipſiꝰ potum:ponimus ut in capitulo de paraliſi diximus. Egrum preterea cotidie in ma ne ante quam comedat: ſinapiꝫ cum ſirupo acetoſo gargariʒare faciemus. Et mitte mus eum in domum obſcuram : ꝛ precipie mus ut unam nucem muſcatam i parte oris que torta eſt teneat. Naribus quoqꝫ inſuf flabimus condiſi ut ſternutatio prouocet. Spondiles quoqꝫ colli eius ꝛ faciem eius ꝛ fronteꝫ ex oleo coſtino inungere cõuenit. Et eſt cotidie de anacardino unius aurei pondus ſumendum. Et ſi paſſio hoc modo ſoluta non fuerit:ad uentris ſolutionem:et egri perſeruationem redeundum eſt. De tortura uero que non repente ſed paulatiꝫ accidit non loquimur. Ipſa namqꝫ non cõ tingit niſi in freneſi pernicioſa morte iaꝫ imminente: eſt ex ſiccitate.

Capitulum de ſpaſmo.

Cum aliquod membrum alicuius cõ trahitur et ad ſuam reddit originem

aut pleraqz:ex membris sic disponunt ipsa spasmata esse pronuntiamus. Spasmus aũt subito aut paulatim inuadit. Sed spasmo subito euenienti:eadem preparanda est cura quam paralisi conferre diximus: In eo tam fricatione manuum ꝛ unctione ex oleo costino plus utimur. Spasmus uero qui non repente sed suauiter accidit post febrẽ aut multam uentris solutionem: aut multuz uomitum:aut sanguinis fluxum:malus est ꝛ uix curabilis. Quicquid tamen accidat: ei mederi incipiemus. Egro namqz ordei aquam ꝛ iura unctuosa: ꝛ mollia administrabimus:ꝛ in aquam dulcem tepidum ipsum mittemus ꝛ ungemus ex oleo uiolato tepido: ꝛ oleo de seminibus cucurbite ꝛ precipue neruoꝝ in quibus spasmus est radices hñs. In tina quoqz diu moret:ꝛ ex oleo uiolato inungatur. De uino bibat parum qd tam multum habeat aque admixtuz: ꝛ ex cibis nutriatur humidis.

De epilempsia. lj.

Cum aliquis cadit i terram ꝛ torquetur ꝛ commouetur: ꝛ intellectum ammittit: dicimus ipsum epilemticum esse. Qd si spuma exit p os:aut secuz mingit:aut spma egreditur: aut egestio: passio tunc est prauior ꝛ uehementior. Si aũt eger ante accessionẽ sentit quasi aliquid ex aliquo suorum membroꝝ eleuari:ꝛ ascendendo caput petere:ꝛ deinde sincopizatur ꝛ cadit: tunc oportet in hora qua sentit illud ante quam illud accidat:mẽbrum a quo procedit quod prediximus:fortit ligare prohibebit nãqz: hoc accessionẽ uenire. In tẽpore uero quietis:corpus multotiẽs erit euacuandũ cũ pillulis cochijs: ꝛ loc⁹ a quo exorit passio:ex sinapi:ꝛ pipe ꝛ euforbio ac melle anacardi erit epithimãdus:ubi epithima dimittendũ erit:donec locus uesicetur:ꝛ uesice rũpant: ꝛ aqua que in eis collecta ẽ: effluat. Ipse quoqz non cito sunt consolidande:quin imo dimitende ut quod in eis colligitur emanet deinde consolidentur. Hoc enim oio huius egritudinis certa salus existit. Ad ultimũ ẽt uentose cum pauca scarificatione: superponere utile est. Egri uero si ante accessionem nauseam aut tristitiam aut cordis tremorez sentit:ꝛ deinde egritudis accessio sequtur:cogendus est multotiens uomere ex aliquo uomitũ:deinde pigram in potu sepe accipere conuenit: stomacho quoque emplastrum ex spica:ꝛ rosis: ꝛ mastice: ꝛ cortice thuris: cum uino odorifero: imponendum est. Nutrimentũ preterea eius totum taliter statuendum est: ut paucarum fit super fluitatum sicut caro frixa in sartagine: ꝛ caro cocta in cazalis ꝛ cibus qui fit de aue quadam que habet in palato dentes: ꝛ uocatur taguid: ꝛ caro de uolatilibus: ꝛ edina. Quod si cum epilempsia sensuum affuerit tenebrositas ꝛ debilitas: neque aliqua de predictis significationibus inueniatur: egro pillule cochie multotiens sunt tribuende ꝛ eius conseruatio subtilianda:ꝛ cibaria que diximus danda. Gargarismus quoqz fieri debet: ꝛ sternutatio ex his que diximus prouocanda:ac naribus peonie pl'uis subtilissimus qui simuletur alcohol:insufflandus. Si quis autem cum epilempsia in facie ꝛ oculis rubedinem habuerit: ꝛ uenarum crossiciem: flobotomandus ex uena saphena erit. Sanguis etiam ex carnositate tibiarum: cum uentosis erit extrahẽdus. Capiti preterea:oleum roseum ꝛ acetum superfundantur: ꝛ abstineat a uino: ꝛ a cepis:ꝛ allijs:ac sinapi:ꝛ porris:ꝛ apio: ꝛ fabis:ꝛ canauit:ꝛ postremo ab omnibus fumum caput ascendentem ꝛ replentem generantibus.

Electuarium quod omni epilempsie speciei remedium affert.

℞. piretri:sileleos:sticados: omnium ana. ℥.x. agarici ℥.ß. cordumeni recentis ꝛ acuti:asse optime:aristologie rotunde:omnium ana ℥.i.ꝛ.ß. deinde extrahatur sucus ex sqlla ꝛ mixtus cum pari quantitate mellis coquatur ꝛ conficiantur ex eo species: ꝛ fiat electuarium ex quo patiens cotidie sumat ꝛ caueat sibi a crossis cibis. Electuarium hoc omnibus epilempsie speciebus: excepta una sanguinea quam galienus nominauit:ꝛ nos:etiam eius fecimus mentionem: opitulatur: cui uidi conferre flobotomiam ex saphena prius:ꝛ postea ex basilica. Deinde eius regimen fit ex his que sanguinez in corpore minuunt ꝛ ipsum infrigidant. A carne preterea et uino abstineat ꝛ bibat rob acetosorum fructuum:capiti quoqz superponantur ea que ipsum infrigidant.

Taguid ꝛ F[illegible]

De incubo. .12.

Cum quis in somno quasi rem grauẽ aliquid super se cadere senserit: incubum pati denuntiandus est. In ipsius ita qꝫ cura non est tardandum: ipse enim epilempsie preambulus est: ipsam quoqꝫ precedit. Eger ergo si in colore rubeus fuerit ꝛ uenas habuerit plenas ex saphena erit minuendus: ꝛ uentose in carnositate tibiarum: ponende sunt. Eger preterea a potu uini: ꝛ rerum dulcium comestione abstinendus erit: ꝛ precipue ab omni re que multum generat sanguinem. Quod si huic contrarium acciderit uẽter ex pillulis cochijs multotiens erit soluendus: ꝛ eius regimen subtiliandum: exercitio quoque utendum erit: ꝛ membra inferiora erunt fricanda.

De melancolia. .13.

Cum alicui cogitationes male sine causa manifesta acciderint: ꝛ timor ꝛ tristicia in eo preualuerint melancolie principium in eo erit. Cum autem res ad hoc deuenerit: ut ẽt ea que cogitare cepit ore promat: uerbaque sua atque actus permisceat: iam melancolia perfecta est. Cui ergo he male cogitationes ꝛ tristicia ꝛ tribulatio accidunt: ante quam preualere incipiant: succurrendum est. Quia si preualuerint: cura erit difficilis. Quod si cum melancolia fuerit dolor uentris ꝛ inflatio: ꝛ malus color: ꝛ digestionis corruptio: ꝛ uomitus acetosus: ꝛ excreationum multitudo incipienda est cura cum flobotomia ex basilica: aut saluatella sinistre manus. Et si sanguis uisus fuerit niger: dimittatur egredi in quantitate multa. Subtilis autem ꝛ rubeus si fuerit: illud restringendus erit. Eger uero ex rebus leniẽtibus est nutriendus: ut sunt ales fida legi que fiunt ex carne hedina: ꝛ arietina: ꝛ mittendus est in balneuꝫ in quo non diu moretur. Post hec autem decoctionem de epithimo quam ego composui utatur ꝛ hec est decoctio de epithimo. ℞. mirobalanorũ indorũ.ʒ.x. polipodij.ʒ.ß. sene.ʒ.9. turbith.ʒ.4. sticados.ʒ.x. passularum enucleatarum.ʒ.x. epithimi crete̅sis.ʒ.x. Omnia excepto epithimo in tribus libris aque coquenda sunt donec ad unam libram ꝛ mediam redeant. Cumque hoc factum fuerit: addatur epithimum ꝛ illico ab igne remoueantur ꝛ dimittantur donec infrigidari ceperint. Cumque infrigidata fuerint: manibus fricata colentur. Deinde sumantur agarici due tercie .ʒ. unius aloes .ʒ.i. salis indi.ʒ.ß. ellebori nigri: quarta unius.ʒ. conficiantur cum melle: aut cum iulep ꝛ fiant ex eis pillule que ꝑ tres horas ante decoctionis acceptionem sumẽde erunt. Postea sumat: decoctionem. Deinde tribus diebus quiescat. In his autem diebus quibus quiescit: nutriatur ex his que prediximus: ꝛ in potu sumat uinuꝫ subtile ꝛ clarum ꝛ bene odoriferum. Post hec quoqꝫ iterum soluendus est ut prius. Hoc uero ita ut prediximus tertio iterandum est. Quarta quoqꝫ potio ei danda est. Eger uero ab omnibus que coleram generant nigram: abstinendus est: ut sunt carnes siluestres omnes: ꝛ caro uaccina: ꝛ porcina: ꝛ magnarum caprarum ꝛ fabe: ꝛ caro salita: ꝛ caseus uetus: ꝛ proprie lẽtes: ꝛ omnia holera nisi humefacientia. Uitet preterea uinum crossum: ꝛ laborem: ꝛ uigilias: neque patiatur famem neque sitim: uino uero subtili in potu utatur: ꝛ precipiendum ei ut dormiat: ꝛ studendum in splenis curatione: ex his que in sequentibꝰ in capitulo de splenis curatione qui augumentatur dicturi sumus. Os quoque stomachi confortandum est ꝛ proprie ex medicinis quarum mentionem in sequentibus facturi sumus cuꝫ egritudines stomachi nominabimus. Si autem cum melancolia ea que nominauimus non fuerint: acciderit que post frenesim: aut longam moram sub sole: aut percussionem in capite: in pricipio ex cephalica flobotomia est facienda: ꝛ capiti studium adhibendum: ꝛ reliquo regimine quod diximus proprie. Aqua preterea tepida ab alto loco super caput fundenda est: deinde oleum roseum cum aceto uini capiti infundatur ꝛ lac muliebre de super mulgeatur. Naribus etiam oleum de semine cucurbite dulcis: ꝛ lac muliebre injciantur. In balneum quoque sepe mittendus est: ꝛ multum ex aqua tepida capiti est superfundendum. Eger etiam omnia odorifera que

frigida sunt: odoret. Si autem cum melancolia nihil fuerit eorum que diximus: in principio matrix uena dextri brachij apienda erit ꝛ sanguis erit cõsiderandus: ꝛ ut p̄ diximus faciendum: ꝛ regendum ut diximus. Et postquam hoc regimen infirmo adhibueris: per aliquot dies quiescere dimittendus est: deinde ut prius i cura eius incipiendum: donec sanitatis fiat restitutio. Studium uero totum quod erga melancolicos est obseruandum: est ut inpinguentur et carnosi fiant. Ex quo eni3 pingues ꝛ carnosi fuerint: illico sani erunt. Cibi autem qui illis congruunt sunt caro arietina: ꝛ bedina: ꝛ galinacea ꝛ panis de simula. Opir⁹ autem panis: nullo modo est eis congruus. Uinum quoq3 subtile: ꝛ clarum eis conueniens est. Uinum uero crossum: non est eis bonum neq3 nigrum. Lac autem recenter ab uberibus extractũ dum adhuc calet: eis confert: ꝛ pisces recentes ꝛ sisami de zucharo facti ꝛ oleum amigdalinum. Preterea audire cantilenas ꝛ gaudere ꝛ habere ante se res deliciosas ꝛ dormire plurimum: confert eis. E contrario uero cogitare: ꝛ solus morari: ꝛ uigilare maxime nocet eis.

¶ Pillule que colleram nigram expellunt ex quibus datur his qui decoctionem sumere nequeunt.

℞. epithimi cretẽsis. ʒ. xx. polipodij: agarici: amborum ana. ʒ. x. ellebori nigri: salis indi: amborum ana. ʒ. ß. sticados. ʒ. 7. pulueris yerepigre. ʒ. iß. bibat ex eis. ʒ. iij. In diebus uero quibus quiescit eger debet sumere ꝛ ex electuario quod uocat̃ letificans quod. ℞. mellisse: corticum citri: gariofilorum galie muscate: masticis: croci orientalis cinamomi nucis muscate: cardamomi: neberemisch: heen albi: ꝛ rubei: zedoarie: doronici: semis ozimi maioris semis ozimi gariofilati: omniu3 ana ptes equales: musci q̃tũ ẽ decia partis unius. Deinde sumant̃ kebuli. xx. ꝛ embl̃. xx. ꝛ terantur: ꝛ i tribus libris aque coquantur donec ad unam redeant: ꝛ colentur. In collatura uero mittatur mellis libra una. Deinde bullant donec aqua consumpta sit. Post ex hoc melle conficiantur predicte species: quod tamen in pondere sit triplum ad species: de quo cum necesse fuerit ad magnitudinem auellane sumendum est. Hoc enim medicamen leticiam: ꝛ coloris pulcritudinem ꝛ digestionis bonitatem operatur: ꝛ retardat canos.

¶ De catarro. .14.

Cum caput alicuius in egressione balnei discohopertum fuerit. Aut post exercicium: aut post aliud: fueritq3 aer frigidus: ꝛ uentus septẽtrionalis ꝛ acciderit inde naribus: ꝛ palato pruritus ꝛ commotio: ꝛ sternutatio: pannus tũc calefaciend⁹ erit: ꝛ capiti superponẽdus: in quo tamdiu moretur donec eger calorem i capitis profunditatem penetrasse sentiat. Deinde nigellam odorare incipiat: ꝛ prouocetur sternutatio: ꝛ caueat ne supinus iaceat: ꝛ comedat parum. A uino quoq3 omnino abstineat. Quod si passio ex appositione panni calidi aleuiata non fuerit: neque minuitur per ipsum fiat flobotomia ex cephalica: ꝛ soluatur natura ex rebus que non exasperant: sicut hec decoctio quam in potu sumere debet qui tussim patitur: ꝛ in pectore asperitatem habet: ꝛ indiget uentris solutione que. ℞. iuiubas. xx. sebesten. xxx. passularum enucleatarum. ʒ. x. uiolaꝝ sicc. ʒ. iij. radicis liquiricie fricate. ʒ. ß. ficus citrinas x. coquantur in tribus libris aque donec redeant ad unam ꝛ colentur ꝛ in colatura dissoluantur cassie fistule. ʒ. 7. terraniabin. ʒ. x. Quod si neque flobotomia profuerit neque uentris solutio: ꝛ materia ad pectus descenderit: ꝛ commoueãtur tussis ꝛ febris illico fiat flobotomia: ꝛ paciens a carne abstineat ꝛ uino: ꝛ in potu sumat aquam ordei ꝛ muraba uiolatum: quamdiu calor fixus perseuerauerit: ꝛ tussis fuerit sicca ꝛ aspera. Sed postquam calor quieuerit ꝛ tussis mollificata fuerit: ꝛ screare ceperit hec decoctio quaque die cum muraba uiolata danda erit: donec pectus mundificetur ꝛ tussis sedetur: ꝛ uox clara redatur: que Recipe ficus citrinas. ß. iuiubas. x. sebestẽ xx. passularũ albarum ꝛ enucleatarum. ʒ. x. liquiricie excorticate. ʒ. ß. coquantur usque

decoctio ad tussim

k 1

ad dissolutionem et collentur: et dentur ex hoc omni die .ʒ.iij. in potu cum muraba uiolato.ʒ.S. Si uero tussis inueteraue rit ac diu permanserit: tunc ostendemus qualiter curanda sit cum de tussis cura trac tabimus. Quod si cursus in naribus diu perseuerauerit et non fuerit calor: flu xus erit restringendus suffumigando nares per traiectorium. Et si quod per nares ef fluit subtile: et acutum ac citrinum fuerit: suffumigatio fiat ex sulphure infuso prius in aceto et postea siccato: aut ex fabis: aut ordeo excorticatis: et in aceto prius infu sis: et post siccatis: aut ex zuchai o albo: et sandalo albo. Quod si neque calor ne que rubedo in facie fuerint: suffumigatio fiat ex costo: aut thure. Hec namque suffu migatio fluxum restringit.

De obtalmia. Capitulum. .15.

Cum ea que in oculis alba sunt: in ru bedinem mutata fuerint: fluxerintque lacrime: et in angulis oculorum lacrimali bus: lippitudo collecta fuerit. Dicemus tunc egrum pati obtalmiam: et quanto plus sinthomatum uehementia: aut ipsorum afue rit minoratio tanto erit obtalmie fortitudo aut eius debilitas. Deterior autem obtal mia est: cum alba oculorum uidentur: infla ta et adeo eleuata ut oculorum cooperiant nigredinem et palpebre inuersentur. In principio uero curationis obtalmie: cepha lica est flobotomāda: ex manu uel brachio partis contrarie in qua est oculus infirmus nisi leuis fuerit obtalmia. Et quanto for tior fuerit obtalmia: tanto plus est minuen dum ex sanguine. Deinde uenter ex miro balanis citrinis: et terraniabim: et suco fruc tuum soluendus est. Et eger a carne et ui no: et a rebus dulcibus abstinere debet: et cibum minuere. Quod si ista non suffece rint sief album in lacte puelam lactentis: fricandum et in oculo distillandum. Et si lippitudinis multitudo in oleo collecta fue rit: radius coto inuoluatur: et madefiat in a qua et cum eo oculus ab illa lippa mundetur. Deinde puluis albus aspergatur: et supponen do oculis aliquid suauiter sustenetur: et ligetur: et eger in domum tenebrosam mittatur: et in geniandum est quantum possibile est ut som nus prouocetur. Caueat tamen ne super oculum infirmum dormiat et ne caput de pressum sit: sed superius eleuatum: neque ue stimentorum capitia sint stricta: neque in faciem se diu proijciat. Si autem oculus leuior fiat: et dolor sedetur ac lacrime minu antur: flobotomia iam facta et uentre soluto balneum multotiens et frequenter ingredia tur. Ex hoc enim passionis reliquie dissol uentur. Quod si in oculo humorositas et grauedo remanserit: puluis citrinus erit im mittendus. Ex his autem que habenti obtalmiam multum conferunt: est ut frons et palpebre: ex hoc liniantur: epithimate: quod. Recipe sief memithe: rosarum alo es licij: sandali rubei: fausel: croci orienta lis: omnium ana partes equales: fiant ex his pille. Cumque necesse fuerit: resolua tur una ex eis in suco coriandri aut in suco endiuie aut cum aqua rosata: et liniatur cum eo: si deus uoluerit.

Sief album.

Recipe ceruse ablute.ʒ.x. sarcocolle crosse .ʒ.iij.dragagātis.ʒ.i.opij.ʒ.S. fiant ex his forme lenti: similes.

Puluis citrinus.

Recipe sarcocolle .ʒ.x.aloes.ʒ.ij.croci.ʒ. ij.mirre.ʒ.i.licij.ʒ.ij.ex eis optime tritis i mittatur puluis cum opus fuerit.

Puluis albus.

Recipe sarcocollam albam et pinguem que mittatur in lac mulieris: quod melius erit cum alicuius iuuencule fuerit et dimittatur in umbra donec siccetur: et teratur optime: et omnibus.ʒ.x.ipsius addantur de sief me mithe .ʒ.ij. que iterum optime trita repo nantur: et cum opus fuerit in oculum mit tantur.

De ulceribus oculorum. .16.

Cum in oculo fortis dolor: et punctio nociua ac pulsus sentiuntur: et lacri

merum fluit multitudo:cum palpebre: ele uantur ⁊ oculi aperiuntur. Loca que sunt in albis ipsorum inueniuntur rubea ⁊ si to tum fuerit rubeum: ⁊ unus locus magis ru bere inuenitur. Aut in nigredine locus ali quis albus apparet: pustula iam in oculo exorta est. Ad hanc uero curandam passio nem: necessarius est medicus in curis ocu lorum ualde instructus. Nos tamen cura tionis ipsius summas ⁊ aggregatiões dice mus. Dicimus itaque quod ulcera que in coniunctiua nascitur hoc est in albis oculo rum:non adeo sunt timenda ut ea que i cor nea hoc est in oculi nigredine fiunt. De terius uero ulcerum:est illud quod in nigre dine sub pupilla existit. Eminentia nam que ad istud est uelocior. Horum autem ulcerum curam cum flobotomia incipere de bemus:⁊ sanguis extrahere multitudinem: secundum quod possibile fuerit. Conse quenter autem uenter soluendus: ⁊ eger si bi cauere debet a carne ⁊ uino dulci: ⁊ esse contentus herbis frigidis: ⁊ in potu sola aqua uti. In oculo uero initio sief album cum lacte mulieris mittendum: ⁊ si pulsus iam aleuiari: ⁊ sedari uidentur: sperandu est quod egritudo soluetur sine saniei collec tione. Quod si pulsus post sanguis extrac tionem ⁊ uentris solutionem:ac sief albi im missionem quiescere non uidetur: parua fi dutia in hoc quod diximus est habenda. Est itaque tunc sief de olibano mittendum in oculum: ⁊ pila aliqua oculo superponen da: ⁊ cum ligatura stringenda: ante uero quam hoc eueniat:oculus suauiter est ligan dus:⁊ sine superpositione pile ⁊ non cesses in oculum de sief de thure sepe distillare: donec sanies in pila uideatur. Ex quo.n. hoc uisum fuerit: sief de plumbo uti necesse erit:usque quo profunditas fiat plana:⁊ to ta caro generetur. Ea tamē que diximus: tunc sunt facienda: cum pustula non est ma gna. Quoniam cum magna fuerit: fuerit que iuxta pupillam: aut inferius ea: erit tunc necesse ut cum eliescir medicetur: ne oculus emineat. Ad pile quoque superpo sitionem: ⁊ ligaturam: erit redeundum. Eger preterea semper supinus iacere de bet:⁊ a forti motu abstinere. Cum autem caro in loco ulcerum perfecte generata fue rit uel ulcus apostematis carne repletus fuerit:remanebit ibi in oculo albedo. Nō si ulcus fuerit profundum: albedo erit cros sa: ⁊ si in superficie tantum cornee fuerit: erit subtilis. Ulcus quoque si a pupilla fu erit remotum: ⁊ steterit separatim per se: uestigium illud quod remanet:nihil mali fa ciet. Si autem iuxta pupillam fuerit: quā doque post ulceris curationem: uestigium remanens prohibebit uisionem. Qua propter tunc est utendum medicinis quib⁹ uestigium quod diximus abstergi: ⁊ deleri possit.

Sief de thure.

Recipe armoniaci:sarcocolle: ambo rum. ana.ʒ.ß.thuris.ʒ.x.croci.ʒ.ij. confitiantur ex mucilagine fenugreci: ⁊ fiant ex eis sief.

Sief de plumbo.

Recipe plumbi adusti:antimonij:thuthie: ablute: caculcecaumenon: gummi arabici dragagantis: omnium.ana.ʒ.g.opij.ʒ.ß.te rantur ⁊ cum panno sericino qui sit subtilis simus cribelletur ⁊ conspergantur ex pluui ali:⁊ fiant ex eis sief.

Sief ex quo caro in ulceribus oculorum ge neratur:⁊ uuee egressio prohibetur ⁊ uesti gium subtilietur.

Recipe climie ablute:thuthie:ablute:ceru se:antimonij:thuris:omnium.ana.ʒ.ij. mir re.ʒ.i. sarcocolle crosse.ʒ.i.⁊.ß. sanguinis draconis:aloes:opij:omnium ana.ʒ.i.fiāt ex eis sief.

Eliescir quo est utendum continet ne ex ul cere uuee sequatur egressio.

Recipe antimonij: emathitis: amborum ana.ʒ.x.achathie.ʒ.iij.aloes.ʒ.i.terantur: ⁊ fiāt ex eis sief:⁊ administrentur apud ne cessitatem.

De his que in oculis cadunt siue sit pil⁹ siue palea siue aliud. .17.

f Cum autem resina idest gumma pini: et per oculum trahatur: et extrahit illud quod in oculo cecidit.

De albedine que fit in oculo. .18.

a Albedo que in oculo contingit: est uestigium post ulcerum curationem remanens quando consolidantur. Que cum in oculis puerorum fit: leuior est ad curandum quam cum accidit annosis. Cum eniz in annosis fit: ad sanandum fortasse impossibilis existit: nisi subtilissima fuerit. Hec autem passio ex his medicaminibus curanda est: postquam eger balneum egressus fuerit aut faciem super uaporem aque calide usqzquo rubea sit tenuerit. Si tamen ex hoc medicamine in uenis oculi rubedo et dolor prouenerint peraliquod dies: ab eo quiescendum est donec oculus quiescat et post ad id redeundum.

Medicamen ualde utile ad albedinē remouendam et cito eradicandam.

e Ego quoqz non uidi quod eo melius aut equale esset ad albedinem delendam. Recipe masacunie: spume maris stercoris magni lacerti: baurach: zuchari bigeri: omnium ana partes equales. De inde sumantur acori: celidonie feni ambo rum ana .ʒ.x. coquantur in libra una aque donec ad quartam redeat: et colentur: et ex hac aqua ibibantur species quas prediximus: ita quod conficiantur ex ea: et siccentur in umbra: deinde interim terantur et conspergantur ut prius et siccentur. Quod postquam quater factum fuerit: siccentur et terantur: et in oculo mittantur. Hoc enim medicamē nulli ut prediximus compar existit in remotione albedinis. Remouet eni hoc medicamen crossam albedinem etiaz ex oculis animalium.

De scabie: et sebel. .19.

c Cum palpebra inuersatur et interius apparet rubea et aspa: scabies adest Et cuz sup alba oculoruz ac super nigredie uidetur similitudo panniculi ex uenis rubeis et crossis texti: adest passio que uocatur sabel. He uero due passiones: graues sunt et cronice: et uix curabiles: paciens tamen dum sanus est: flobotomia ex brachio et fronte et uentris solutione uti debet: et in comestione uitare dactilos et sisamos de melle et uitet ebrietatem. Et quando non est plenus: sepe ingredi balneum est ei utile: et frequenter immittere oculo sief rubeum: similiter confert.

Sief rubeum.

Recipe mathicis: colcotar combusti: amborum ana .ʒ.iij. eris busti .ʒ.ii. mirre: croci amborum ana .ʒ.i. piperis longi .ʒ.ſ. conspergantur ex uino ueteri: et fiant ex eis sief His preterea egritudinibus uiride confert sief cuius descriptio in capitulo de ungula continetur. Quod si passiones iste uetuste fiant: scabies fricatione indigebit: et sebel: collectione. Non tantum tunsure huius libri congruit ut de his tractemus.

De lacrimalibus cuz pruriunt. .20.

e Indiuia tenera sumatur et conteraт et fiant ex ea magdaliones parui: et ex oleo uiolato inungatur: et oculis superponatur et in hora dormiendi ligentur: rosatum tamen melius est: et cicius confert. Et si hoc non suffecerit: lentes absqz corticibus et sumach: et rose rubee: et granati carnositas sumat: et cum trita ex careno conspergātur et more emplastri superponantur. Quod si nō suffecerit: ex cephalica prius flobotometur patiens. Deinde ex uena frontis: et ex uenis que sunt in angulis lacrimalibus. Uenter quoqz frequenter soluatur: et balneum multotiens ingrediatur.

De ungula. .21.

c Cum aliquid panniculo simile: ex angulo que est a parte naris oriri uidetur: et album oculi cooperire et peruenit usqz ad nigredinē generatur passio que ungula dicitur. Cuius nocumentum: tunc solum est peius: cum peruenit ad nigredinis

partem que est iuxta pupillam. Hec igitur passio dum subtilis est cum sief uiridi: & sief de calcatho est medicanda. Si autem uetusta fiat & crossa cū ferro est expolianda.

¶ Sief uiride qd confert sebel:& scabiei: & ungule:& albedini.

Recipe ziniar.ʒ.iij. colcotar busti.ʒ.6.arsenici rubei: baurach: spume maris omnium ana.ʒ.i. salis armoniaci.ʒ.S. armoniaci.ʒ.ij. Armoniacum in suco rute dissoluatur: & species ex eo conspergantur & fiant ex eis sief est enim mirabile.

¶ Sief de calcantho quod confert ungule.

Recipe eris busti:calcanti:amborum ana.ʒ.S.ziniar.ʒ.ij.salis armoniaci: baurach:arsenici sublimati:omnium ana.ʒ.i.terantur: & per ebdomadam unam dimittatur: deinde fiant: ex eis sief: & fricetur ungula cum eis.

¶ De macula rubea: ex percussione uel alia re. .22.

Cum in oculo ex percussione aut ex re alia punctum rubeum fieri contingit sanguis qui ibi est:dissoluendus ē: postquā estuatio quieuerit sumant igitur arsenici rubei:olibāi:mirre:armoniaci: omniū partes equales: & fiant ex eis sief. Qui in suco coriandri fricentur:& in oculum distillentur tamdiu quam dolor perseuerat:albugo oui sumenda est & oleo roseo miscenda:& cotum ex eis inuolutum:oculo est superponendū.

¶ De lacrimis. Capitulum. .23.

Cum lacrimales oculorū anguli semper humidi uidētur: patiens cotidie ieiunus balneum ingrediatur: & in oculum alcobol istud mittat.

¶ Istud autem alcobol.

Recipe tuthie.ʒ.x.coralli rubei: mirobalanu citrini fricati:aloes omnium ana.ʒ.ii.piperis.ʒ.S. fiat ex his puluis qui assidue mittatur.

¶ De debilitate uisus. .24.

Si cum debilitate uisus humiditatis signa apparuerint manifesta: que in tempore famis exercicij parumper dissoluātur. Pillule cochie multotiens erunt assidue tribuende. Nutrimentum quoque pacientis:dessicatiuum esse debet:& eger sepe uomere cogendus:est pulueres etiā desicatiui oculis sunt immitendi. Quod si cū predicta egritudine affuerit siccitas: & corporis obfuscatio nutrimentum erit augumētādum:& uinū in potu tribuendum:ac super caput ipsius aqua tepida fundenda: & icuratio super eam facienda. Balneum preterea ingrediat: in quo tamen non multum sudet. Naribus quoq; oleum de amigdalis dulcibus atque auribus: est immittendum. Oculis uero lac mulieris adolescentis: quam qualibet die est iniciendum. Quod etiam frequenter fieri conuenit. Hec quoque debilitatis uisus species: fortior fit in tempore famis: & dum uenter uacuus fuerit.

¶ Confectio alcobol qd ualde acuit uisum qui causa humoris debilitatur.

Recipe tuthie ablute & siccate.ʒ.xx. deinde extrahatur sucus sansuci uiridis & per noctem unam residere dimittatur: & coletur ex quo tuthia conspersa dimittatur quousque siccetur:postea terantur. Deinde sumātur zinziberis:piperis nigri:macro piperis:celidonie:omnium ana.ʒ.ij.salis armoniaci.ʒ.i. cum tuthia fuerit.ʒ.xx.post hec omnia terantur & ex suco teneri feniculi conspergātur:& siccata iterum terantur:& reponant. Et cum necesse fuerit oculis immittatur. Ad hoc preterea ualde confert: sief de fellibus.

¶ De tumore palpebrarum. .25.

Epithimentur ex epithimate quod in capitulo de obtalmia nominauimus.

De conuersus pillis qui nascuntur i palpebris magis interius q̄ debent ⁊ pungāt oculum. .26.

Si pil⁹ fuerit unus aut duo: aliis palpebraꝝ pilis cuȝ mastice: aut oleo scini sunt annectendi: aut radicitus euellātur: ⁊ loca a quibus euulsi sunt cum ferro acuto ut acus adurantur. Si autem multi fuerint necesse est ut caro palpebre incidatur: loquitam de hoc nostri lib̄ mensuram pretergreditur.

De aqua descendente in oculū. 27.

Qandoqȝ alicui uidet̄ qđ ante se habeat cimices: aut alia parua corpa subtilia ⁊ radiosa. Qđ aliquando cum stomachi: aliquando ex proprio nocumento ipsius oculi contingit. Ideoqȝ differentiā inter hec duo consideranda est: neque pro paruo est habendū cum hoc accidens euenerit. Ex eo namqȝ qđ cum taȝ stomachi accidit: non est multum timendum qđ oculo nocumentum inferat. Ex eo uero: hoc. n. aque principium existit: qđ ex proprio uitio ocl̄i contingit ualde timenduȝ est: hec aūt passio dum recens est ut in principio: cum medicinis curabilis est. Sed cum iaȝ ad perfectionem deuenerit sanari non potest nisi cū incisione: ⁊ fortasse etiam incisio prodesse non poterit. Quapp differentia inter hec duo predicta diligenter est inuestigandum que est prout dicemus. Quando ymaginationes que uidentur utriqȝ apparēt oculo extimanduȝ est contingere hoc ex uitio stomachi: ⁊ econuerso. Et cum ymaginationes i hora fastidij ⁊ in hora male digestionis plura solito uidentur: in hora autem famis ⁊ laboris pautiora apparent: extimandum est etiaȝ hoc ex stomacho esse. Et si ex quo iste ymaginationes acciderunt duo p̄terierunt menses aut plures: ⁊ in pupilla non fuerit uisa conturbatio: extimandum est ēt hoc esse ex stomacho. Qñ autem iste extimationes tibi aggregate fuerint: pillulas cochias in potu tribue: ⁊ si passio oīo remouetur: iam estimationes predicte certificate fuerunt. Si aūt uni tantuȝ oculo apparuerint: ⁊ uno modo in omnibus horis permanserint: extimanduȝ est uicium aque adesse: precipue cū in pupilla non fuerit obfuscatio. Obfuscatio nāqȝ si fuerint in pupilla dubitatio iam tunc erit sublata. Cum autem passio hec in oculo propria fuerit prohibendum est infirmo ne cum uentosis minuat sanguinem: neqȝ ex brachio: neqȝ comedat pisces: nec oīa que humectare possunt. Uēter uero frequēter soluēdus est ex pillis cochijs: ⁊ eger ex calefatiētis ⁊ desiccatiuis nutriendus est. Ydromel preterea in potu ei tribuendum: ⁊ in oculis sief de fellibus mittendum.

Sief de fellibus qđ proficit aque a principio ⁊ dilatationi pupille. Et eis qui post occasum solis non uident ⁊ tenebrositati uisus que est ex humore.

℞. fellis gruis fellis sabot fellis yrcini: fellis accipitris: fellis aquile: fellis pdicis: omnium siccoꝝ unuȝ aut plura. Sumat̄ quoqȝ pro oībus. ʒ. x. istoꝝ siccoꝝ: euforbij: collo quintide sarapini: omnium ana. ʒ. i. terra aggregentur ex suco feniculi teneri: ⁊ mittatur in oculo.

De uictolopis idest q post solis occasum non uident.

Ad hoc utile existit epar capzinuȝ findere ⁊ ponere sup unam sectionem piper longum: ⁊ cooperire ipsaȝ ex alia sectione pipe longo inmedio existente. Deinde ponere ipsum i furno: ⁊ dimittere ibi donec assetur ⁊ non desiccetur. Quod pfecto piper longum qđ inmedio erat sumatur: ⁊ bene terantur cum pauco musco: deinde ex liquore qui ex epate assato expressus fuerit conspergat̄ ⁊ siccet̄: ⁊ in oculum mittat̄. Aut fel caprinum cum melle mixtū in cugrma super ignem misceatur: deinde radi⁹ eo illinitus imittatur oculo. Quod autem ad magis ualet: est ut sief de fellibus in oculo mittatur. Si aūt hoc non suffecerit: uenter soluatur: ⁊ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur: ⁊ regimen subtiliet̄.

De dilatione pupille. .23.

Cum pupilla hoc ē foramen qđ est in nigredine oculi adeo dilatari uidetur ut undiqȝ pertingat ad albedinem: fueritqȝ post uehementeȝ cephalice dolorem: parua habenda ē fidutia in eius cura. Sed si dilatatio parua fuerit: tunc assidua solutionē uētris ex cochijs multotiens: ⁊ sief de fellib⁹ in oculo mittendum. Quod si pupillaȝ post percussionem dilatari contingat: non ē inde timēdū: qꝛ remouebit̄. Fiat itaqȝ emplastruȝ ex farina fabaꝝ ⁊ camomilla ⁊ euisco cum uino ⁊ aqua.

De fistulis que in angulis lacrimalib⁹ fiunt. .30.

c Um angulus lacrimalis resudat: ꝛ comprimitur sanies ꝛ uirus ab eo egreditur fistulam pati intelligitur: que cū cauterio curatur. De hoc tamen loqui pl⁹ est: quam huic nostro attinetur libro. Nos tamen iam ei adiungimus medicamen quod si adhibitum fuerit ipsam per multos menses adeo tardare facit: ut eger sanus uideatur. Medicamen autem illud. ℞. aloes thuris sarcocolle: sanguinis draconis: balaustie: antimonij: aluminis: omnium partes equales ziniar quantū est quinta pars uni⁹ fiant ex eis sief. Cumqꝫ necesse fuerit: fistula in tantum prematur: ut quicquid saniei i ea continetur: egrediatur. Deinde infirm⁹ super latus in quo non est fistula iaceat: de predicto sief aliquid dissoluatur in aqua: de quo in angulo lacrimali tres gutte aut quatuor inquinatizentur: magno existente interstitio inter proiectionem unius gutte ꝛ alterius. Quo facto: eger per tres sic iaceat horas. In mane quoqꝫ sequenti die: similiter fistula bene prematur: ꝛ fiat eadem cura. Quod per obdomodam unam fieri conuenit: ꝛ etiam tamdiu donec nihil a fistula egrediatur comprimitur. Ex hac namqꝫ cura: locus multis mensibus siccus permanebit. De curis oculorum quantū huic loco necessarium esse putauimus: iam satis dictū est credimus. Alia uero quia sunt de curis que per ferro exercentur dimittamus: quia multis indigent medicaminibus. Sunt tamē quedam ex eis qui in locis in quibus de decoratione tractauimus ꝛ sanitatis custodia continetur.

De dolore qui fit in aure. .31.

s I cum dolore qui fit in aure fuerit i facie inflammatio ꝛ pulsatio: sanguis ex cephalica erit minuendus: ꝛ oleum roseū aut oleum de floribus salicis tepidum cum pauco aceto immittendum: lac quoqꝫ ita calidum ut ex mamilla egreditur multotiens distillandum erit. Uenter preterea ex mirobalanis citrinis: ꝛ scamen: ꝛ aloe uehementer soluatur. Quod hoc modo fiet mirobalanoꝝ citrinorum.ʒ.xx. sumantur ꝛ puluerizati in duabus lib aque coquātur donec ad duas unius lib tercias redeant ꝛ colentur. Post hec sumat aloes.ʒ.i. scamē sexta pars.ʒ.i. aggregētur cum rob de citonijs: ꝛ fiāt ex eis pillule: que per duas horas ante decoctionē sumant: deinde bibatur decoctio. Quod si dolor nō quieuerit: paꝝ opij i oleo roseo resoluti in aurē mittatur: ꝛ si pulsatio redierit ꝛ tribus diebus pseuerauerit: oleū sisaminum in quo anatis aut galline adeps fuerit resolutus in aurem sepe mittat. Ibi namqꝫ est pustula que maturatione idiget. Cum autem dolor quieuerit putredo iā tūc collecta erit. Ideoqꝫ pus subito ex insuperato de aure egreditur. Cum aūt dolor in aure fit post fastidiosam facietatem. Aut post uentos frigidos oleum in quo ruta aut cepe cocte fuerit: in aure distilletur. Aut oleum de lilio sumantur: ꝛ cuiqꝫ.ʒ.ex eo misceatur: eufor bij recentis.ʒ.i. ꝛ castorei.ʒ.i. Sed si hoc non suffecerit: uenter ex pill' cochijs soluat: paciens quoqꝫ balneū igrediatur in quo ēt sudet. Uinū quoqꝫ uetus ꝛ forte ei tribuatur. Si aūt cū dolore auris fuerint sonitus ꝛ tinnitus atqꝫ uentositas: panicum siue miliūꝫ in sartagine torrefactū calidū: multotiens super ponatur. Et auris quoqꝫ super uaporē aque in qua sint cocta mentastrū ꝛ sticados arabicus ꝛ sansuc⁹ teneat: de castoreo preterea ꝛ euforbio in olō sambacino dissolutis: quoꝝ unū quodqꝫ quatuor grana ordei ponderet: in aurem mittatur.

De ulcere que fit in aure. .32.

c Um pus ab aure egredit: ydromel' tepidū multotiēs in una die in aure ē distillandū. Deinde hoc medicamē optime faciens adhoc ē immittad. qd. ℞. sarcocollam: aloem: ꝛ sanguinē draconis thus: squamā ferri ziniar. Ex eo in aceto dissoluatur: ꝛ in aurem mittatur: ꝛ licinium melle illinitum in predictis intingatur: ꝛ sic immittatur: paciens itaque ex hoc medicamine et ydromelle medicetur: donec sanus sit.

De sonitu ꝛ tinnitu. .33.

f Ortasse quandoque contingunt ex subtilitate sensus auditus ꝛ eius claritate. Cuius signum est: qd in tempore famis augetur: ꝛ in hora ebrietatis ꝛ facietatis minuitur. Qd propria non indigent

cura nisi superfluitatem obtineant. Tunc enim de opio dissoluto in oleo: imittendum est in aure: quantum duo ordei grana pon derant. Si autem hec cum grauedine capitis: et auditus debilitate affuerint oleũ de semine rafani: et oleum de amigdalis amaris: et oleum roseum in quo castoreum fuit resolutum: sunt immittenda. Auris quo que super uaporem aqua in qua sansucus sticados arabicum: absintium mentastrum: origanum cocta sunt ponenda sunt. Et uenter multociens ex pillulis cochijs est solnendns: et cibaria minuenda: et uinum dimittendum.

De grauedine auditus. .34.

Cum in auditu contingit grauitas cõ siderandum est an sit ibi sordicies que uocatur cera que fit in aure que si inue terauerit: mundetur: aut cum medicinis se cundum quod diximus: aut cum cura man⁹. Si autem sordes non affuerint: et euenerit hoc post sacietatem fastidiosam que eam precessit: aut egritudinem acutam: auris po nenda est super uaporem aque in qua ea que prediximus cocta ascendit. Qui hoc modo fieri conuenit. Res iste in cucu ma habente hos acutum coquãtur. Dein de traiectorium ori cucume superponatur et ne uapor egredi possit: pannus obuolua tur: et auris super os traiectorij ponatur. Istud preterea sief in aurem mittatur. Qđ Recipe colloquintide.ʒ.i.baurach: tertiaʒ .ʒ.i.castorei aristologie rotunde suci absin thij: omnium ana.ʒ.ß.costi quartam.ʒ.i.eu forbij: sextam.ʒ.i. fellis uaccini quantum ufficit ad predicta sufficienda. Fiant ex eis sief. Cumque necesse fuerit unum in o leo de amigdalis amaris resolutum auri im mittatur. Hoc enim ualde utile existit do lori flegmatico et uentositati ac sonitui et tin nitui: qui ex crosso uento fuerit et surdita ti que est ex crossis humoribus. Si au tem debilitas auditus contingit post ieiu nium aut uigilias: fueritque facies exte nuata: et oculi concaui eger balneum se pe ingrediatur: et largiori cibo ac potu uta tur: et in somno fiat profundior super caput quoque aquam tepidam cum oleo fundat donec sanetur. Quod si post frenesim con tingat: ex medicinis primis curetur.

De uermibus auris et paruis animalib⁹ ipsam ingredientibus. .35.

Cum in aure fuerit titillatio et pruri tus et dolor. Deinde ceciderint uer mes ab aure: immittatur auri sucus menta stri. Aut de folijs persicorum. Aut oleũ de nucleis ipsorum. Aut aloes in aqua dissoluatur: et immittatur. Hec enim uer mes auris parua animalium ingredientia ipsam: quando erunt in aure et in ulceribus nascuntur interficiunt.

De eo quod in aure figitur absteriori bus ingressum. .36.

Cum aliquid figitur in aure: oleum te pidum est immittendum: et paciens balneum ingrediens ibi moram faciat: do nec corpus eius mollificetur. Dein de na ribus insuffletur condisi: et teneatur anheli tus donec sternutatio sequatur. Forsitam enim sic egredietur. Si autem fuerit difficile: et non exierit: erit necesse ut cum ferro: auri immisso extrahatur. Quod etiam in naribus est faciendum: si quid eas ingressum fuerit: quod extrahi non possit.

Quod si aqua intrauerit: capite ad par tem auris illius inclinato saliat eger: et si ñ exierit prouocetur sternutatio ut diximus. Deinde tepidum multotiens immittatur. Neque hoc pro paruo est babendum: et precipue si res malam habens qualitatem ingressa fuerit. Ex ea namque grauis: se quetur dolor.

De sanguine ex naribus fluente. .37.

Ex his que sanguinis ex naribus flu xum retinent: est sucus albedaru gi cum camphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus. Confert enim ei qui hanc passionem incurrere solitus est ante eam iniectus. Aut in hora egestionis. Aut sumatur gipsum: cinis carte de pau no: galle: sanguinis draconis cabe: ze gi: et puluerizata naribus insufflentur. Aut licinium in eis intinctum mittatur in

nares. ¶ Aut alumen iameni pulueriza tum ut alcohol cum amilo eiusdẽ quantitatis naribus insuffletur. ¶ Quod si adhuc uehementer manauerit: superiores adiutorium partes apud ascellas cum istitita: et coxe apud inguina ligentur: ⁊ testiculi similiter sunt ligandi. ¶ Si uero passio inualuerit: flobotometur cephalica eiusdem partis de qua fluit sanguis. ¶ Si autem nec hoc modo strictus fuerit: magne uentose cum igne superponatur uentri ab ea parte de qua fluit sanguis.

¶ Medicamen quod uehementer ualet ad sanguinem constringendum. ¶ Sumatur calx alba ⁊ leuis qua utuntur aurifices et sepe naribus insuffletur sine interpollatione: ⁊ licinium albumine oui illinitum ea inuoluatur ⁊ naribus immittatur.

¶ De ulceribus narium. .38.

Cum in naribus fuerint escare: cera et oleum ac adeps gallinaceus eis immittantur ⁊ aquam calidam naribus in mane multotiens per aliquod dies odoret. Cumque pustule egredi ceperint: licinium aceto forti infusum in quo sal positũ sit: naribus immittatur: ac super eas similiter ponatur. Siccabuntur enim ex hoc ⁊ non prolungabitur eorum mora. Quod si uulcera ibi affuerint: ex unguento de cerusa curentur.

De emorroydis que nascuntur in naribus. .39.

Cum intus in naribus caro superflua mollis ⁊ quasi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: ⁊ nares incrossari ceperint. ac ex carne predicta repleri: cephalica prius erit flobotomanda: deinde licinium ex unguento uiridi quod in capitulo de corrodentibus carnem nominauimus: linendum ⁊ naribus erit immittendum. Si uero istud non suffecerit: medicamen acutum quod ibi descripsimus apponatur: donec ex toto mundificetur. Hec preterea passio quandoque cum ferro curatur radicitus omnino incidendo. Medici tamen quandoque in hoc errant: nam ex eorum cura eger maximum incurrit nocumentum. In hoc namque loco: cancer plerumque exoritur. Uerum cancer quando in hoc nascitur loco: neque acutas tollerat medicinas neque incissionem que fit cum ferro. Immo indiget ut suauiter tractetur ⁊ medicaminibus lenientibus: ⁊ flobotomia ⁊ uentris solutione curetur. Cognoscitur autem ante illud accidens sic cancer quia est durus pertingens quandoque usque ad palatum. Sed cũ nares sicce sint et dure: nec sit in eis humiditas aliqua: summopere cauendum est ne hec egritudo: aut ei similis: ferro aut acuto medicamine tangatur. Sin autem quod in naribus exoritur caro mollis est fluxerintque ex eis humores: ⁊ cum nares stringuntur inueniuntur molles: ⁊ cum tangantur tractus nõ sentitur solidus: non est timendum quin ex medicaminibus acutis ⁊ ferro: mederi possint.

De ammissione odoratus. .40.

Cum sensus quo odoranda precipiuntur ammissus fuerit: in naribus caro superflua creuerit: ⁊ aer ita leuiter ut prius attrahitur: ⁊ oculi ac sensus naturaliter existunt naribus erit insufflandus puluis adeo subtilis ut alcohol: qui fiat ex condisi et arthanitha: ⁊ sale armoniaco. Egro quoque precipiatur ut nares uapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. Si autem hoc non suffecerit: quod nominabimus naribus insuffletur. Cuius descriptio hec est. Recipe nigelle fellis gruis: colloquintide ellebori albi omnium ana partes equales. Puluerizentur ⁊ ponantur in urine cameli arabici quantitate tanta que ea cooperire possit: ⁊ ponantur ad solem donec siccentur. Deinde fiant ex eis sief. Cumq; necesse fuerit: unum ex eis lẽtis habens magnitudinem in oleo sansucio intinctũ naribus immittaẽ. Optimũ enĩ ad hoc existit. Si aũt ex hoc qđ narib⁹ imittitur fortis sequaẽ dolor: oleũ de semine cucurbite eis imittaẽ ⁊ aqua calida sup caput fundatur: ⁊ sorbeat calida ea que humectant: ut ptisana: et quod fit de aqua furfu

ris:ꝛ de farina ꝛ similia. Et hoc quidem est medicamen et admissionem odoratus probatissimum: quod sic conficitur nigella puluerizetur: donec fiat ut puluis: ꝛ miscea tur cum oleo ueteri. Deinde eger implēs os suum aqua reclinet caput retro quanto plus poterit ꝛ tunc ex predicto medicami ne aliquante gutte naribus distillentur. Egro quoque precipiatur ut quantum ei possibile est aerem extrinsecum interius at trahere nitatur. Quod in tribus diebus tribus uicibus fieri conuenit. Si autem mordicatio superuenerit: fiat hoc quod no minauimus.

De dolore dentium. .41.

s I gingiua cum dolore dentium fu erit sanguinolenta: ꝛ apostemosa: et rubea fueritque apostematio cum pulsatio ne extrahatur sanguis cum uentosis flobo tomia ex cephalica prius facta. Deinde hora aliqua diu acetum ꝛ oleum roseum te neat: quod postquam eiecerit idem iterum faciat. Post hoc oleum roseum in hore teneat: ꝛ si ex hoc non euaserit: fueritque pulsatio uehemens ꝛ cum inflammatione: camphora ꝛ piretrum terantur: ꝛ in radici bus dentium ponantur. Cumque dissolu ta fuerint iterum mittantur. Cotum quo que oleo roseo illinitum desuper ponatur.

Quod si dolor aliquando augumenta tur ꝛ uehementior fiat: opij sexta pars. ʒ. i. in oleo roseo dissoluatur. Ex quo cotum illinitum radici dolentis dentis adhibea tur. Si autem necdum sedetur: locus scalpellandus est: ꝛ sanguisuge superponen de sunt. Gingiua uero si non fuerit san guinolenta neque apostemosa neque dolor est cum pulsatione: neque in facie fuerit inflammatio aut dolor acciderit post fasti dium ꝛ sacietatem et post cenam: comedit que ex cibo frigido multum: uenter egri ex pillulis cochijs: soluendus erit: ꝛ dolenti um dentium radices ex hoc medicamine fricande: quod sic fit. Sumatur piretrum sinap: sceiteragi indi: bauracb piper. zin ziber: et ex eis puluerizatis dentium fricen tur radices. Cotum quoque eis illinitum super dentium radices ponatur. Post quam eger os ex aceto in quo piretrum et mentastrum atque origanum cocta fuerint colluerit. A foris preterea panicum siue millium in sartagine torrefactum: super maxillam est ponendum. Aut ex piperis puluere melli commixto: dens ꝛ eius ra dix fricentur. Et si ex hoc non suffecerit: in dentium radicibus hec tiriacha po natur. que. Recipe castorei: asse piperis: zinziberis storacis: opij: omnium: partes equales. Conficiatur ꝛ administretur. Eger preterea per aliquantulum temporis a comestione abstineat mane atque fameli cus ingrediatur balneum: ꝛ utatur motu. Si autem nec sic quiescat: ferrum ignitum radices denti multotiens apponatur: aut eradicetur: Si uero dens corrosus fuerit: repleatur: ex medicaminibus que nomina bimus: et quia sunt corrosiua: aut extra hatur.

De extrahentibus dentibus ꝛ confrin gentibus. .43.

m Edicamen quod in dente corroso ponitur: ipsius sedat dolorem: ac ipsum confringit. Sumantur kebikegi: ꝛ piper: ꝛ trita ex alcatrano: conspergantur: ꝛ impleatur ex eo.

Medicamen quod dentes debiles ac dolentes qui sunt extrahendi eradicat. Cortices radicum mori: ꝛ radicum cappa ris: ꝛ piretrum: ꝛ lac titimali: atque lac: ana bulle: ꝛ arsenicum rubeum: ꝛ radix col loquintide sumantur: ꝛ trita ex tanto aceto quod eis sufficiat conspergantur. Acetum quoque per ebdomadam unam semel in die ut prius addatur. Post hoc dentes in cir cuitu scalpellentur ꝛ ex predictis decies in die epithimentur: donec ad mouendum sint faciles: ꝛ sic extrahantur. Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per mul tos dies: ꝛ postea extrahantur. Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissol uantur. Cumque necesse fuerit: dentium radices scalpellentur: ꝛ ex oleo multotiēs inungantur: donec facile moueri possint: postea cum instrumento extrahendi dentes euellantur.

De dentium congelatiõe ꝛ stupoꝛe .43.

p Oꝛtulaca : ꝛ amigdale amare masticentur. Aut his similia. Aut fiat fricatio cum sale ꝛ masticetur cera.

De dentibus qui dolent cum a re frigida tanguntur. .44.

o Leum calefactum in panno desuper est ponendum. Aut uitellus oui assatus calidus multotiens masticetur. Aut calidum panem multotiens moꝛdeat. Aut fiat fricatio ex balsamo. Aut ex oleo de lilio siluestri.

De cola. .45.

s I pustule fuerint rubee : sumantur. Antere anuli:spodij:lencium excoꝛticatoꝝ seminis poꝛtulace: coꝛiandri sicci seminis sene de mecha:omnium ana partes equales campboꝛe:parum. Ex his puluerizatis fiat fricatio cum aceto mixta : ꝛ oleo roseo ꝛ aqua rosata in oꝛe teneantur : et sanguis minutio cum uentosis fiat. Albe ubi si fuerint pustule:cũ sale ꝛ melle fricentur:ꝛ sirupus acetosus in oꝛe teneatur. Aut almuri.

De gingiuis sanguinolentis. .46.

c Um ex gingiuis sanguis subtilis assidue manauerit : ꝛ utriusqne arsenici.s. rubei ꝛ citrini:calcis:gallarum.Aluminis omnium partes sumantur equales : ex quibus puluerizatis ꝛ cum aceto mixtis:parui foꝛmentur trocisci. Cumque necesse fuerit : ex eis puluerizatis sumatur quantum est sexta pars.ʒ.i.ꝛ fricentur gingiue ex eo optime:ꝛ permaneat sic paruꝫ. Deinde teneat oleum roseum in oꝛe. Est enim hoc mirabile ad hanc egritudinem curandam et putredinem :ꝛ herpeteꝫ estiomenum qui est in oꝛe.

De casu uuule. .47.

c Um eger senserit aliquid radici lingue sue insistere. Aut gutturi:ꝛ cuꝫ iubetur aperire os et extrahere linguam uuula eius iam esse fluxa ꝛ elõgata:ramech et sal armoniacus sumantur :ꝛ bene pulueriꝫata cum instrumento insufflandi super uuulaꝫ insufflentur ꝛ ex eis in sumitate pꝛedicti instrumenti aliquid ponatur :ꝛ radici uuule cum eo dirigatur : ꝛ ipsa cum instrumento parum exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur : et fiat ex eo gargarismus. Quod si diu permanserit taliter : ꝛ elongata fuerit. Eiusque pars superioꝛ subtiliata et caput eius rotundum fuerit : tunc radicitꝰ erit incidenda. Cauendum tamen est ne ante quam ita ut diximus sit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quandoque sanguinis fluxus qui constringi non potest.

De sanguisugis que ingrediuntur guttur. .48.

c Um aliquis in gutture suo titilationem senserit :ꝛ sanguis subtilis inde manauerit : extimandum est tunc sanguisugam in oꝛe esse:et pꝛecipue si aquam loci in quo sanguisuge fuerint : biberit. Os igitur egri est aperiendum:ꝛ lingua extrahenda ꝛ inferius pꝛemenda et guttur in sole est inspiciendum:ꝛ si sanguisuga in loco pꝛopinquo pendere uisa fuerit cum foꝛficibus quibus sagite educuntur extrahenda erit. Quod hoc modo fiet:caput a quo pẽdet est stringendum ꝛ sic extrahatur. Quod si non fuerit manifesta : eger multotiens gargarizet sinapim cum aceto : quia de loco in quo est mouebitur. Aut fiat gargarismus ex aceto ꝛ asa:aut ex aceto ꝛ sale. Nigella pꝛeterea ꝛ sinapis trita: insufflentur gutturi fiat ẽt gargarismus ex suco cepe. Si autem post eius casum remanserit egro sanguinis resudatio :fiat gargarismus ex apoꝫimate in quo coꝛtices granati ꝛ balaustie:ꝛ sumach:cocta fuerint:ꝛ gutturi insufflentur puluis de balaustijs ꝛ thure ꝛ sanguine draconis:ꝛ anubo. Si aũt sanguisuga stomacho anexa fuerit : medicamina qbus uermes expellunt sumãt i potu. Ex his ẽt que sangnisugã exire faciunt :est ut eger balneum ingꝛediatur ꝛ moꝛetur in eo donec magnam patiatur sitim : ꝛ tunc

aquam in niue infrigidatam frigidissimam scilicet in ore aliquamdiu teneat. Cumqz ceperit tepefieri: eam expellat: τ aliam su mat. Sanguisuga enim quandoqz uenit ad os frigiditatem querendo.

De his que guttur ingrediũtur siue sint spine siue os. .49.

Cum illud quod guttur ingreditur et infigitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius simile. De his que non habent frustra scissa contenta in eis aut acuta: confert plerumque percutere egrum in collo. Posterius multotiens: et aquã sepe trahicere. Fortasse enim descendet inferius. Eger quoque balneum ingrediatur τ oleum multotiens traijciat. Quod postquam factum fuerit: magnos degluciat bolos. Quod si non descenderit instrumentum quo huic simile inferius duci consueuit: in os mittatur. Est autem instrumentum illud de plumbo: quod cum sit reti simileqz: est longum gibbositatem in se habens.

De grauedine lingue. .50.

Cum lingua asqz alijs membris grauedinem passa fuerit: τ eger neque febrem neque excutam incurrerit egritudinem: sal ammoniacus: τ piper: τ zinziber: τ sinapis alba ac piretrum τ stafisagria: τ baurach atque origanum: τ sal indum: τ nigella: τ sansucus siccus: sumantur τ in aqua coquantur: τ fiat ex eis gargarismus. Caueat tamen paciens ne ex eo aliquid traijciat: aut eger ieiunus multis diebus gargarizet: almuri nabati. Aut fiat gargarismus ex aceto τ piretro. Postqꝫ uero gargarizare cessauerit sumantur salꝰ armoniaci piretri: piperis: sinapis: omnium partes equales: τ ex eis bene pulierizatis: lingua diucius fricetur. Quod si cum lingue grauedine: auditus ac reliquorum sensuum grauitas fortis affuerit: fiat egri curatio secundum doctrinam qua paralisis curaturꝰ. Si autem loquella in acutis febribus aggrauata fuerit: τ uideris ipsam cum grauitate in loquela extenuatam: et abbreuiatam τ spasmatam: aqua calida ab alto super spondilles colli: τ auris principia fundatur: τ cum oleo fricentur. Eger quoque oleum tepidum in ore tenere debet et si diu est ex quo loquella minui non cessauerit ulꝰ etiam semper considerandum est an ligamentum quo inferius lingua connectitur: maius sit quam debeat. Quod si ita fuerit ex eo parum est incidendum: τ zegi pulуerizatum immittendum.

De ligua que adeo tumescit ut os egrediatur. .51.

Cum contingit linguam adeo inflari ut pre magnitudine os egrediatur: fricanda est ex cepis: aut ex citri acetositate. Aut cum ribes: aut ex granato aceto so donec saliua multa ab ea profluat. Hoc namque modo detumescet: τ ad primam redibit mensuram. Si autem non sufficit: fiat fricatio ex sale τ aceto τ si necdum sufficit: fiat minutio ex utrisque cephalicis prius: et postea ex uenis que sunt sub lingua.

De glandula que sub lingua nodatur et uocatur ranula. .52.

Cum sub lingua glandula nociua fuerit in principio ex sale armoniaco et gallis fricanda est. Si autem uetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolente fricanda est: quod est medicamen acutum. Eger autem acetum τ salem in ore teneat.

De apostematibus accidentibus in lingua. .53.

Ista eisdem sunt curanda: ex quibus cola quas supra nominauimus: τ sinancia sanantur.

De sinantia. .54.

Cum in glutiendo sentitꝰ angustia ad ẽ passio que sinãtia uocatur. Cuius grauitas uel leuitas secundũ angustie quantitatem: deprehendi potest. Cumque cũ

traijciendi angustia fuerit in facie et oculis rubedo ꝛ repletio: in principio curationis cephalica flobotometur ꝛ gargarismus ex suco granati muzi cum carnositate sua fiat. Aut ex rob mori de seni: ꝛ post hoc fiat gargarismus cum aqua rosata in qua sumach fuerit infusum. Quod postquam per tres dies sic factum fuerit: ꝛ uenter ex suco fructuum sicut prunorum: tamarindi: cassie fistule: ꝛ terraniabin solutus fuerit: fiat gargarismus ex apozimate ficuum citrinarum: ꝛ passularum. Aut ex medula cassie fistule: cum idromelle. Quod si passio inueterauerit: ex gargarismis et insufflatione fortium medicaminum que dicturi sumus curanda erit. Si autem in facie non fuerit rubedo fluxeritque ab ore saliue multitudo et eger fuerit humectus: in principio soluatur uenter ex cochijs: ꝛ fiat enema ex clisteri acuto quod in capitulo de apoplexia nominauimus.
Cum tamen passio inceperit: fiat gargarismus ex sirupo acetoso: aut cum idromelle: et pipere: et oximelle ꝛ deinde ex almuri nabati. Fiat ēt gargarismus ex idromelle et sinapi. De his preterea que male sinanchie conferunt: est ut ex uenis que sunt sub lingua fiat minutio: et ut uentose absque scarificatione in collo ponantur et epithimetur collum ex melle anacardino donec uesice in eo generentur: ꝛ fiat gargarismus cum sinapi: ꝛ gutturi fiat insufflatio: ex hoc medicamine qđ sic fit. Sinapis sal ammoniatus: piretrum: nitrum: asa pipmentastrum sumatur: ꝛ ex eis cum idromelle fiat gargarismus.

De tusci. .55.

Cum tuscis acciderit fueritque aspera ꝛ sicca: ꝛ cum rubedine ꝛ calore egro muroba uiolatum et ptisana tribuenda erunt: fabas quoque excorticatas et spinachia cum oleo de amigdalis dulcibus in comestione accipiat. In ore ꝯo semꝑ tenere debet pillulas bichichas. Aque autem quam bibit sirupus uiolatus est admiscendus.

Confectio pillularum bichicharum.

℞. suci liquiricie: sunc[t]i albi: amborum ana .ʒ.10. amidi dragaganti: amigdalaruꝫ dulcium excorticatarum omnium ana.ʒ.ß. ex eis cum mucilagine seminis citonij: conspersis informentur pillule. Quod si cum tussi multum affuerit sputum: quod cum expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neque febris: neque uehemens uentris solutio ipsam committantur: ex his trociscis dandum erit infirmo.
Qui recipe seminis feniculi: seminis apij: suci liquiricie: capilliueneris: amigdalarum: omnium partes equales. Ex his cum mucilagine seminis lini conspersis informentur trocisci ex quibus.ʒ.iij. tribuantur. Decoctionem autem quam in hac egritudine utendum est: in capitulo de catarro iam descripsimus: cui tamen.ʒ.ß. capilliuenerisſunt addende. Quod si tussis antiqua ꝛ nociua fuerit adeo ut egrū in nocte dormire non permittat. Pillule storacine sunt dande: que recipe mirre storacis: opij: omnium partes equales: informentur ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus una: aut due pacienti tribuantur. In potu uero sumat: sirupum de papauere: et comedat semen albi papaueris cum zucharo. Qui hanc preterea patitur egritudinem uitet in comestione acetosa: salsa: pontica acria atque amara.
Suffumigium ad antiquam tussim ꝛ sputum fetidum: quod.
Recipe aristologie: mirre: storacis: galbani oīum partes equal' arsenici rubei ad pondus omnium. Omnia puluerizata ex butiro uaccino conspergātur. Ex quibus magdaleōes ad pile parue similitudinem informentur: et cum necesse fuerit in ieiunio ex uno eorum per traiectorium suffumigetur.

De asmate. .56.

Cum aliquis assidue patitur tussim: et aerem attrahit quemadmodum fit post cursum. Aut post uehementeꝫ motum: ꝛ cū iacet supinus est ei deterius: sed cum sedet est ei melius. Decoctio ei dāda est que. ℞. ficuum citrinaruꝫ.ʒ.10. dactiloꝝ

maiorem humiditatem habentium:seminis apij :seminis feniculi : capilliueneris liquiricie:ysopi :prassij omnium ana.ʒ.S .coquatur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad unam τ coletur . De hac uero decoctione tribus diebus egro in potu tribuatur:cum pondere duorum aureorum : huius confectionis que. Rx.suci liquiricie :ysopi capilliueneris : omnium ana . ʒ .10.cordumeni:piperis amigdalarum amararum aristologie rotunde seminis urtice : omnium ana.ʒ.S.mellis dispumati quod sufficit. Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit : τ est optima.Danda est itaque per ebdomadā unaꝫ continuo : deinde eger postquam comederit sinapim τ mel:uomere cogendus est τ uenter ex his pillulis soluendus que recipiunt. Agarici grana ordei.18 .colloquintide interioris:grana ordei. 6 . elacterij : grana.4.suci liquiricie.ʒ.S .fiant ex eis pillule : τ sufficiunt ad dosim unam . Post hoc quoque iterum redeat ad bibendam cōfectionem τ decoctionem sumendam :τ postremo ad uomitum τ uentris solutionem ut prius . Hoc faciendum est: donec eger sanitati restituatur . Interiꝫ tamen a cibis crossis :τ stipticis : τ acetosis abstineat .

Depleuresi . 47.

c Um aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuuꝫ τ proprie quando siccam patitur tussim :τ febris:expetit ut si dolor super partem costarum τ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in qua est dolor :nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit . Tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est . Egritudo quoque si iam per aliquot dies a sui principio infestauerit egrū flobotomia similiter a parte dolente facienda est.Melius tamen est ut flobotomia fiat : deinde aqua ordei cum zucharo assidue tribuatur . Et si uideris tussim eius uehementis siccitatis:da ei in diluculo omni die iulep : deinde da ei in potu aquam ordei. Et si eger fuerit debilis nutriatur cum pane τ ex zucharo . Si autem fortis fuerit:aqua ordei usque ad diem quartum sufficeret. Cumque screare ceperit: decoctionem quam in capitulo de reumatismo nominamus cotidie sumat ante quam aquā ordei bibat:donec sanetur . Si autem febris τ acuitas perseuerent:τ eger in excreatione difficultatem paciatur :detur decoctio quam in capitulo de aimate nominauimus:quod similiter est faciendum cum sani ei fit excreatio . Quod si in principio passionis quod excreatur nigerrimum aut ualde citrinum apparet:τ sic permanserit:τ febris non quieuerit neque dolor usque ad diem septimum timorosum est . Et sicum hoc toto aeris attractio non alleuietur in maxillis rubedo τ in oculis stupor morti est propinqu⁹. Si autem exterius in latere apparuerit rubedo:aut apostematio : et cum premitur locus dolet:ponatur desuper uentosa aut emplastrum ex sinapi : et ficubus τ dimittatur ibi donec locus ulceret . De his uero que ex errore stolidorum ad augumentum nocumēti accidunt hanc egritudinem patientibus est:quod cum dolor i principio sentitur sub costis extimant crossam fore uentositatem ideoqꝫ elactuarium diamuscum aut ei similia egro tribuendum: eumque omnino interficiunt . Hec passio uocatur birsen cuius causa est apostema qđ oritur interius in costis ypocundriorum .

De peripleumonia. 48 .

c Um homini superuenerit febris et in anhelitu tantum patitur constrictionem ut se prefocari putet :τ in maxillis ita uehemens fit rubedo ut tincte uideant: et anterior pectoris pars dolet : tussis adest:τ quod cum excreatione emittitur exist spumosum τ in pectore sentitur grauitas sine punctione τ sine calore :cui omnia hec accidunt acutum in pulmone patitur apostema:τ uocatur hec passio peripleumonia. In principio igitur curationis eius basilica minuenda est:deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

De sanguinis proiectione consputo sine uomitu τ sine rascatione. 49.

c Um sanguis cum rascatione aut paruo sonitu qui fit sine tussi egreditur non est egro inde timendum. Poterit eni sanari gargarizando ea que in capitulo de sinanchia nominauimus:τ regimen subtiliādo. Cum uomitu quoque si exierit sanguis non magnum affert timorem. Curat

namqꝫ hoc flobotomando egrum: ⁊ si come
derit stiptica: sicut sumach: ⁊ sucus uue acer
be. In potu preterea sumat ex boliarmeni
gummi arabici: balaustie: sanguis draconis
thuris omnium partibus equalibus dentur
ex eo. ʒ. iij. cũ rob simplici de citonijs. Qui
busdam autem solet accidere sanguinis exi
tus cum interpolatione: ex quo nullum sen
tiunt nocumentum immo remedium: ideoqꝫ
sic est dimittendum. Qđ si cum tussi super
ueniat sanguinis egressio: est timorosum.
Est tamen incipiendum in curatione egri
cum flobotomia ex basilica. Deinde ex tro
ciscis istis in potu tribuendum que. ℞. thu
ris sanguinis draconis amborum ana. ʒ.
iij. ⁊ terciam: karabe. ʒ. ß. ematbitis terre si
gillate: amborũ ana. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. ⁊. ß.
balaustie. ʒ. iii. opij. ʒ. ij. ranut seni. ʒ. ij. ex
his omnibus fiãt trocisci. x. de quibus co
tidie unus: in potu sumat cum suco ozimi
maioris aut portulace. Et si egritudo uehe
mens fuerit: alius circa noctẽ dandus est.
Adiutorium quoqꝫ ac coxarũ partes supe
riores sunt ligande ⁊ extremitates fricãde
Pectus etiam precipue si ĩ eo fuerit locus
dolens. ex. trociscis predictis cum aceto ⁊
aqua epithimetur. Eius preterea cibaria
sucum uue acerbe ⁊ sumach ⁊ eis similia ad
mixta habeant: ⁊ paciens supinus iacens:
de terra sigillata aliquid post aliquid paula
tim comedat.

De ptisi. .60.

c Um aliquis carniũ diminutionẽ pa
ti uidetur post tussiꝫ ex cronica passio
ne ⁊ sputo sanguinis aut saniei procedente
lac asininũ in potu tribuatur. Qđ si inue
niri non poterit: caprinũ cum pauco zucha
ro dandũ est. Cum quo etiam panem sepe
comedat: ipsumqꝫ quanto plus põt: loco a
que in potu sumat. Uinum tñ subtile ⁊ tem
peratũ: aliquando est tribuendum. Nutri
mentum autẽ egri: sit ex carnibus auium: ⁊
edina. Eger preterea ante comestionem ⁊
post balneum ingrediatur qđ non sit calidũ
sed tepidum: ⁊ in seni cupio moram faciat.
Summopere uero cauendum est: ne uenter
soluatur. Cui tamen si solutus fuerit: ex hu
ius pulueris bibitione succurrendum ẽ: que
℞. gummi arabici: spodij: boliarmeni: semi
nis mirtini: omnium ana. ʒ. i. fiat ex eis pul
uis de quo in die. ʒ. iij. cum sirupo de papa
uere albo: aut rob mirtino dentur: hui⁹ quo
qꝫ pulueris bibitio: omnibus uentris con
strictione indigentibus qui tussim paciũtur:
remedium affert. Cui plerumqꝫ adduntur
xilocaracte de siria: ⁊ bdellium de mecha.
Quod si lac egro febrem generauerit: aufe
rendum est ei lac ⁊ tipsana quousqꝫ febris
recedit danda. Deinde lac ei denuo tribu
endum. Et si febris iterum redierit: remo
to lacte: tipsana est danda: Post cuius re
cessionem: ut prius ad lac ẽ redeundum.
Hoc aũt semper est faciendum cũ necessitas
urget ⁊ uenter summopere custodiendus ne
soluatur.

De tremore cordis. .61.

s I cum cordis tremore: fuerit pulsus
uelocitas ⁊ febris: eger ex basilica ẽ
minuendus: ⁊ trocisci cãphoratus sucoma
lorum acetosoꝝ: in potu sunt tribuendi: que
℞. spodij: seminis cucumeris: citroli endi
uie. Lactuce: portulace: rosarum: sandali:
albi: omniũ partes equales: ⁊ pro uno quo
qꝫ pondere aurei unius ex eis sumatur: cã
phore trium granoꝝ ordei pondus: ex qui
bus cũ suco macianoꝝ confectis fiant trocis
ci: de qbus in potu cotidie unius aurei pon
dus: quaqꝫ die tribuatur. Qđ per duas eb
domadas fieri conuenit. Si autẽ hec non
suffecerint lac de quo butirum sit extractuꝫ:
ad bibendũ detur. Ipse uero nutriatur ex
pullis cum aceto: ⁊ suco uue acerbe: ⁊ ex a
cetoso. Sirupũ pterea acetosũ de zucharo
factũ: bibat. Si aũt cũ cordis tremore ñ fue
rit febris Trocisci muscati in potu sumãt q.
Recipe masticis: spice: xiloaloes: cinnamo
mi: gariofiloꝝ: gallie muscate: nucis musca
te: cubebe: cardamoni maioris ⁊ ihelohe:
corticis citri: omniũ ana pondus unius au
rei: musci sexta. ʒ. i. ex his omnibus cum ui
no redolente conspersis: fiant trocisci. Hij
autem trocisci conferunt sincopi: ⁊ tremori
cordis.

Electuarium.

d Iamuscum preciosum: quod ad sinco
pim: ⁊ tristiciam: ⁊ corde tremorem:
⁊ tedium: faciens. ℞. masticis cinnamomi:
seminis ozimi maioris: seminis ozimi gario

stilati:seminis melisse:seminis sisimbri:semi nis sansuci:macro piperis: omnium partes equales:ex quibus omnibus puluerizatis. ʒ.x. sumantur: margaritarum minutarum co ralis rubei: karabe: sete crude: been albi: et rubei: folij: omnium ana. ʒ.x. musci tubatia corconij puri. ʒ.s. conficiantur cum melle de mirobalanis: kebulorum. Hoc enim elactu arium ad frigiditatem stomachi: et digestiue egritudinem: optimum existit.

De passione collerica. .62.

Cum paruus dolor punctio et tristitia alicui superuenerit: affuerintque cum ea uel post ipsam uomitus et uentris solutio: a qua calida multotiens continue in potu tri buatur: et si adhuc perseuerauerint: uomitus et uentris fluxus aqua calida iterum detur. Sedabitur enim passio. Cum autem egri tudo quieuerit eger balneum ingrediatur: in quo per unius hore spacium moref. Egres sus autem de balneo: leui alatur nutrimēto deinde dormiat. Sed licet uomitus et uen tris fluxus uehementes fuerint: et sintboma ta terre facientia superuenerint: non tamen est timendum: immo cum medicaminibus que ego nominabo succurrendum. In pri cipio itaque trocisci de olibano cum aqua et niue: et rob granatorum dentur semel: qui item etiam sunt dandi si uomitus non ces sauerit. Quoque adiutoria et coxe in supmis partibus ligentur: et aqua in niue infrigi data super crura et pedes fundatur: et in ip sam etiā mittantur. Venter quoque ex san dalis: rosis camphora: gallia: aqua rosata consperfis epithimetur: et pannus aqua ro sata in niue infrigidata infusus desuper po natur: qui postquam tepefactus fuerit: est remouendus et alius ut prius desuper mit tendus. Ad potandum autem paulatim tri buatur uinum uetus temperatum cum rob granatorum et quando uomuerit iterum tri buatur. Panem quoque in suco granatorum infusum: cogendus est sumere cum uino et co medere. Quem si uomuerit: iterum dan dus est donec quiescat. Quod si sincopis superuenerit muscus cū uino dare conueni ens est: inde inferendo et sucus carnis edi ne et pulline: cum pauco citoniorum suco in uino mixtus: in potu est tribuendus. Pulli preterea sunt assandi et ante nares ipsius discerpendi: thus etiam dandum est ut ip sum masticet: et paulatim trahiciat. Et po stremo bolum corascenum cum camphora conditum tribuatur. Quicquid autem de hu ius passionis cura nunc usque diximus. Donec uomitus sedetur: et stomachus cibū recipiat: fieri conuenit. Postquam uero stomachus ipsius recipere cibum poterit. Nutriendus est eger: et parum uini ueteris bene redolentis in potu sumat: et dormire incipiat.

Trociscus de olibano ad uomitū dicti. Recipe boli corasceni: thuris: amborum ana. ʒ.x. cubebe: cardamomi: amborum ana. ʒ.ii. et .s. camphore: gallie: gariofil: omnium ana sextam. ʒ.i. fiant trocisci pondere aurei unius. Hi enim uomitui multum conferūt. Rob de granatis: sucus granatorum aceto sorum sumatur: et per noctem unam aut am plius dimittatur: donec quod crossum est in fundo resideat. Deinde coquatur et dispu metur donec iulep similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido: mente uiridis stipites mittantur: et in ipso manere dimittātur quousque infrigidetur. Cumque infrigidatum fuerit: extrahaf. Ad cuius similitudinem sirupus de citonijs et si rupus de malis macianis fieri conuenit. Si autem uomitus hora aliqua nimis inualue rit et superfluerit magna uentosa stomacho superponatur.

De his que confortant stomachum: et ci borum perfitium digestionem. .63.

Cum stomachi debilitas cum pauca si ti: et tarda cibi de stomacho descēsio ne: et accedo rutu fuerit: fuerintque omnia ac cidentia hec parua neque fuerint uetusta: stomachus cum trociscis de rosis erit curan dus. De quibus eger cotidie in mane pon dus aurei unius. et .s. cum. ℥.i. decoctionis de seminibus sumat. Decoctio autem de se minibus hec est: sumatur cimīnum nabatī: et ameos: et bulliant in miua donec aqua fiat rubea de qua preterea cum trociscis de ro sis ut predictum est in potu tribuatur. Tro cisci uero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris ro sarum rubearum. ʒ.iij. xiloaloes: spice: ma stice: silocassie: squinanti: cinnamomi: absin

thii omnium ana.ʒ.i. conspergantur ex uino ueteri: et informentur trocisci. Nutriatur uero ex his que cito digeruntur et paucorum sunt humorum: ac paucarum superfluitatum: que etiam ex redolentibus et seminibus sint condita sicut sunt calagie et mutagenat. Ipse quoque ante comestionem multo utatur exercicio et aquam minus solito bibat: et post comestionem multum dormiat. De uino quoque ueteri: et puro: parum bibat totamque nutricationem minuat. ¶ Quod si hec accidentia uetusta fuerint. Electuarium diacimini electuarium diaolibani amborum ana unius aurei pondus: cum.ʒ. una ueteris uini puri in potu sumatur. Regimen autem eius sit ut prediximus.

¶ Electuarium diaciminum.

Recipe cimini carmeni.ʒ.c. zinziberis.ʒ.xx. piperis.ʒ.x. foliorum rute bauracb: panis amborum ana.ʒ.x. Hec omnia cum melle dispumato confitiantur: et detur de hoc electuario si uenter strictus fuerit. Quod si solutus fuerit uenter. Electuarium diolibanum est dandum. Cuius descriptio in capitulo de uentris solutione continetur. Si autem non suffecerit: squama ferri cum uino tribuatur.

¶ Scoria autem ferri hec est.

Recipe seminis apii: seminis feniculi: anisi: cimini: ameos: amude: origani keisim: carui: seminis coriandri: melano piperis: macro piperis: cinamomi thuris: spicis: gariofilorum nucis muscate: ciperi. zinziberis: omnium ana: pondus aurei unius: scorie: aureos.x. omnibus sexcuplum uini addatur: et coquatur donec ad medietatem redeat: et coletur deinde eger: de hoc sirupo postquam colabitur pondus.ʒ.xxx. cotidie bibat: et nutricationem aleuiet. Quod per tres ebdomadas faciens: caueat sibi ab acetosis: et a fructibus recentibus: et ab aqua frigida: uinum uero mensurate bibat.

¶ Emplastrum stomachum confortans et calefaciens.

℞. storacem: spicam: squinantum: absinthii. calamum aromaticum: masticem. Ex his cum uino ueteri et suco citoniorum conspersis emplastrum super stomachum ponatur. Ad hoc preterea confert: ut stomachus fricando inungatur ex oleo quod fit de spica nardi: et cipo: et ut lana carminata in predicto oleo: calefacto inuoluta super stomachum ponatur et cum panno ligetur. Eger quoque uinum uetus bibat: aut miuam: aut ydromel.

¶ Miua autem hoc modo fiat.

¶ Sucus citoniorum murorum sumatur: et per diem et noctem ut residere possit: dimittatur: et coletur. Deinde eius quod clarum est partes due sumantur zuchari pars una: uini ueteris una: et incipiat coqui suauiter et dispumari: donec in iulep: similitudinem transeat: postea pro una quaque libra ex toto sumantur zinziberis spice: cinamomi: gariofil: omnium ana.ʒ.i. masticis.ʒ.ij. omnia hec puluerizata in panno ligentur: et intus dum calidum est mittantur: et cum infrigidari ceperit pannus extrahatur et exprimatur: deinde sirupus recondatur. Quod si digestiue debilitas fuerit cum multa siti: et paucorum ciborum appetitu et fetido ructu: sirupus acetosus de citoniis bibatur.

¶ Sirupus acetosus de citoniis.

℞. suci citoniorum acetosorum: partem unam zuchari albi: partem unam: aceti clari quartam partem unius: coquantur omnia simul donec inspissentur. Est autem sirupus iste stomachi confortatiuus et ad suas peragendas actiones iuuatiuus: et uehementiam inflammationis et incensionis que in eo est sedat. Egri uero nutricatio sit res in qua simul congregantur acetositas et stipticitas ut est caro cum suco uue acerbe cocta: et cum malis macianis similiter cocta: et cum ribes: et frigida ex albulem et amososi: et illis similia ex cibis. De isto preterea detur puluere pluries: ut transglutiat: qui. ℞. rosarum rubearum.ʒ.x. spodij.ʒ.iii. seminis coriandri.ʒ.ʃ. dosis eius.ʒ. duarum cum suco granati muzi: et cum sirupo acetoso de citoniis. Si autem cum hoc quod diximus fuerit in corpore extenuatio et inflammatio: egro lac et aqua ordei danda sunt. Ipse quoque ex herbis humectantibus est nutriendus ut sunt lactuce: malue:

cucurbite:citroli:carnes edorum:z agnorū lactantium z pisces recentes. Balneum preterea ante quam comedat: z postquam comederit:tinam cotidie ingrediatur: z uinum clarum ualde temperatum bibat: z assidue utatur quiete:z motum z exercicium uitet: sitqz totum eius regimen ut eius q corporis crossiciem adipisci desiderat: z si cum hac dispositione inflammatio fuerit z incensio uehementissima:stomachus ex rebus frigidis erit liniendus:z aqua ordei danda. Sitqz eius regimen ut ethicā habentis.

De dolore z apostemate stomachi .64.

Si cum dolore stomachi adsunt tribulatio z nausea:egro aqua tepida i potu ē tribuēda:z ut uomat precipiendum z si hoc ñ suffecerit. Uenter ex yera pigra soluatur:que. ℞.pulueris rosarum rubearum: spice masticis: xilobalsami: carpobalsami: cinnamomi:xilocassie:asari.omnium ana.ʒ. ß.aloes cicotrensis duplum omnium: quod bene tritum cum alijs misceatur medicinis tritis z cum panno sericino subtilissimo cribellatis:quarum trituracio cū aloe secundo iteretur. Cuius dosis sit a pondere duorū aureorum usque ad.ʒ.ij. Egro quoqz cotidie detur panis in uino z suco mali granati infusus z in sirupo acetoso de citonijs. Quod si cum dolore fuerint ructuum multitudo z extensio atqz singultus:egro electuarium diaciminum:z de calamento:z alie cōfectiones que uentositatez dissoluere consueuerunt: que in capitulo de colica nominabimus danda erunt. Cibaria uero eius sint calagie: z mutagenat: cum seminibus uini ueteris puri parum bibat:z utatur motu:z ingrediatur balneum. Stomachus quoqz ex oleo de neridem ut diximus in panno inuoluto uaporetur. Si autem cum dolore stomachi fuerit febris: z apostema manifestum:z cuz tangitur sentitur calidus: eger prius ex basilica flobotometur: z loco dolēti duo superponantur sandali z rose: z camphora cum aqua rosata: z suco citoniorum. Nutrimentum uero eius:non sit nisi sola ordei aqua z custodiatur a carne z uino: z cō fectionibus que de melle fiunt: z bibat sucum granatorum muzorum z rob de fructibus frigidis. Cumqz caloris uehementia sedata fuerit:egro cassia fistula in suco endiuie dissoluta z bulita ac dispumata:ad bibēdum detur. Cum autem egritudinis dies elongati fuerint z calor omnino quieuerit si remāserit apostema cum duritie. Ex hoc emplastro epithimetur locus: qd̄ Recipe uiolarum siccarum.ʒ.x.rosarum rubearum. ʒ.ß.spice odorifere masticis: amborum ana ʒ.iij.ciperi squinanti:calami aromatici: omnium ana.ʒ.ij.farine fenugreci.ʒ.xx.florum camomille:seminis maluauisci albi: farine ordei: omnium ana.ʒ.x. conspergantur omnia ex mucilagine seminis lini. Deinde locus ex oleo de neridem tepefacto inunctus emplastretur ex predictis: per quatuor horas antequam comedat: z postquam cibus fuerit digestus: z stomachus fuerit euacuatus:ex oleo de neridem cum lana ut dixim⁹ uaporetur.

Confectio olei nardini simplicis.

℞.olei deben:lib̄.i.spice.℥.ß. masticis: costi:ciperi:squinanti:calami aromatici:omnium ana:octauam.℥.unius: omnia hec pl̄uerizata in predicto oleo posita ad solem per ebdomadam unam uasis ore clauso dimittatur. Deinde colentur: z exprimātur feces z scophe que in manibus remanserit emplastris admisceantur. Optime enim erunt. Cum autem apostema i stomacho inueterauerit. Trocisci de spica erunt dandi:qui.℞.florum squinanti:xilocassie: raūt seni:calami aromatici: spicis omnium ana. .ʒ.iij.croci mirre:anisi costi: piperis omnium ana.ʒ.i.bdellij uarij.ʒ.iij.masticis.ʒ.ii. amoniaci.ʒ.i.informentur trocisci: quorum unusquisqz unum pōderet aureum: ex qbus unus cotidie cum uino cocto detur. Emplastruz quoqz istud fiat quod. Recipe bdellii mollis ʒ.x.armoniaci.ʒ.ß.seminis ben:seminis apii amborum ana.ʒ.x. spice: masticis nigri:amborum ana.ʒ.ß.cere: olei de neridem.ʒ.iß.gumme in uino dissoluātur. Deinde omnia coniungantur z fiat ex eis emplastrum. Ad dolorem tamen stomachi z epatis curandum medicus ualde eruditus est necessarius qui ipsorum diligenter attendat dispositiones. Nos tamen aggregatio

nes et summas ad hoc conferentes iam dixi mus licet inquantum potuimus in hoc abre uiauerimus sermonem.

De singultu. .65.

C Um singultus post crossi cibi come stionem: aut uini ualde temperati bi bitionem superuenerit: aqua calida in qua ciminum et menta et mentastrum: et parum thuris bullierint: multotiens in potu erit su menda: et egro ut dormiat est precipiendum et uenter uaporandus et ieiunandum est ei. Cum autem per multos dies: a comestione abstinuerit iubendus est balneum sepe in gredi: deinde paucis cibis desiccantibus tamen est alendus: sicut sunt calagie: et mu tagenat cum seminibus: et uini puri parum in potu tribuendum. Et si hec non suffece rit: trocisci isti dandi sunt: qui dicuntur tro cisci de thure: et Recipe thuris.ʒ.ß.emile. ʒ.iij.mentastri: foliorum rute sicce: ambobus ana.ʒ.ii. seminis nemē.ʒ.iij.et.ß. informēt ex his trocisci pondere unius aurei ex qui bus unus in die cum apozimate cimini tri buatur. Quod si singultus post febrem acciderit: fueritque cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore siccitas: aqua ca lida egro multotiens danda erit non tam re pente sed paulatim: et si sedatus non fuerit aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcib9 detur. Spondiles quoque colli et dorsi ex oleo tepido inungantur: et fricent: et mucila go psillij cum iulep: et suco granati: in potu tribuatur. Singultui preterea et sternuta tioni conferunt: retinere anhelitum.

De canino apetitu. .66.

C Um aliquis famem: assidue patitur: et cibus post comestionem adeo gra uat eum: ut aut uomere aut per inferio rem regionem ipsum eicere cogatur: rizi dā dum est ei: quod dum coquitur ex liquore qui fluit ab agno qui in furno assatur: inpin guatur: et cauda: et ei similia ex omni cibo qui unctuosus est et uinum uetus purum dā dum est: de quo quantum poterit bibat. Deinde precipiendum ei est ut euomat: et hoc regimine conseruandus est: donec sane tur. Quod si neque cibus eum grauat neque ipsum euomit: neque per secessum expellit carnes uaccine sunt dande: et frumentum coctum ut puls: et rizi cum lacte: et aquam frigidam in potu sumat: et in aere frigido moretur. Hac autem egritudine laborans nil acetosum et stipticum neque acutum co medat: sed dulcibus: et unctuosis solum utatur.

De dolore epatis. .67.

C Um quis male fuerit coloratus: et cum hoc malam habuerit formam. Habueritque dolorem in dextro latere apud costas posteriores: et fuerit eius malus co lor citrinus et fuerit cum hoc i ore siccitas: et sitis uehemens: aqua ordei: et suci herba rum: ut endiuie et solatri: et cuscuthe: cum si rupo acetoso ex zucharo albo facto in potu tribuantur. Emplastrum quoque ex duob9 sandalis: et rosis: et camphora et aqua rosa ta cum panno lineo loco superponatur. Quod hoc modo fiat: pannus in predictis inuolutus superponatur. Cumque tepere ceperit: remoueatur: et alius loco ei9 appo natur. In potu preterea sumat granatorū sucum: et robub qui infrigidare consueuerūt. Hic quoque a uino et a confectionibus que de melle fiunt: sibi caueat: et a cibis calefa cientibus: et sumat: trociscos de berberis: qui. ℞.suci berberis.ʒ.x. seminis endiuie: citroli seminis: portulace seminis: omnium ana.ʒ.iij.rosarum.ʒ.ij.ranet seni.ʒ.i. spice ʒ.ß. Informentur trocisci pondere aurei unius: ex quibus detur unus cum sirupo a cetoso de zucharo. Aut cum suco granati. Uenter quoque si necesse fuerit cum suco fru ctuum soluatur: ut sunt pruna et tamarindi: et zucharo albo. Quod si malus color qui est cum dolore epatis fuerit albus me dius uidelicet: inter eum qui est cum fluxibi litate: et eum qui est cum tumore fuerintque cum eo uentris solutio et palpebrarum atque extremitatum tumor: trocisci: de ranet seni cum sirupo acetoso de melle in potu dandi sunt: qui. Recipe masticis: suci eupatorij: suci absinthij: seminis feniculi: anisi: omni um ana.ʒ.ij.ranet.ʒ.x.informentur trocisci pondere aurei unius ex quibus unus in po

tu omni die tribuatur. Sumãtur preterea spica: mastix: ciperum squinantum: calamus aromaticus: crocus: mirra. Deinde mirra & mastix: in uino dissoluta cum alijs misceantur & ex eis emplastrum epati superponatur. Eger uero a cibis crossis & frigidis abstineat. Si autem hec non suffecerint: trocisci de lacca cum apozimate de radicib⁹ sunt dandi. Trocisci autem de lacca sunt: qui. Recipe lacce: ranet seni: amborũ ana. ʒ.iij. spice: seminis apij: ameos: masticis squinanti: seminis iuniperi: amigdalarum amararum: costi amari: rubee: succi eupatorij: asari: aristologie rotunde: genciane: omnium ana. ʒ.i.&.S. Informentur ex his trocisci pondere unius aurei.

Apozima radicibus.

Recipe corticis radicũ apij: feniculi amborum ana. ʒ.x. seminis apij: seminis feniculi floris squinanti: ameos omnium ana. ʒ.S. rosarum rubearum: spice odorifere: amborum ana. ʒ.iij. coquantur: in libra una: aque donec ad tertiam redeat: & detur in potu cum predictis trociscis. Si autem apostemata in epate fiant eorum cura erit ut apostematum que in stomacho generantur.

De ycteritia. .68.

Si cum yctericia fuerit febris: sucus endiuie: & solatri: & aqua ordei: egro in potu tribuatur. Ipse quoq; ex cucurbita & crisolocanna: & citrolis: & his similib⁹ herbis frigiditati attinentibus nutriendus est: & sirupum acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. Epati preterea emplastrũ ex duobus sandalis est superponendus: & uenter ex suco prunorum & zucharo soluendus. Que si non suffecerint: trocisci de cãphora cum suco granatorum dandi sunt.

Trocisci de camphora.

℞. zuchari: spodij: rosarum rubearum: omnium ana. ʒ.iij. seminis endiuie: seminis citrolorum cucurbite. Lactuce portulace: seminum ex omnibus sandali rubei: oium ana. ʒ.i. Informentur ex his trocisci pondere ʒ.ii. ex quibus cotidie unus cum sexta. ʒ. unius de camphora detur. Si autem eger uenas habuerit plenas fueritq; diu ex quo minutus non fuit: flobotometur. Quod si yctericia fuerit sine febre: uenter ex his pillulis soluatur: que. ℞. aloes. ʒ.i. scamonee quarta. ʒ.i. agarici partes duas. ʒ. uni⁹ suci eupatorij tertia. ʒ.i. Ex his cum suco endiuie confectis: fiant pillule: sufficient ad dosim unam. Deinde dentur trocisci de lacca cum apozimate de radicibus. Si autem yctericia in oculis remanserit eger fortissimum acetum paulatim olfaciat: & balneum ingrediatur. Eius quoq; oculis qui ycteriçiam cum febre patitur: aqua rosata immittenda est. Ycterície preterea ualde confert: ut eger per tres ebdomadas: serum bibat.

De ydropisi. .69.

Cum uenter post epatis dolorem & febres augumentari ceperit: & quod ẽ ab umbilico usq; ad femur exterius prominuerit & cutis que ibi est subtiliari: & albere uisa fuerit: & cum uenter mouetur audit sonus quasi aque in uase non pleno mote Et si cum his urina fuerit rubea parua habẽda est fidutia & proprie si uirtutis nõ affuerit fortitudo. His tamen si uirtus fuerit fortis: & uenter uehementer siccus pillule de ranet que recipiunt mezerion sunt dãde Pillule aũt de ranet sunt: que. ℞. ranet seni: suci eupatorij: seminis endiuie: omniũ ana. ʒ iij. agarici. ʒ.S. mezerion. ʒ.x. fiãt ex his pillule: quarum dosis sit. ʒ.ii.&.S. ex quibus quaq; ebdomada dosis una sumatur. Qđ si uirtus debilis fuerit: trocisci de mezerion sunt dandi qui. ℞. seminis endiuie. ʒ.x. mezerion. ʒ.i.& duas tertias: agarici suci eupatorii: similiter tantumdem: rosarum: seminis citrolorum: amborum ana. ʒ.ii.&.S. Ex his omnibus fiant trocisci. x. de quibus un⁹ in die cum sirupo acetoso de zucharo dandus est. Si autem uenter fuerit solutus: dentur trocisci de berberis cum sirupo acetoso. Eger quoque nutriatur ex cibregi: & bibat sirupum acetosum de citoniis. Et si uentris solutio uehemens fuerit: citoniorum rob solum dandum est. Si autem

cum hac passione non fuerit urina rubea neque calor. Pillule iste dande sunt: que Recipe mezerion:serapini amborum ana. ʒ.S.salis indi: fumi columbini: amborū añ sextam.ʒ.i. Pillule enim iste aquam uehementer expellunt: ⁊ descendere faciunt:trocisci preterea de lacca cum apozimate ð radicibus dandi sunt.

¶ Emplastrum asciliti conueniens.

Recipe farine ordei: ciperis stercoris ouini ueteris:baurach:boli armeni omniuꝫ partes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima super uentrem. Huius namqꝫ proprietas est:aque magnam partem exsiccare. ¶ Quod si in palpebris ⁊ extremitatibus fuerit apostema molle: ⁊ testiculi apostemantur faciesqꝫ ac totum corpus mollicie quadam teneantur:erit tunc ydropisis species que yposarcha nominatur. Egro itaque hac laboranti:trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt tribuendi: ⁊ uenter quaqꝫ ebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus: ⁊ paciens in arena calida sepeliendus. Ei preterea est precipiendum:ut exercitio utatur: ⁊ famem ac sitim sepe patiatur. ¶ Si uero uenter inflatus ac tensus fuerit: ⁊ cum percutitur sonum reddit ut tympanum: ydropisis species adesse significabitur: que timpanites dicitur. Quam qui patitur a comestione olerum abstinere debet: atque eorum omnium que uentositatis sunt generatiua. Uenter quoqꝫ omni die ex panico est uaporandus: ⁊ uentose super uentrem ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sunt: ut diaciminum: elactuarium de bachis lauri quod in capitulo de yliaca nominabimus. Eger preterea exercitio uti assuescat: ⁊ famem pati: ⁊ ex collirijs que uentositatem dissoluunt quorum faciemus mentionem si bi subiciat. Uenter quoque cum mandili donec incipiat rubere:fricetur:⁊ ex oleo rutaceo clisterizetur.

¶ De dolore splenis. .70.

SI cum dolore splenis fuerit calor: ⁊ urine rubedo: ⁊ febris: eger ex his trociscis sumat:trocisci de agno casto. Recipe seminis agni casti: tamarici seminis: amborum ana .ʒ.x. seminis endiuie: seminis portulace: amborum ana .ʒ.v. Ex his fiant trocisci: de quibus cotidie detur unius cum sirupo acetoso de zucharo: cuius pondus sit .ʒ.iii. Eger uero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flobotometur. Splen quoque ex frustro filtri aceto calido infusi: embrocetur: ⁊ obseruetur a rebus dulcibus: ⁊ cibis crossis. ¶ Quod si cum predicta egritudine non fuerit calor: egro trocisci de capparis:dandi sunt: qui. Recipe corticis radicuꝫ capparis seminis agni casti: amborum ana.ʒ. x.scolopendrie.ʒ.7. aristologie longe foliorum rute:seminis nasturcij:acori: nigelle: omnium ana .ʒ.iii. armoniaci.ʒ.iii. Armoniacum in aceto. Dissoluatur: ex quo cetera conficiantur: ⁊ informentur ex eis trocisci ponderantes .ʒ.ii. ex quibus unus cum sirupo acetoso de melle: ⁊ apozimate de radicibus in potu sumatur. ¶ Si autem splen tensus fuerit: ⁊ cum premitur auditur sub eo rugitus: ex predictis crocisis cum apozimate de radicibus est dandum: ⁊ uinum uetus bibendum: ⁊ potus aque minoretur: quantum plus possibile fuerit.

¶ Emplastrum ad duriciem ⁊ uentositateꝫ que est sub splene.

Recipe foliorum rute.ʒ.x.baurach:mentastri sicci: amborum ana.ʒ.iii.armoniaci. ʒ.8.armoniacū in ueteri uino dissoluatur ex quo cetera conficiantur: ⁊ fiat ex eis: emplastrum quod loco superponatur.

¶ De colica. .71.

SI cum dolore uentris fuerit ipsius constrictio ⁊ nausea: sed neqꝫ febris neque calor affuerit: ea ergo danda sunt que uentrem sine uomendi desiderio soluāt

ut est. Elactuarium de gallia:quod. ℞.ma sticis gariofilorum:zinziberis melano pipe ris: macro piperis: cinnami nucis musca te: gallie: omnium ana.ℨ.x. scamonee.ℨ.x. postea exprimantur citonia acetosa ⁊ recen tia: ⁊ sucus eorum cum eiusdem quantita tis melle misceatur ⁊ coquatur usqꝫ ad spis situdinem paulatim: ⁊ conficiatur ex eo me dicamen: quod tamen eiusdem sit quantita tis cuius species sunt. Cuius dosis sit a duabus.ℨ.usque ad duas ⁊.S. Quod si nau see uehementia non fuerit: neque eger me dicinas uomuerit. Pillule yliatice sunt dande: que. Recipe colloquintide:serapi ni: amborum ana.ℨ.x.scamonee.ℨ.iii. ⁊ ter tiam. Informentur pillule: de quibus uni us aurei pondus: est dandum. Veloci ter enim passionem dissoluunt yliacam.

Si autem passio yliaca difficilis fuerit ne que medicamina uentris solutiua ei contu lerit. Hoc suppone colirium:quod. Reci pe salis panis.ℨ.x.colloquintide interioris scamonee: amborum ana.ℨ.ii.⁊.S.fiant ex eis colliria longa ⁊ suponantur. Et si non contulerit:ex euemate leui clisterizetur: qđ Recipe ficus citrinas.v.furfuris quantum manu una capi potest: maluauisci manipu lum.i.hec in panno ligata: ⁊ sicle folia .x. in duabus libris aque coquantur donec ad unam redeant:deinde coletur: ⁊ ponatur: super eam baurach pondus aurei unius: olei sisamini.℥.i.⁊ fiat clistere ex eo. Si quis autem forcius ⁊ acutius facere uolue rit: pondus aurei unius de collirio quod prius diximus admisceat. Clistere uehe menter soluens quo tunc utendum est cum medicamina non conferunt: neque uenter soluitur. Recipe colloquintide interioris. ℨ.x.centauree.ℨ.v.bocbor marine: artbani ta: amborum ana.ℨ.ii.mentastri: rute:ori gani: omnium ana: manipulum unum om nia ī tribus libris aque donec ad duas ter tias libre unius redeant: coquantur: ⁊ co lentur deinde dissoluantur in eo alkitran: mellis:amborum ana.ℨ.iii.castorei: serapi ni:opoponacis: colliriȷ quod prediximus: omnium ana.ℨ.ii.misceantur omnia:⁊ dum tepidum est:fiat ex eo euema: ⁊ si squikile

exierit: iteretur clistere donec exire uiden tur. Hoc namque clistere administrari de bet:cum res fortissima est ⁊ pessima:⁊ in co lica mala: ⁊ est illa in qua sit nausea ualde uehemens ⁊ inferius nihil egreditur.

Huic p̄terea egritudini quandoqꝫ fetida su peruenit eructuatio: ⁊ plerumque stercus per os egreditur: quod cum hoc accidit: sepe portendit mortem. Quod si cum uen tris dolore non fuerit ipsius strictura: sed inflatio: ⁊ rugitus ac tensio in uentre exi stunt. Confectio de bachis lauri danda est que. Recipe foliorum rute siccorum.ℨ.x. ameos: cimini: nigelle: keisin: origani: carui alexandrini: seminis amigdalarum a mararum: melano piperis macro piperis mentastri:dauci:acori:bacharuꝫ lauri:casto rei:omnium ana.ℨ.ii.sarapini.ℨ.iiiȷ. opopo nacis..ℨ.iii.conficiantur cum melle eiusdeꝫ ponderis:cuius dosis sit ut auellana una: aut nabacca multis uicib⁹ cū untia una uini calefacti:aut cum apozimate de radicibus. Huic enim confectioni in remouendam uen tositatem ⁊ dissoluendam:nihil equiperatur Hoc preterea suppositorium subiciatur: quod est uentositatis dissolutiuum. Recipe cimini: foliorum rute uiridis: amborum ana manipulum unum bochor marine: ar thanite: amborum ana .ℨ.ii. baurach .ℨ.i. conficiantur ex melle ⁊ supponatur cum spongia uel lana. Hoc enim dissoluit uen tositatem:⁊ inferius expellit. Venter quo que assidue ex panno calido uaporandus est ⁊ eger in tinam mittendus. Si autem hec non suffecerint uentosa cum igne impo nenda est:⁊ locus donec rubere incipiat fri candus. Post hec unctio fieri conuenit ex oleo rutaceo ⁊ ex aliȷs oleis calidis: ⁊ ex eis clisterizandus est eger. Postquam eis admixta fuerit: castorei euforbiȷ: ambo rum ana .ℨ.S. Hanc uero solitus pati egritudinem: dum sanus est caueat ne ui num aqua mixtum bibat: nec etiam sumat uinum nisi purum ⁊ forte neque aquaꝫ mul tā bibat:⁊ abstineat ab herbis ⁊ lacte:⁊ oī bus inflatiuis. Filonium faciens ylio sis cum maximo cohartantur dolore: et ti metur ne sincopis egro superueniat uento

sitatem carminat somnum prouocat. Recipe piperis: ameos foliorum rute: mentastri: castorei baccarum: lauri: cimini: omnium ana. ʒ. i. opii: mandragore iusquiami seminis omnium ana. ʒ. ß. conficiantur cum melle eiusdem quantitatis: detur ex eo pondus unius aurei. Huic quoque elect. additur plerumque scamonee. ʒ. tertia: et fit tunc medicamen uentris solutiuum. Si autem cum dolore etiam febris affuerit: cassia fistula in suco endiuie: bullito et dispumato dissoluta: egro est danda: et sirupus uiolatus in potu est tribuendus: et nutriendus est: ex tafea cum oleo de amigdalis dulcibus condita: et ex leni clisteri clisterizandus. Cum autem locus doloris in uentre apparuerit crossus: et apostema habens: eger in principio flobotometur: deinde cassia fistula cum suco herbarum sepe danda: et sit cibus eius cuius hic dolor ex consuetudine accidere solet: tafea unctuosa cum zucharo: et cum oleo sisamino: et abstineat a rebus stipticis: et acetosis: et cibis crossis: et uentrem stringentibus. Qui autem cum hoc dolore uentositatem pati solitus est: cibetur cum kalagie et mutagenat conditis cum seminibus: et abstineat ab holeribus: et lacte et ab omnibus que inflant. Et bibat uinum forte et non uiciatum. Aut ydromel: cum speciebus que pro condimento ponuntur ut piper quas dicemus: ydromell' confectio. Recipe mell' mundi lib. i. aque: lib. vi. misceantur et coquantur: diu et spumentur bene donec fiat ad similitudinem iulep. Cumque hoc factum fuerit: in unaquaque libra ex eo mittantur. ʒ. ii. piperis pulnerizati in panno ligati donec appropinquet finis decoctionis eius: et cum infrigidantur extrahatur pannus et exprimatur: et cum necesse fuerit propinetur. Confert etiam cui hec passio ex uentositate et crossa superfluitate accidere solet: oleum de kerua recenti cum apozimate de seminibus sumptum. Apozima autem de seminibus est hoc. Recipe ameos cimini: keisim: carui: origani: mgelle: omnium ana pugillum unum. Istis admisceantur aque lib. iii. et coquantur donec redeant ad libram unam. ʒ. ß. De hoc itaque apozimate sumantur. ʒ. ii. quibus. ʒ. iii. olei de kerua addantur: et multis diebus bibantur. Sed si cui dolor iste cum calore superuenerit: pruna. xx. et ficus citrine. v. et passarum enucleatarum. ʒ. v. sumantur: et coquantur: et colentur: deinde cassia fistula in eo dissoluta coletur cui oleum amigdalinum admisceatur et sumatur et ex apozimate quod in capitulo de reumatismo diximus in potu tribuatur. Venter uero si multum fuerit siccus: predicto apozimati addantur pollipodii turbit: amborum ana. ʒ. ii. et coquantur cum eo: et detur donec uenter soluatur. Cum autem solutus fuerit: remoueantur pollipodium et turbit. Electuarium quod uentrem soluens inflationem resoluit et grauedinem Recipe turbith albi fricati et puluerizati. ʒ. xx. zinziberis. ʒ. x. zuchari. ʒ. xxx. huius pulueris. ʒ. iii. ad bibendum dentur. Pillule de quibus cum quis uentrem soluere uoluerit: unam sumere debet. Que apetitum excitant et inflationem reprimunt et grauedinem et cibum digerunt. Recipe mastici zinziberis: cinnamomi: gariofilorum ne heremisk: melano piperis: macro piperis: scamonee: uiolarum: zuchari: omnium ana. ʒ. i. fiant ex eis pillule ad magnitudinem ciceris: et sumatur una mouet enim semel aut bis.

Capitulum de fluxu uentris.

Cum cibus in stomacho more solito non moratur: immo cicius egreditur non mutatus nisi parum: fuerit cum hoc mordicatio et dolor in uentre et sitis cum quo etiam plerumque adest uentris fluxus in quo ante comestionem inuenitur purulentum: detur egro rob de suco uue acerbe. Aut de suco ribes: aut de suco granatorum: cum spodii rosarum amborum ana. ʒ. i. Trocisci quoque de spodio constrictiui istis tribuantur. Nutriatur uero ex adesia citrina: et pull' cum aceto coctis: et assatis et in suco uue acerbe positis. In potu autem sumat sumach cum aqua rosata: et deinde

nutriatur ex cibo cui admiscetur sumach qui nocatur sinnachia. Totumque eius regimen ad hoc perducatur ut infrigidare possit ꝛ constringere. Quod si non fuerit cum eo mordicatio in uentre: neque quod egreditur pus habet admixtum: sed est uiscosum: et adest inflammationis paucitas: et pauca sitis: et rutus accidus. Egro sicla: et sinapis: ꝛ pisces saliti tribuantur. Deinde cogatur ea uomere sumendo salem ꝛ mel: et anetum coctum. Que si non suffecerint. Medicamen quod expellit flegma tribuatur. Quod. Recipe aloes .ʒ.i.colloquintide: interioris.ʒ.4.sal'indi .ʒ.iiii.turbith .ʒ.i. Ex his fiant pillule: et sufficiunt a dosim unam. Uomitu preterea sepe utatur: et cibaria quibus utitur in almuri perso intingantur: et comedat sulcita que sale condiuntur et que acimoniam habent que appetituꝫ prouocare consueuerunt. Si autem cum hoc quod diximus nihil egreditur quod si superfluum: neque quod expellitur aliquid purulentum uel flegmaticum habet admixtum egro uinum purum et forte tribuendum est: ꝛ diaolibanum dandum: quod. Recipe olibani .ʒ.x.piperis: ameos: spice:keisim:anisi: nigelle: omnium ana .ʒ.ii.balaustie.ʒ.x. mellis dispumati quod sufficit adconficiendum:detur ex hoc in potu: quia stomachum calefacit ꝛ uehementer desiccat. Apozima quoque de seminibus quod in capitulo colice passionis nominauimus detur et asuescat in potu sumere uinum purum. Si uero cibus non egreditur sed res subtilis ꝛ alba ꝛ aquosa:cum qua sunt ea que epatis significant debilitatem egro tribuantur id quod fit de scoria: et diaolibanum: et trocisci calefacientes epar quas nominauimus:ꝛ electuariū diacalamentum: quod. Recipe foliorum rute: foliorum calamenti siccorum:ameos carui:keisim.ʒinʒiberis:cinnamomi:macropiperis: omnium partes equales: conficiantur cum melle cocto: ꝛ dentur alia medicamina que nominauimus in capitulo:epatis. Ex his que ipsum calefaciunt et confortant. Si autem cum predicta egritudine non fuerit significatio debilitatis epatis:immo quod egreditur cum fluxu subtile est et album et fiant in stomacho grauitas: puluis de granatis ad transglutiendum dandus est: qui. Recipe ossium granatorum acetosorum assatorum tritorum: ut alcobol.ʒ.c. carui: seminis coriandri: amborum aceto acerrimo infusorum: et postea asatorum: ana.ʒ.xx. xilocaracte: sumach: balaustie omnium ana .ʒ.x. Pulueriʒantur optime: ꝛ commisceantur: et detur ex eis puluis ad transglutiendum. Electuarium quoque quod dicitur caraʒi detur:quod. Recipe arillorum passarum tritorum ut alcobol: libram unam mirtillorum siccorum pulueriʒatoruꝫ ut alcobol:libram mediam:xilocaracte nabati:balaustie: seminis tamarici:ameos omnium ana .ʒ.x. conficiantur cum melle de canamellis: aut cum melle apum optime dispumato:et ex electuario sumatur. Si autem quod egreditur citrinum fuerit: et anum mordicat et eger sitim paciatur et febrem:trocisci constrictiui de spodio: et aqua sauich ordei dentur. Trocisci constrictiui de spodio. Recipe rosarum rubearum: spodij:amborum ana.ʒ.x. seminis acetose: sumach: balaustie: gummi arabici: omnium ana .ʒ.v. Informentur trocisci pondere.ʒ.ii. quorum unus cum .℥. de rob citoniorum: simplici sumatur: aqua uero sauich ordei quam diximus ita fit: ordeum fractum in aqua ipsum cooperiente: bulliat donec aqua inspissetur: deinde coletur: et bibantur ex ea.℥.iiii. cum tribus.ʒ.spodii: et gummi arabici eadem quantitate. Quod si ex fluxu uentris euenerit excoriatio puluis de bolo ad transglutiendum detur: qui. Recipe psilij.ʒ xx.seminis plantaginis: ʒ.x:gummi arabici: boliarmeni amborum ana.ʒ:iii.psillium assetur et gummi: et bolum pulueriʒetur:ꝛ commisceantur ꝛ sumantur in potu ex eo in mane .ʒ. iii. cum rob de citonijs ꝛ circa noctem tantumdem. Cibus uero eius sit pulmentum factum cum granis granatorum ꝛ passis cū aqua ꝛ aceto ꝛ cibus factus cum suco uue acerbe ꝛ sinnachia: ꝛ tafea admiscetur sucus sumach ꝛ his similia cibaria. Trocisci de balaustijs

qui continue conferunt diarie: dandi sunt: cum fluxus fuerit superfluus: siue habeat sanguinem admixtum siue non. Recipe gallarum siliquarum nabati: seminis tamarici: olibani: balaustie: omnium partes equales: opij: gummi arabici: amborum ana partem mediam. Informentur trocisci pondere .ʒ.ii. ex quibus unus cum uino sumatur. Si neque calor affuerit neque febris. Sed si febris affuerit cum rob de citonijs acetosis sumatur: qui tunc dandi sunt: cum uentris fluxus superfluus fuerit. Trocisci ad tenasmon. Qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit: et uentositas erit nociua: et sonitus. Recipe seminis iusquiami albi: seminis aneti: seminis feniculi: omnium. ʒ. ß. ameos. ʒ. ii. et ß. opij.ʒ.iii.seminis.apij.ʒ.x. fiant trocisci de quibus pondus unius aurei in potu sumatur.

Cõfectio d storace. que ãtiquo uẽtris fluxui cõferens ac tenasmon: cum neq; febris: neq; calor affuerit: sed erit uentositas nociua danda est. Recipe castorei: opii. asari: storacis liquid: mirre: seminis iusquiami nigri: thuris: omnium partes equales: mell' quod sufficit ad specierum confectionem. Cuius dosis sit.ʒ.ii.usque ad tres. Si autem postquam tenasmon decem transierit dies non uisa fuerint medicamina conferre et eger supra pectinem sentit dolorem: redeund est ad clistere.

Clistere constrictiuum. Recipe panici excorticati: lentium excorticatarum rosarum siccarum: balaustie: capullarum gladium: omnium ana: manipulum .i. omnia in tribus libris aque coquantur: donec ad libram unam et mediam redeant: et colentur: deinde sumantur ceruse: cineris papiri babilonici: aut cineris papiri: amborũ ana .ʒ.i. boliarmeni.ʒ.ß. uitellus oui unius assati durus: olei rosei: ʒ.ß. Ex his omnibus in predicto apozimate fricando dissolutis clisterizetur eger: semel aut bis. Quod si tenasmon fuerit longi temporis in quo non egreditur sanguis: sed rasura alba mucilagini similis. Medicamen putredinis quod in capitulo de cura gingiuarum putridarum nominauimus dãdum est. Ex quo in apozimate eorum quod nominauimus fricato dissoluto: clistere semel aut bis fiat. Et si ex uentris fluxus in uentre uehemens mordicatio secuta fuerit: clistere fiat ex oleo roseo tepido. Si autem nullo modo mordicat: clisteri fiat ex illo medicamine multotiens addatur donec sanetur. Epithima de quo uenter cum fluxus superfluit et uirtus est debilitata: liniendus est. Recipe gallie acathie: ciperi: mirre: gallarum cipressi: thuris: omnium partes equales. Ex his omnibus uino ueteri: aut suco citoniorum conspersis liniatur uenter. Huic quoque quandoque additur panis biscoctus de suria. Si autem cum hac egritudine fuerit calor: epithima fieri conuenit ex duobus sandalis: et rosis: et boloarmeno: et sausel: et gall': et pane biscocto: cum suco matianorum et citoniorum et mirtino. Quod si eger uehementer paciatur tenasmon: et sepe uadat ad sellam: et tamen nichil egrediatur: collirium istud subiciatur. Est enim mirabile ad sedandum tenasmon: quod. Recipe thuris: licii: croci: gummi arabici: omnium ana .ʒ.i. opii. ʒ ii. informentur colliria et superponatur.

Capitulum de difficultate mingendi.

Cum urina minuitur aut ex toto retinetur: neque in femore apparet tumor: neque grauitas: neque dolor in renibus sentitur: succurrendum est ex medicaminibus urine prouocatiuis que nominabimus. Unum quorum est hoc quod Recipe seminis apii: nitri: rubee tinctorum: olixatri seminis iuniperi: seminis asari: ameos: seminis feniculi: spice: amigdalarum: seminis melonis: omnium ana. ʒ.x. cantaridarum quarum capita et ale abscisa fuerunt. ʒ.i. armoniaci. ʒ .iii. armoniacum in uino dissoluatur: et alie species ex eo conficiantur. Ex quibus fiant for

me auellanis similes de quibus sumantur ab una.ʒ.ad.iii.ʒ .hoc enim medicamem : ualde cõfert : corpori cum dissolutionem patitur : et laxitatem : et yposarche :ꝛ ad expellenda omnia accidentia causa : quorum corpus desiccari oportet . Quod si contingat mingendi difficultas ex casu aut percussione in femore : aut in ano : aut in eorum circuitu . eger ex basilica minuatur. deinde aqua calida loco sepe superfundatur :ꝛ usque ad spacium medii diei ex oleis fricetur . Egro quoque precipiatur ut urinam expellere nitatur . Si autem mingendi difficultas contingat uesica existente plena et extensa et sit hoc post sanguinis aut saniei mictum:medicamina que trombos sanguinis : aut pus quod in uesica generatur soluere consueuerunt : et liquare danda sunt . Medicamen quod trombos sanguinis aut saniei que in uesica fit dissol uit. Recipe cordumeni mirre rubee de qua tingitur :seminis iuniperi : armoniaci:asse omnium partes equales . Armoniacum dissoluatur : et informentur pillule ex aliis speciebus ex eo confectis : de quibus quater in die sumatur cum apozimate de seminibus quod nominauimus . Sirupus etiã acetosus ex forti aceto factus : multotiens detur : per siringam preterea immittatur in uesicam aqua in qua dissolutus fuit sal : aut aqua cineris :ꝛ ista est confectio aque que fit de cinere . Recipe cinerem de ilice cinerem de uitibus:cali:calcem . His omnibus admisceatur tantum aque ut ex ea cooperiri possint : et dimittantur sic per tres dies :deinde colentur et per siringam in uesicam iniiciatur . Herba quoque croci ortulani ꝛ esula cocta superponantur . Tinam preterea assidue ingrediatur : in qua sit aqua in qua cocta sint camomilla : sticados arabicus : sansucus : sinsibrium : aut in qua extremitates caulium ꝛ esula : et fimus columbinus cocte fuerunt . Eger in decoctione earum sedeat : ꝛ ex herbis istis sic coctis fiat emplastrum super femur ꝛ partes ei circum adiacentes ꝛ dum in tina moratur : sumat in potu que urine prouocatiua existunt . Et si hec omnia non profuerint ad instrumentum cum quo urina prouocatur est recurrendum . Si autem mingendi difficultas post lapidis signa affuerit : eger supinus iaceat :et pedes eius diuersis modis ꝛ fortiter quaciendi sunt . Et si urina non egressa fuerit oportebit ut cum instrumento curetur per quod membro immissum fit impulsio. Cauendum tamen est ne uirge immittatur : cum est ibi apostema. Ad difficultatem quoque ualde confert : sepe ingredi tinam : ꝛ ungere loca ex oleis ꝛ medicamina urinam prouocantia in potu sumere ꝛ abstinere a nutrientibus acetosis : et ponticis et crossis .

Capitulum de lapide.

Cum eger uirgam sepe fricat et manu tractat :ipsa quoque quandoque erigitur :ꝛ arescit:ꝛ urina difficulter ꝛ cum dolore egreditur in qua egritudine fortasse etiam longum quandoque exit:lapis in uesica esse significatur . Si autem eger sentit cum difficultate mingendi uehementem dolorem in renibus : ꝛ in emunctoriis : et nauseam ꝛ uentris constrictionem : in renibus lapis esse monstratur . Lapidi uero qui est in uesica confectio ista utilis existit :ꝛ est optima ad frangendum lapidem cum uetustus fuerit. Ego quoque iam fregi:cum eo magnum lapidem in spatio minore quadraginta dierum . Cuius confectio . Recipe carpobalsami seminis rafani : dauci olixatri seminis : corticis : radicum opoponacis corticis radicum capparis : amigdalarum amararũ dampnococti squinanti : ciperi : spice inde.cassie lignee : saculo fundurion : barmel : gentiane : aristologie rotunde :asari :cordumeni : armoniaci : serapini : bdellii : piperis : acori omnium partes equales : gumme sufficienti balsamo dissolute malaxentur : et ex eis alie species conficiantur . Ex quibus informentur pillule : et sumatur ex eis in die .i.ʒ.cum apozimate de seminibus . Quandoque etiam sexta pars . ʒ . unius de cinestere scorpionũ simul cũ eis dat :cinis võ de scorpionibus hoc modo fit.Scorpiones sumantur ꝛ in ollam nouam positi os haben

tem opilatum:super lacertulū in furno mittantur: in quo non sit uehemens calor: et sint ibi sex horarum: spatio: deinde extracti puluerizentur: et reponantur. Eger uero nutriatur ex aqua ciceris: et caligie: et mutagenat. Et abstineat a lacte: et caseo et ab aliis cibis crossis ingrediatur tinam in qua sit aqua in qua cocta sint folia caulium et esula et berengesif: et mentastrum: et fimus columbinus: et medula seminis croci ortulani. Femur etiam inungatur ex oleo de scorpionibus: et distilletur ex eo in uirgam. Oleum de scorpionibus. Recipe aristologie rotunde: gentiane: ciperi: corticis radicum caparum omnium ana. ℥. i. Hec omnia in libra una olei de amigdalis amaris posita ad solem per ebdomadā unam dimittantur: et collentur: et exprimantur et pro una quaque libra ex eo adiungantur ei scorpiones decem et totum in uase cuius os opilatum sit missum ad solem per duas septimanas moretur deinde coletur et reponatur. Est enim optimum et mirabile: de quo cottidie in uirgam guttatim fundendus est postquam eger de tina egreditur. Quod si lapis magnus fuerit: non inuenitur: aliud remedium: nisi ut cum incisione extrahatur: de hoc tam loqui nostri libri huius modum excedit. Cum autem in renibus fuerit lapis: eger frequenter tinam ingrediatur et renes: et ylia et ex oleis inungantur et ex eis que locum callosum calefaciunt desuper cum panno ponantur: ut sunt ea que nominauimus. In potu quoque sumantur ea que lapidem frangunt. Si autem lapis ceciderit et in uirga et obstaculum fecerit aqua calida ab alto distillando ei superfundatur: donec rubere uideatur: deinde oleum tepidum guttatim superiaceatur et fricetur et si necesse fuerit: ad exteriora fugatur. Ex hoc enim mouebitur lapis: et exibit. Sed si magnus fuerit et difficilis: necesse est ut uirga inferius incidatur: et extrahatur.

Capitulum de nascentiis renū et uesice.

a Postema quod fit in renibus et in uesica comittatur febris per mixta que non est uehementis caloris: cum qua est oripilatio et rigor: et frequens mictus: et dolor in inferioribus dorsi et grauitas: et cum impellitur uidetur egro qđ aliquid ibi suspensum sit. Cum hec itaque signa uisa fuerint: eger ex basilica flobotometur: eius partis in qua dolorem sentit: et grauedinem. Loco quoque emplastra infrigidantia superponantur. Et si egritudo sic dissoluta fuerit: bonum erit. Si autem febris: et dolor: et grauitas perseuerauerint: et urina minutim: et frequenter egreditur significatur pus ibi colligi. Est igitur tunc super dorsum emplastrum ex camomilla semine lini: furfure oleo sisamino conspersis ponendum: et egro ut in tina sedeat precipiendum. Si autem eger minxerit pus: semina que nominabimus in capitulo de ardore urine sunt danda: donec pus minuatur: deinde dentur trocisci quos in capitulo de mictu sanguinis: et saniei nominauimus. Apostema uero quod in uesica fit deberet comitari febris conclusa: et difficultas mingendi: et dissuria: et femoris et uirge dolor: et tunc eger ex basilica: flobotomandus est: et fiat egritudinis cura: quemadmodum prediximus. Est autem quandoque renum apostema' quod non peruenit ad saniem: immo transit in duriciem cum grauitas in renibus sine febre perseuerat. Est ergo clisterizandus ex mucilagine fenugreci: et seminis lini: et apozimate camomille: et caulium: et meliloti: et maluauisci: ac furfuris: et uomat frequenter. Renibus quoque superponatur emplastrum ex eis que nominauimus. Et si urina minui uidetur: cum illo urinam prouocantia dentur. Hoc quoque pro paruo non est habendū quia ex eo peruenitur ad ydropisim.

Capitulum de ardore qui fit in mictu.

c Um eger dum mingit sentit ardorem et punctionem in uirga: et a salsis: et acetosis: et acutis abstinendus est: et nutriendus est ex tafeis leuibus: et cibrebegi: et eorū similibus. Hoc quoque medicamen ei dandum est. Quod. Recipe seminis melonis excorticati. ʒ. xxx. seminis citroli: seminis cucurbite:

seminis poꝛtulace:seminis albi papaueris omnium ana.ʒ.iij.seminis iusquiami albi. ʒ.ii.zuchari albissimi ad pondus omniū ꝺ puluere hoꝛum cotidie in potu . ʒ . iii . in mane:⁊ alie.iii .ʒ . circa noctem:cum .℥ . una sirupi uiolati:aut iulep sumantur :hec quoque egritudo non est paruipendenda : quia cum sit mansiua ⁊ perseuerans:pꝛoueniunt ex ea in uesica:⁊ i instrumētis urinalibus ulcera.

Capitulum de minctu sanguinis ⁊ pus.

C Um aliquis pꝛopter casum aut percussionem sanguinem minxerit : ex basilica flobotometur :⁊ trocisci qui dicuntur trocisci de karabe in potu tribuantur . Trocisci de karabe . Recipe karabe gummi tremule arboꝛis:amboꝛum ana. ʒ.ß. balaustie:ypoquistidos:amboꝛum ana.ʒ. ii.⁊ .ß.olibani.ʒ.ii.seminis apij:opij:amboꝛuꝫ ana.ʒ.i.infoꝛmentur trocisci apondere aurei unius. Ex quibus unus omni die cum apoꝫimate sumach tribuatur . Ad comedendum uero tribuatur : caro cocta cum sumach ⁊ caro cocta cum suco uue acerbe . Abstineat a cibis acutis:⁊ salsis : loco uero percussionis:super ponatur emplastrum ex boloarmeno : ⁊ acathia:⁊ aloe:⁊ licio : confectis cum aceto ⁊ aqua . Si autem sanguinis minctus euenerit post comestionem ciboꝛum acutoꝛum : aut potum uini acuti:flobotometur eger:⁊ trociscos de karabe in potu summat:⁊ eodem quod pꝛediximus gubernetur regimine . Pus uero si minxit eger trocisci isti dandi sunt : qui . Recipe seminis melonis citroli : cucurbite:omnium absque coꝛticibus ana .ʒ.xx.boliarmeni:gummi arabici :thuris pinguis : sanguinis draconis : omnium ana.ʒ.x.opij .ʒ.iij.seminis apij.ʒ .ii . infoꝛmentur trocisci pondere.ʒ.ii. ex quibus omni die unus cum sirupi de papauere.℥.i. in potu tribuatur . Uirge quoque ex isto collirio immittatur . Collirium de cerusa. Recipe cerusse :sarcocolle:olibani:gummi arabici:opij. sanguinis draconis: omnium partes equales . Fiant ex eis colliria :⁊ per siringam fiat pꝛius iniectio ydromellis : et mingat eger:⁊ post eius egressionem fiat iniectio istius collirij dissoluti:in lacte asine.

Capitulum de his qui non possunt retinere urinam.

C Um eger multum urine emittit ⁊ in emissione ardoꝛem non sentit : aut mingit in somno neque patitur sitim.neque coꝛpoꝛis extenuationem incuꝛrit. Ea que urinam constringunt danda sunt . Medicamen retinens urinam. Recipe glandium .ʒ.i.olibani.ʒ.xxx . seminis coriandri sicci gummi arabici : boliarmeni:omnium ana. ʒ.x.fiat ex is puluis:de quo in mane.ʒ.iij. et circa noctem totidiem ad transglutiendum dentur . Quod si cum hac egritudine sitis fuerit ualidissima:clamosa et aqua que bibitur cito egreditur : aqua oꝛdei cum psillio detuꝛ:⁊ nutriatur cum suco uue acerbe : ⁊ sumach ⁊ similibus hoꝛum nutrientium : ⁊ cum cibo qui fit de simila oꝛdei : et masal : ⁊ raib acetosum da ei in potu et pꝛoibeatur laboꝛare ⁊ cum muliere concube . Isti quoque trocisci in potu sumantur : qui Recipe spodij.ʒ.x .lactuce : seminis : poꝛtulace: seminis amborum ana .ʒ. iß.coꝛiandri sicci:rosarum rubearum : boli armeni:omnium ana.ʒ.ß .balaustie . ʒ . ii . camphoꝛe.ʒ.ß.sumantur in potu cum suco granati acetosi . Herbe etiam frigide terantur : et super renes ponantur . Et caueat sibi a cibis calidis ⁊ uino : ⁊ ab omnibus que urinam pꝛouocant . Illud autem quod ex magno stolidoꝛuꝫ eꝛroꝛe pꝛouenit est quia dant in hac passione egro : medicinas calidas:unde illico deducunt ipsum ad ptisim.

Capitulum de lumbꝛicis ⁊ uermibus q nascuntur in ano ⁊ in uentre.

Q Ui hoc nocumento solitus est ledi: a cibis crossis et unctuosis sibi cauere debet : et cottidie ante quam comedat : sumat bucellas aliquas cum sinapi . Hoc enim ipsos generari pꝛoibet. Si ꝺo eos generari contingat: non cōuenit aliud nisi ut expellantur. Medicamen ascarides expellens : burungi excoꝛticati cum ualde famelicus est eger . ʒ . 7 . su

subtiliatur: ut non uideaẜ esse nisi solummodo corium: ꝛ preter hoc spasmaẜ ꝛ desiccaẜ. Ossa quoqꝫ rascbete: ꝛ petinis manu plerũqꝫ apparent: ꝛ ungues curuantur. Cum ꝟo capilli cadunt alicui: ꝛ uenter soluiẜ: mors ei propinqua ē. Cumqꝫ corpus ad hunc diminutionis ꝛ debilitatis deuenerit terminũ nunquã sanari poterit: neqꝫ meliorari. Sꝫ dum carnis ꝛ sanguinis: pulcritudinis ac uirtutis reliquie in eo inueniuntur: ꝛ quod ex predictis significationibus apparuit: neqꝫ uehemens ē: neque confirmatum: sanari potest: ꝛ ad suam redire dispositionem: si ei ut oportet subueniaẜ. Cum autē non fuerit multa debilitas neqꝫ multa macies: neque longum intercesserit spacium ex quo pati ceperit: nec etiã ex signis ethice aliud apparuit: nisi quia febris lenta adest que iaꝫ per aliquos perseuerauerit dies ꝛ postea paruꝫ siccitas ꝛ maciei inceperit: huiusmodi patiens leuiter ꝛ cito sanitati restituetur: si deꝰ uoluerit. Hac egri febre laboranti: in primis aqua ordei danda est: ꝛ postqꝫ ipsa de stomacho descenderit: ex piscibus q ezie uocantur: super prunas assatis aut in ueru: nutriendus est: ꝛ ex holeribꝰ frigidis: ꝛ humidis ꝛ portulaca: ꝛ molachia: ꝛ lactuca: ꝛ cucurbita: ꝛ cucumeres: ꝛ citroli hic quoqꝫ cotidie ante quam comedat balneũ ingredi debet: ubi in loco moretur in quo a calore ledi non possit ꝛ in aquam tepidam: per aliquod spacium similiter mittendus ē: deinde ex oleo uiolato inungendus: domus uero ĩ qua moratur talis sit. Cuius aer frigidꝰ sit ꝛ humidus: ipsius que pauimentum ex rebus uiridibus que frigide sint ꝛ humide sit stratum. Panni quoqꝫ aqua rosata infusi in niue infrigidata in qua camphora ꝛ sandali dissoluti sint: pectori superponanẜ. Quod tamen fieri conuenit cum stomachus alleuiatꝰ fuerit: ꝛ cibus ab eo descenderit: ꝛ etiã antequã comedat. Cumqꝫ predicti tepefacti fuerint: panni mutandi sunt. Et tãdiu fieri conuenit: donec frigiditatem sentiat eger iam ad multã sui corporis profunditatem peruenisse. Et si propter huiusmodi curam superueniat: ei prius orripilatio: ꝛ postea accidat ei calliditas: tepefiant paꝝ ꝛ postea pectori superponantur: neqꝫ remoueantur: nisi cum desiccati fuerint: tantum aut multum calefacti. Oleum preterea uiolatum ꝛ oleum de seminibus cucurbitarum in potu danda sunt: ꝛ lectus solito molior fiat: ꝛ quantum plus poterit: longo tempore dormiat. A uigilijs autem atqꝫ cogitatiõe ꝛ a motu ꝛ coitu ꝛ a statione in locis calidis ꝛ siccis: ꝛ fame abstineat. Si autem cũ hac febre fuerit nocumentum: ꝛ acuitas atqꝫ calor: trocisci de camphora cotidie ĩ matutinalibus horis in potu tribuantur. Cum autem sol ortus fuerit: aquã ordei bibat. Aque ꝟo quam ĩ nocte bibiturꝰ est: iulep cũ mucilagine psillij admisceaẜ: nꝫ cessanduꝫ ē: immo ĩportune instandũ in pectoris infrigidatione. Usi ex frigidis epithimatibus: ꝛ ex holeribus instanẜ epithimandũ. Cibaria ꝟo non semel sunt tribuenda: sed ad multas uices parciẽda: ꝛ p̃cipue si estas fuerit. Ex quibus eger non tm̃ semper sumere dꝫ quantũ est ei necessariũ: ꝛ sibi caueat ne semel tm̃ comedat: quantũ est id quo eget. Ex aqua quoqꝫ frigida paulatĩ in potu sumat: neque famem aut siti ullomodo patiaẜ: ꝛ ab oĩbus que calefatiunt ꝛ desiccant oĩo separetur. Cum aũt ethica iã meliorata fuerit: ꝛ obfuscatio ac carnis diminutio manifeste apparuerit: uerũtñ ad terminũ scd̃m quem ipsam diximus esse insanabilẽ nondũ peruenit ea laborans eodẽ indiget regimine quo ꝛ p̃dictus. Oportet tñ ut super eũ fiat assiduatio: ꝛ perscrutatio ꝛ frequentio ꝛ pueniatur cũ eo ad ultimũ: ꝛ mittaẜ in balneũ ꝛ in tinã bis: aut ter in die: nisi in tali disponat manere loco in quo caliditas nullomõ eum ledere possit: neqꝫ orripilatio inuadere. Nos. n. nequaquã uolumus ipsum intrare balneũ: nisi cũ semicupiũ inuenire ñ posumus neque aquã sup eum fondere: nisi orripilatio eũ iuadat. Sudare aũt ꝛ aerẽ attrahere calidum: oĩ rei deterior existit. Hanc itaqꝫ paciens febrẽ in balneũ mittaẜ ꝛ semicupiũ postquam duarum horaꝝ spaciũ preterierit: ex quo aquaꝫ ordei in potu sumpsit: ꝛ cum de semicupio egrediatur ex oleo uiolato inungaẜ. Cumqꝫ uenter ab aqua ordei: alleuiatꝰ fuerit: neque in ructu sapor ullus remanserit iteꝝ ad balneum ducaẜ. ita tamen ut in eundo minime laboret: deinde mittatur in semicupium: ꝛ de aqua tepida tamdiu super eum fundatur donec ipsius corpus incrossetur: ꝛ parump rubere incipiat. Postea uero in aquam frigidam semel submergatur. A cuius tamen

frigiditate non ledat: deinde ex ipsius corpus ex oleo uiolato ꝛ ei similibus oleis iungatur. Usus preterea regendi ipsum in balneū: intrementū recipiat. Cūqȝ ab eo egressus fuerit: ex eis que diximus ꝛ scḋȝ mensuram quā diximus: cibet: ꝛ iaceat in domibꝰ tranquillis humidis bene obūtibus: in quibus sit aeris paucitas. Ante ipsum ṽo panni frigida ifusi aqua: ꝛ parasides magne ex ea plene ponant aut lacune sint coram eo. Folia quoqȝ uitis ꝛ salicis: atqȝ rosarum: ꝛ uiolaꝝ: ꝛ susibiū ꝛ his similiū coram eo sternant. In tēpore uero hiemis: non sit i eius mansione ignis: nȝ fumus sed frigidū attrabat aerē: hec.n.maior eiꝰ existit cura. Et pp hec ita conseruat: qḋ non oportet eū emplastra ꝛ epithimata frigida que p̄diximus exterius ad cordis confortationē apponer. Ex pannis quoqȝ calidis ꝛ in pondere leuibus coopiatur corpus ꝛ p̄cipue caput ne coriza: aut catharrus ei supueniat: ꝛ extremitates leuiter comprimantur: paciens quoque oleum de cucurbitis cum oleo de nenufarino conditum: olfaciat ꝛ dormiat diu. Quod si magnum diei supfuerit spaciuȝ: nolueritqȝ iteꝝ anteq̄ȝ cenet tinā: ingredi faciat: qꝛ conferret ei. Et si non comedat: ꝛ ātē comestionē non ingrediat balneū: ꝛ dormiat diu. Si aūt siccitas ꝛ macies iā uehemēter eū occupauerunt: lac caprinū sup ipsius corpus mulgeat: ꝛ ex eo liniat. Atqȝ aque que ē in semicupio ex ipso aliquid: admisceat. Cumqȝ de semicupio egressus fuerit: ex oleo uiolato: aut de cucurbita: aut de nenufare inungat. Si ṽo nȝ caliditas: nȝ acuitas fort fuerit: uinū albū ꝛ subtile: qḋ tam aque frigide habeat admixtum: ut sapor uini abscondat: bibat. Sȝ si acuitas fuerit manifeste: iulep de zucharo cuȝ aqua frigida in potu ei tribuatur: ꝛ ne uenter eius soluatur: summopere est cauendū: ad cuius cōstrictionē si solui ceperit: est festinandū. Huic preterea pleriūqȝ si calor fuerit fortis: confert lac uaccaꝝ iuuenilis etatis de quo butiruȝ uehementer extractū est si fuerit acetosum ꝛ aqua ordei in potu ē tribuenda. Et si uēter solutus fuerit: ipsam cū tortellis sumat. Et est necesse cum hoc quod diximus: ut ad ifrigidationem ꝛ caloris extinctionem studium impendatur. Cum autem huius urina fuerit oleagina aut i eius superficie petala apparuerint unctuosa: aut frustra carnis filis similia aut aliquid simile furfuri in ultimo i huius regimine: est insistendum. Sed si qs hanc laborans egritudine corpus habuit uehementer siccum ꝛ uehementer macrum: neque fortis calor in eo fuerit: lac calidum ita ut ab uberibus extractum fuerit si in potu sumatur: aut cum eo micas panis comederit: conferret ei. Omni uero lacte: ad hoc asininum melius existit. Et post ipsum: est caprinum. In lacte uero recente: duo sunt obseruanda: ne scilicet in caseitateȝ transeat: ꝛ ne conuertatur. Lac autem quod prediximus cum in stomacho fuerit: non transit in caseitatem: nisi raro. Quod ēt nunquam in casietatem mutabitur: si parum zuchari ei misceatur. Cum autem a lactis conuersione quis egrum custodire uoluerit: eius dispositionem in caliditate cotidie tangendo consideret: ꝛ qualiter aerem attrahat: attendat: eiusque pulsum inspiciat: ꝛ urinam: atque sitis ipsius quantitate. Si enim inuenerit hec omnia maiora quām prius essent ante quam lac biberet: ꝛ uehementer augumentata fore: a lacte predicto erit abstinendum: ꝛ lac acetosum absqȝ butiro: aut aqua ordei in potu erunt tribuenda: ꝛ trocisci de spodio: ꝛ his similia. Uenter quoqȝ si strictus fuerit cum apozimate aqua prunorum ꝛ terramabim: erit soluendus. Qḋ eo usque fieri conuenit: donec predicta remoueantur accidentia. Post quorum remotionem: ad lac redire est ei precipiendum: hec est eorum summa que ethicam pacientibus adhiberi conueniunt. Cum autem aliqui ethicam laborantes ad hoc deuenerit: ut ossa rascete ꝛ pectinis manifesta appareant: ꝛ pulsus deficiat: ꝛ mirach uētris costis adhereat: omniaqȝ eorum ossa māifesta uideantur ꝛ subtilia: non est in eis laborandū ut ad sanitateȝ perueniant sed ut quoquomodo sustententur. Quod fit ex nutriētibus que uelociter penetrāt: ꝛ ex bonis odoribus. Caro quoqȝ pullina sumenda est ꝛ in parua frustra incidentia ꝛ sucus ab ea paucum salem habente: extrahendus: quemadmodum ab alia carne sucus extrahi consueuit: aut fiat hoc ex carne rubea que i collo hedi reperitur. Deinde huic suco parū de suco pomorum: aut citoniorum: ꝛ parum uini admisceantur: aut tortella bene trita ei

admisceatur: et sic bibatur: aut sorbeatur.

Camisias preterea tinctas induant que ex sandalis: aut musco: si non capitis dolorem fecerint: sint infecte: fumigiũ quoqz añ eos fiat ex xiloaloe: et nete et ante eos: et in eorum circuitu ponantur: odorifera et confectiões odorifere: et aqua rosata super eos roretur: et olfaciant cibos odores habentes desiderabiles: sicut est cibus qui fit de carne epatis et pulmonis minutim incisa: et postea in frixorio cum ouis et croco et aceto cocta et intestina ex carne frustratim incisa plena et cusabegi: pulli quoqz assandi sunt: et coram ipsorum facie scindendi: ex quorum pectore carnem masticando sucum solũ traiiciant: carnẽ aũt proiiciant si multum fuerit debiles. Quod si quis ex his aliquantulũ fortior fuerit: pulli cum aqua et sale coquantur: quorum pectora postea cõtusa cum iure exprimantur: quorum sucus cum coriandro et pauco cinamomo: conditus et uinum atqz tortellas habens admixta: in potu tribuatur. Unus autem ex ueteribus medicis retulit: se uidisse unum uirum: et multos pueros: qui postquam ad ethicam ad hanc deuenerant dispositionem: sanati fuerant. Ego tamen nunquam hoc uidi: neqz credo uerum fore et precipue postquam puerilem transierit etatem. Trocisci de camphora qui cum sint cordis: epatis ac pectoris infrigidatiui ethice que est cum ardore conferunt. ℞. rosarum rubearum ʒ. x. spodij albi quod sit magnum frustrum: seminis cucumeris: ambor̃ ana ʒ. v. seminis lactucarum ʒ. viiij. seminis portulace ʒ. vi. seminis endiuie ʒ. ii. seminis dulcis cucurbite ʒ. vi. teraniabim ʒ. x. camphore ʒ. ß. Ex his omnibus cum mucilagine psillij confectis informentur trocisci: quorum quisqz duas ponderet ʒ. Quod si uenter solutus fuerit: ex istis aliis trociscis de spodio qui sunt constrictiui detur. ℞. puluis rosarum rubearum spodij: amborum ana ʒ. v. boliarmeni: gummi arabici: amborum ana ʒ. ii. suci berberis: suci sumach: amborum ana ʒ. iij. balaustie ʒ. i. et ß. seminis coriandri: seminis acetose excorticati ʒ. iij. in aceto infusi et postea torefacti ʒ. ii. fiant trocisci: quorum quisque duas ponderet ʒ. ex quibus unus in mane: et alius pᵒ solis occasum cum rob simplici de citoniis: aut granatis: aut de ribes sumatur.

Capitulum de febre que duobus diebus inuadit et unum intermittit et uocatur terciana.

b Huius febris pricipium cum forti accidit rigore et pauco frigore sicut est dispositio pedis cum obstupescit: sed nõ prolongatur diu: sicut frigoris spacium prolongatur: sed corpus cito calefacit: adeo uehementer: ut si corpus egri tangatur: manus mordicationem sentiat caloris. accidit autẽ plerumqz ut eger in tempore uehemẽtie caloris huius febris in eius fine: inaniter loquatur et precipue si calide fuerit complexionis. Plerumqz etiam ex ea accidit nausea: et estuatio: et uomitus collere rubee. Uẽter quoqz quandoqz soluitur: et egredit̃ collera citrina: pulsus uero in statu huius febris inuenitur magnus et uelox: et frequens sed tamen equalis. Urina quoqz in colore est ignea sed secundum substantiam non est spissa: habet tam̃ fetorem et odorem malum ex putrefactione. Hec autem febris sepiᵘ euenit complexionem habentibus calidam et siccam: et qui multum perpessi fuerunt laborem et uigilias et ieiunium: et ex cibis calidis nutrimentum sumpserunt: et uinuʒ forte et uetus biberunt: in regionibus et temporibus in caliditate distemperatis. Hec preterea febris non infestat egrum ultra horas. xii. qui immo sepe ĩ horis paucioribus istis ipsius remouetur paroxismus usqz ad octo uidelicet horas. Cũqz hora recessionis aduenerit: cum sudore remouetur: et quando separatur a corpore: pulsus ab ea mundificatur. Cum igitur hec accidentia cum febre inueniuntur: aut ex eis plura sciendum est febrem esse tercianam. Nõ si cum predictis accidentibus aut pluribus ex eis contigat: tercianã ĩ illa hora multis euenire absque omni dubitatione sciendũ est ipsam esse tercianam: ac si uidisset eam una die infestasse et alia quieuisse. Cum igitur eger taliter dispositus fortis inuenitur: fueritqz diu ex quo non fuit solutus de mirobalanis citrinis ʒ. x. in aqua feruente die et nocte infundatur deinde manibus fricatum coletur: cui ʒ. xx. ex terraniabim misceantur: et in mane in potu tribuatur. Scamonee quoqz recentis anthiochene et bone quarta ʒ. unius in tanta quãtitate iulep: et aque que semel for

beri possit dissoluatur τ ad bibenduꝫ tribuatur: donec uehementer soluatur. Cum eniꝫ hoc factum fuerit aut febris nullomodo accedet: aut parumper alleuiabitur deinde ex toto regimine qđ narro: regendus est. Si autem eger fuerit deliciosus aut debilis τ tempus fuerit estas: circa unam quamque noctem pondus.ʒ.x.tamarindorum: τ pruna sicca: τ crossa.xx.sumantur: τ in duabus libris aque usqꝫ quo sint dissoluta coquatur deinde manibus fricata colentur τ misceantur huic colature: zucbari tarbarzet.ʒ.x. τ in potu antequam dormiat sumatur. Cūqꝫ mane factum fuerit τ sol eleuari ceperit ex aqua ordei secundum magnam quantitateꝫ bibat: τ in loco bene quieto ul' olente moretur: donec cibus digeratur: deinde ex holeribus frigidis: τ musaguarat in quibus non ē amaritudo nutriatur. Et a cibis in quib⁹ est caro abstineat: τ comedat medullam cucumeris: τ citroli: τ de suco cucurbite in tēpore suo bibat: τ de suco cucumeris saraceni: τ sumat in potu aquam cum iulep τ sirupū acetosum ex zucbaro aqua bene temperatum. Modus quoqꝫ infrigidandi τ extinguendi secundum febris calorem: obseruet. Uenter preterea si per se semel aut bis aut ter cotidie soluatur. Apozima prunorum non est dandum: sed ex alijs est regendus. In loco quoqꝫ apozimatis prunorum: suc⁹ granati muzi cum mucilagine psillij: est tribuendus. Epati preterea in nocte in horis scilicet cum uenter a cibo uacuus est: pannus sandalis τ aqua rosata infusus est superponendus. Sitqꝫ inter comestionem: τ inuasionis principium: longum tempus: uidl' nutriatur tribus horis uel duabus āte quam febris accedat aut postquam recesserit. Hic autem eger ab omnibus calidis ē abstinendus: τ in loco frigido sit semper ei⁹ mora. Quod si febris cum magno ardore τ calore esse uideatur: ex suco cucumeris saracenici: aut cucurbite: aut citroli: τ ex mucilagine psillij cum malis granatis: aut iulep plus erit dandum: τ de aqua ordei plus bibendum. Si uero dies prolixus fuerit: aut eius cibus non cito digeritur: non conuenit tibi ut ex aqua ordei iterum ei tribuas.post solis occasum. Trocisci quoqꝫ de camphora cotidie cum siruppo acetoso de zucbaro in potu sunt dandi in mane antequam aquā ordei sumat per duas horas: aut ad minus per unam horam. Cumqꝫ febris egrum dimiserit. Ad hoc eodem regimen quo prius post febrem per tres dies erit regendus. Quibus transactis: pullina caro: aut hedina est danda. Interim tamen a balneo τ sole τ uino est abstinendus: deinde ad cōsueta reducendus.

Capitulum de causonide.

b Ec febris de genere est terciane: ea tamen fortior existit: τ maioris caloris. Que quidem una die fit ualidior. Alia uero minus calida. A corpore tamen non separatur: neqꝫ orripilatio cuꝫ ea accidit neque sudor nisi cum recedit. Alia autem terciane accidentia sunt cum ea uehementiora tamen τ firmiora. Lingua preterea ac labia citrina fiunt: aut denigrantur: aut absqꝫ dubio exasperantur si febris non ualde fuerit fortis. In huius uero febris curatione: tali indigemus regimine quale in terciana prediximus. Est tamen in ea plus studenduꝫ: τ diligētior cura est ei adhibenda: secundum quod hec est fortior illa τ maioris incendij. Egro igitur quā nocte ex apozimate prunorum τ tamarindorum quod prediximus est tribuendum: usqꝫ quo uenter cotidie bis aut amplius soluatur: trocisci de camphora: aut sucus citrolorꝫ: aut cucumeris saracenici: aut ptisana semper in mane dentur. In die uero omni hora assidue: cucurbite: aut citrolorum sucus: ei tribuatur: τ ex mica panis abluta lacti a quo butirum sit sublatū cum zucbaro admixta: regatur. Quod si parum comederit: aqua ordei iterum sumat: sicut ostendimus: aque autem que illi in potu ministratur parum psillij admisceatur: τ ex ipsius mucilagine cum iulep: aut suco granati: in potu sumat. Asperitas uero lingue cum panno lineo fricetur: deinde psillij mucilagine cuꝫ zucbaro labendo hauriat. Nucleus quoque pruni parum adhuc carnositatis retinens: in ore tenendus detur: τ panni aqua rosata infusi: epati ac cordi in pluribus superponant' horis. Et si eger in interioribus apostema non habuerit: neque stomachus neqꝫ epar debilia erant dum esset incolumis: ex aqua frigida super niuem infrigidata multum in

potu sumat cum calor ualde accensus fuerit de qua adeo usque bibat: donec facies eius uiridis fiat et tremat. Calor enim febrilis ex hoc illico extinguetur: deinde sudabit: et euadet aut fere liberatus erit. Venter autem si uehementer soluatur: ordeum confractum et ablutum: et aqua coctum: cum trociscis constrictiuis de spodio: dandum est. Sirupũ uero acetosum: et iulep: et zucharum uitet. Rob autem simplex de granatis acetosis et malis: et citonijs acetosis: dandum est: et ex omnibus que in capitulo de uẽtris constrictione diximus: est regendus. Quod si a uigiliis et capitis dolore ledatur: sicut in hac egritudinum capitulis continetur: medicandus erit. Nos enim in hoc nostro libro non ponimus curas egritudinum: nisi simplicium. Ideoq3 cum egritudines composite fuerint: ex proprijs capitulis sunt earum curationes sumende. Sit preterea in hac febre et in omnibus continuis febribus nutriendi tempus: tunc cum eger aliquam sentit alleuiationem: aut alleuiationem non sentit: sit in hora qua solitus erat: comedere du3 esset sanus: aut in hora qua dies infrigidatur et temperatur. Interpolatis uero oportet ut sit hora comedendi: longe ante earum accessionem quanto plus possibile fuerit: aut post earum recessionem. Nos tamen ostendemus quomodo sue nutricationis regimẽ obseruari debeat cũ de acutis tractabimus egritudinibus si deus uoluerit.

Capitulum de sinocho.

b Ec febris incipit sine tremore ac horripilatione accidit: immo cum calore incipit: et est cum ea in facie: et in oculis et auribus: et naribus rubedo: et tristicia et inquietudo: et inflãmatio fortis et inspiratio magna: et frequens. Hanc preterea febre3: antequam accedat. Hec signa precedunt. Egro namq3 adest in corpore grauitas et extensio: et pigricia et dispositio que lassitudini similatur: et in somno superfluitas: et amentia: et in capite grauitas et precipue in fronte et timporibus. Venaru3 quoq3 exuberatio: et guidegi uidetur: et pruritus in naribus: et in locis ubi uentosas apponere cõsueuit sentitur. Hec quoq3 febris accidit adolescentibus corpora bone habitudinis habentibus et eis qui ex carne: et confectionibus de melle multum comedere: et multu3 uinum bibere consueuerunt. Contingit aũt sepius in hyeme et uere. Cumq3 corpus hanc egritudinem pacientis tangitur: simile corpori de balneo exeuntis sentitur. Aut qui super corpus suum multũ ex aqua calida fudit. Pulsus in hac febre magnus sentitur et frequens: et urina rubea et crossa. Cum ergo in hac febre signa ista apparuerint: aut plura ex eis festinãdum est ad egri minutionem faciendam: in qua ex sanguine multum est extrahendum. Ex hoc enim extinguetur hec febris. Si autem non prius subueniatur quam lingua nigra fiat: et super uenerint accidentia causon: sentiuntur. Sepe tamen in causon eger ut inque ea diximus regatur. In hac tamen febre ea que sanguinem reprimant: magis sunt danda: sicut rob quod fit de suco uue acerbe et de acetositate citri: et ribes: et acetum: et malum granatum: preterea ad regimẽ egri subtiliandum est diuertendum et ad multum ipsius comestionem minuendam. Si quis etiam egrum in sue egritudinis principio inuenerit et flobotomari fecerit hec que prediximus cibis ipsius admisceat. In potu preterea aqua frigida tribuatur: et trocisci de cãphora. Et si necesse fuerit uenter ex apozimate: prunorum et tamarindoru3 et zucharo soluatur: aut ex suco granatorum acetosorum cum pulpa sua et zucharo tritorum. Post quam uero febris recesserit: a carne et confectionibus que ex melle fiunt: abstineat: et uino: donec ipsius sanitas sit confirmata. Hec quoq3 febris est continua et non interpolata: neque uocatur terciana: neque cum ea est aliquid ex igne et inflammatione et acuitate que cum causon mittatur: nisi in principio extinguatur. Hec preterea tres hẽt species una est in qua a sui principio non cessat augumentari malicia: usq3 ueniat crisis: aut eger moriatur. Alia uero est que semper in una moratur dispositione. Tercia quoq3 est que cotidie a sui principio minuitur. Illa autem que semper augetur. plus indiget minutione quam alie. Post qua3 ea que unius est tenoris: secundo eget licet etiam tercia ea non sit priuanda. Ille tamen due plus indigent et precipue ea que est cum augumento semper.

Capitulum de febre cotidiana que uocatur flegmatica.

b Ec febris cum orripilatione: et uero frigore in dorso et extremitatibus incipit: et tempus frigoris in corpore prolixum fit: et uix calefit: neque cito peruenit ad inflammationem et calorem sicut terciana. Quin immo corporis calefactio in hac febre cum prolixitate et labore accedit: et plerumque calefit: et iterum infrigidatur: et post et calefit. Quod postquam multociens factum fuerit manifestatur calor: et erit in toto corpore equalis: post laborem tamen. Cumque calor incipit: per totum corpus spargi et equari non est fortis: neque purus neque in corpore egri sentitur incendium: neque mordicatio ut in terciana: et causonide neque sitis est cum ea: neque uehemens inspiratio. Et si cum ea fuerit uomitus: aut uentris solutio: humores albi et pure flegmatici egeruntur: aut cum pauca collera rubea. Facies quoque in hac febre tumere aliquantulum uideatur: et corpus arescit et uirtus appetitiua deprimitur. Pulsus quoque in hac febre secundum uelocitatem et spissitudinem: multo minor inuenitur quam in terciana: et preter hec est diuersus. Accidet autem hec febris sepius pueris: et mulieribus et eunuchis: et corpora habentibus humida: et eis qui multum comedunt: et parum euacuant: et parum exercitantur: et in temporibus: et in regionibus frigidis et humidis. Urina uero in hac febre: alba est et subtilis: aut rubea et spissa et turbida. Et secundum maius in principio est in prima dispositione: sed postea succedente tempore in aliam mutat dispositionem. Eiusque interpolatio in pluribus in recessione diei contingit: et iuxta noctem: neque cum sudore separatur: et precipue in primis diebus. Sudor et si cum ea fuerit: erit paucus et uiscosus. Uene autem cum recedit febris: non omnino a diuersitate pacificantur: neque corpus a neutralitate: immo reliquie ex ea remanent que in corpore sunt usquequo alia ueniet accessio: hec rursus cotidie inuadit in qua tempus paroxismi prolixius inuenitur: tempore interpolationis: et fit longa: et mansiua. Que plerumque mensibus moratur mensibus: preter hec quoque est mala et mortis suspectionem secum habens. Cum igitur in febre hec signa inueniuntur aut plura ex eis sciendum est ipsam esse flegmaticam. Quod si in tempore huius multi hanc pati febrem inueniantur: iam certius credendum est: eam esse flegmaticam. Festinandum est igitur: et a prima accessione huius febris: sirupus acetosus de melle cum aqua tepida est dandus ad bibendum. Que si potest ortandus est uomere: non tamen cogendus. Ideoque ex eo multum bibere debet. De uomitu uero: ita fit ut res se habuerit. Eger autem non est fatigandus: ut hoc modo omnino mundificetur: et ut prorsus inuestigetur. Ex medicamine quod fit ex turbit quaque nocte est ei dandum: quod Recipe turbit fricati et cribellati cum panno sericino qui uocatur orale.ʒ.x.mastic. zinziberis: amborum ana.ʒ.i.zuchari quantum de omnibus. Ex hoc quaque nocte pondus aurei unius: in potu detur: nisi uenter a natura bis aut amplius inter diem et noctem soluatur. Cumque mane factum fuerit: zeleugebin: de zucharo.ʒ.v.ei dande sunt: et illico post hec sirupi acetosi de melle collati.℥.i.est tribuenda. Hora quoque comestionis ab hora accessionis quanto plus possibile fuerit: est elonganda. Nutriendus uero est eger: ex aceto et oleo abluto: et zucharo et pauca menta: et ex olleribus similibus. Et a cucumeris et citrolis: est abstinendus. Salsis uero in comestione utatur que ex aceto et almuri fiunt: et regatur ex radicibus sicle et eius extremitatibus conditis ex aceto et oleo et almuri: et sinapi: et aliis bis similibus. Regatur quidem eger sic per ebdomadam unam. Et si febris longitudo et eius accidentia minorari inueniantur: et hora sue inuasionis retardari comperiantur: ita erit regendus. Si autem inueniatur augeri aut stare. Eger ex hac confectione saluatur: que. Recipe turbit sani.ʒ.ii.succi absinthii.ʒ.unius quartam colloquintide.ʒ.unius sextam agarici.ʒ.ß.yere pigre.ʒ.i.mastic.ʒ.unius sextam. Conficiantur cum sirupo acetoso mellito et dentur egro: deinde ad ipsius regimen est redeundum. Quod si egri uirtus debilitata fuerit: pulli assati: et preparati in pa

tella dentur: et separetur a iure et miscis. Et si stomacho supuenerint aliqua accidētia: aut fortis nausea ex eis que i eorum capitulis noiauim⁹: curet. Sic quoqz si mala accide rit cōplexio: ut diximus subueniat. Si aūt fe bris quartā trāsierit ebdomadā de trociscis rosarum cōpletis i potu tribuat. Trocisci aūt cōpleti de rosis sunt qui. R. pulueris rosarum rubearuz .ʒ.x. suci eupatorii .ʒ.vi. suci absin thii .ʒ.iii. mastic. ʒ.i. et ß. spic asari: floris sq nāti: anisi: omniū ana .ʒ.i. Informēt trocisci quorum quisqz sit .ʒ.iii. ex quib⁹ unus cū .℥.i. hui⁹ apozimatis det quod. R. cortic radic apii: et radic feniculi: amborum ana .ʒ.x. semis utrorumqz: ameos cuscuthe: anisi: bede guart sucbaba: omniū ana .ʒ.v. Coquant cū aqz li bra .i. donec ad medietatē redeat: et misceat ex eo cū .℥.i. sirupi acetosi: et det cū pdicto trocisco. Egro quoqz int oēs duas noctes medicamē de turbith semel det: ut uent mo ueat. Si aūt febris adhuc fortis fuerit: cuz alia cōfectione soluat. Carnes quoqz cali gine et mutagenat dent: nē uirt⁹ dissoluat. Amicis vero et ab unctuosis et cōfectionibus que ex melle fiūt: custodiat. Et obseruādū ē ne aquā frigidā i niue ifrigidatā: paciens i hac febre bibat: nz aliquid eorum que ei simi lia sunt: ex reb⁹ frigidis. Ex hoc eniz si ne glexerit febris fiet longissima.

Capitulum de febre quartana.

b Ec febris cū tremore adeo uehemē ti incipit: ut dentes cōstringere faci at: et cōcutere. Iuncture quoqz atqz ossa do lēt ac si aliqd sup ea foret appēsum quod ea grauaret et pcuteret. Est que dispositio tre moris hui⁹ febris sufficiēs ad ipsam signifi candā. Nō eni tal tremor in aliis febribus pulsus aūt in inceptiōe hui⁹ febris: ex par uitate ac debilitate: raritate quoqz et tardi tate: ad mirabilē peruenit dispositionem. Et si quis recordatus fuerit: pulsus infirmi qual erat dū sanus esset: non indigebit alio signo in cognoscendo quod febris que ince pit sit quartana: nisi illud quod ex tactu ue ne ei manifestabitur: de superfluitate parui tatis: et tarditatis: et debilitatis ac minora tionis et quod ualde sit contrarium tempori pulsus febris flegmatice. Hec quoqz cū ca lefit et accenditur: ualde calidior existit quā flegmatica. Non tamen ad calorem perue nit terciane: neqz tanta sitis: neqz tanta in flammatio: neqz tanta estuatio: neqz tanta inquietudo: neqz tantus dolor capitis neqz tantuz alienationis inuenitur in hac febre quantum in terciana. Hec aūt post lōgas febres quarum circuitus planeti fuerunt: sepius contingere cōsueuit: et in autumpno: et in fine estatis: et complexiones habētib⁹ siccas. Urina uero in hac febre alba appa ret et subtil: aut appropinquat rubedini: et plerumqz est clara ualde: et cruda et crossa: et nigra aut rubea. Preterea si in hoc tem pore multe febres quartane multis accidūt: secure credendum est febrem esse quarta nam. Cumque urina in hac febre rubea et spissa uisa fuerit: et corpus rubeum et uene plene: eger ex basilica minuatur: deinde totum regimen: quod conuenit: ei adhi beatur. Si autem hoc non fuerit uisum: alique medicine que colleram expellunt ni gram ex his que in capitulo de melancolia nominauimus dentur. Medicina quoqz mouens in sequenti die post febris laborē: danda est. Cumque accessio inceperit: siru pus acetosus cum multa aqua tepida est tribuendus: et eger ut ipsum euomat: hor tandus est. Quod si uomere non poterit sicla: et sinapi: et salsa et eis similia: danda sunt. Quibus sumptis: uinum multa aqua mixtum bibat desuper: deinde sirupum ace tosum in quo rafanus fuit infusus in potu sumat. In aliis quoque diebus uomat et regimen ei amplificetur: et de carnibus pullorum et hedorum et agnorum annua lium mensurate edat. Ante tamen come dat holera cum almuri et oleo condita: et aquam calidā super se fundat et in ea sedeat ante quam comedat. In balneum quoque mittendus est. In quo tamen non sudet. Laborem preterea atqz uigilias: minus so lito paciatur. Somni uero et quietis: augu mento assuescat: et uinum subtile et ualde tē peratum bibat. Solutio quoqz uentris assi due per unum diem ante quam accessio

Flero

uomit⁹

Carnes

ueniat:ei adhibenda est. Sed uomitus in die accessionis:est dandus. Alijs uero diebus qualiter nutriatur ⁊ corpus ipsius humectetur:est pensandus. Et est considerandum aut febris ⁊ in suis accidentibus:⁊ sue accessionis longitudine minuatur:⁊ que currunt in ea:quia hoc bonum erit. Si autem non multum inueniatur:minorari:eger uehementer est euacuandus. Quod si in ultio factum fuerit:non permanebit febris. Quod si ultra.xl.dies perlongata fuerit: egro cum reliquis istius medicationis que diximus ad magnitudinem nucis:de diatriton piperō cotidie in mane est tribuendum:⁊ ex medicamine quod fit ex asa. Ad auelane magnitudinem dandum.quod. ℞.ase:foliorum rute sicce:piperis:omnium equaliter:mellis qd sufficit:ad conficiendum. Sumat ex hoc medicamine quantum est auellana in hora dormiendi:⁊ eger post ipsum dormiat. Balneum preterea ingrediatur ⁊ sudet in eo: non tamen in die accessionis. Uinum quoque uetus ⁊ purum bibat: ⁊ si fuerit tēpus estatis ⁊ corpus macrum ⁊ calidum melius erit ne aliqua ex calidis medicinis detur. Sed serum cum zucharo tabarzet ei sepe tribuatur. Apozima quoque de epithimo ⁊ mirobalanis indis interdum detur: ⁊ ex cibis nutriatur humectatiuis. Uomitus ēt in principio accessionis in die qua eum infestat febris:cum sirupo acetoso ⁊ aqua tepida prouocetur.

Capitulum de febribus continuis.

t Erciana quartana:⁊ cotidiana: plerunque fortasse non remouentur:sed permanent semper. In hora tamen accessionis fiunt fortiores:postea reprimuntur. Non tamen separantur ita ut corpus ab eis omnino sit liberum:deinde iterum ut prius in hora accessionis inualescunt. Accidentia uero harum febrium:eadem sunt que ⁊ predictarum excepto quod cum tremore non incipiunt:neque sudor in toto corpore est cum istis:nisi cum recedunt. Materia enim illarum:istorum etiam est materia. Sed est in quantitate maior:⁊ in qualitate deterior: ⁊ plus timorosa. Eadem igitur cura :istis subueniendum est ⁊ illis. Medicus tamē in harum curatione magis studiosus :⁊ frequentius debet esse solicitus quam in predictis.

Capitulum de febribus commixtis que accidunt de quinto in quintum diem uel de sexto in sextum uel amplius.

b Is febribus laborantes:in singulis accessionibus:per unam diem ante sunt soluendi:⁊ in die accessionis ut euomāt laborandum:⁊ preter ista regimen quod in capitulo de febre flegmatica nominatum ē circa eos obseruandū est:si eger fuerit crossus:⁊ comedendi auidus : ⁊ gulosus. Si autem fuerit siccus :⁊ macer : ex eis que colleram purgant nigram:est soluendus. Et preter hoc regimen: quod in quartana dictum est:circa eum obseruandum. Mixte uero que certos nō obseruāt paroxismos fiunt aut propter apostema quod in aliquibus membrorum fit:⁊ precipue in renibus aut quia in quartanam transitura est. Differentia tamen inter eas:est quod cum prima est dolor in aliquo ex membris:aut inferius sub dorso. Aut in suis operationibus est lesio. Cum alia uero:nihil horum inuenitur. Prime quidē curatio:est membrum infirmum sanare:qd fiet obseruādo ea que declarauimus i locis ubi dē his tractauimus. Scdā aūt curabit semel euacuādo: ⁊ alia uice calorē reprimēdo. Qd ideo fieri cōuenit ne humores omnino integre adurantur.

Capitulum de febribus ex quibus accidit frigus ⁊ calor simul.

f I cū febre causon in lingua fuerit nigredo:⁊ īspiratio magna:⁊ sitis multitudo:⁊ estuatio:fueritque corporis superficies frigida:erit significatio mala. Similiter quoque si extremitates ⁊ corporis superficies fuerint frigidissime :⁊ febris fuerit propter apostema quod est in interioribus. Ego tamē nō in hoc sermone de hac tm̄ spē loqui uolo:imo de oi febre in quacunque corporis supficies fuerit frigida. Cūque eger fatigationem ⁊ fractionem ⁊ febrem ⁊ alices ⁊ oscitationes sentit:⁊ pulsus est uelox ⁊ inspiratio similiter:⁊ calor cōtinuus : sentit interius:nec interpolatus ex regimine febris flegmatice erit regendus. Quod si in superficie corporis fuerit calor ut ca

lor febrientis:in pulsu tamen non sit uelocitas neque inspiratio sit spissa nec magna neque eger ex calore febrili aliquid magnum senserit interius : immo totum calorem : et incendium:ꝛ fractionem in corporis superficie senserit. Fueritque hoc cum interpolatione:sirupus acetosus:ꝛ gelenia bin de zucharo egro dentur : ꝛ ex aceto et oleo amigdalino nutriatur : balneum quoque cottidie ingrediatur in quo parum sidet: ꝛ multum ex aqua calida super eum fundatur . Que si suffecerint:bene erit . Et si non luenter : ex apozimate mirobal' erit soluendus :ꝛ ad regimen erit redeundum. Quod si eger orripilationem cum inflammatione mixtã senserit:ꝛ inspirat preter hoc inspirationem calidam ꝛ passus fuerit alices:ꝛ senserit calorem prius : et illico post frigus:aut prius frigus : ꝛ post statim calorem : ex apozimate mirobalanorũ citrinorum : ꝛ indorum:ꝛ turbith: ꝛ zucharo est soluendus . Trocisci quoque diarodon parui : ꝛ trocisci de spodio cottidie põdere duorum aureorum cum sirupo acetoso de zucharo: ꝛ suco granatorum :dandi sunt descriptio autem trociscorum de rosis qui parui dicuntur ista est. Recipe pulueris rosarum rubearum. ʒ. x . spicẽ nardi suci liquiritiẽ amborum ana.ʒ.i.seminis citrolorum : seminis endiuie:amborum ana.ʒ .ii . Ex his cum iulep:confectis informentur trocisci:ꝛ sumant̃ i potu. Descriptio trociscorum de spodio. Recipe spodij.ʒ.x.rosarũ rubearũ.ʒ.iii.seminis citrolis:seminis lactuce:seminis cucurbite:omnium ana.ʒ.ß.suci liquiritiẽ: teraniabin amborum ana.ʒ . v. ex mucilagine psillii conspergantur ꝛ fiant ex eis trocisci:ꝛ bibantur.

¶ Capitulum de frigoribus ex quibus nõ calefit paciens.

c Um consuete alicui tremor cum interpolatione superuenerit :neqꝫ calefit immo corpus ad primam redibit dispositionem post aliquot tẽpus:ab incoatione sua ad dispositionem suam preter qð nõ sequat̃ ipsum febris eger ex eis que prediximus i capitulo de febre flegmatica est euacuãdus ꝛ ipsius regimen subtiliandũ:ꝛ oĩa que flegmatis sunt generatiua sunt prohibenda . Hic preterea eger parũ dormiat ꝛ i hora ipsius tremoris deãbulatione utat̃. Et si egritudo diu pseuerauerit ex medicamine ð assa ad auellane magnitudinẽ ante horã tremoris dandum ẽ :deinde pãnis coopiend⁹ et precipiend⁹ ẽ ei ut uehemẽter moretur corpus:nꝫ sepe uoluat̃. Qð ideo fieri cõuenit ut sudet ꝛ tremor remoueat̃. Ex oleo quoqꝫ de costo ẽ inungendus:ꝛ aqua calida in potu multotiens ẽ ei tribuẽda. Eger quoque cohopt⁹ dorsum ꝛ caput ex aliquo crosso pãno faciẽ sup aquã calidã ponat:cui⁹ uaporẽ in facie recipiat:ut sudor ꝓuocet̃:ꝛ tremor remoueat̃. Uinũ itið forte ꝛ purũ cũ pipere in potu tribuatur:ꝛ tremor remouebitur .

¶ Capitulum de febre sincopali que fit ex malicia humorum ꝛ eorum acuitate.

c Umqꝫ febris alicui supuenerit que fm maiorẽ partẽ i die ẽtia paroximũ facẽ cũ qua facies egri cito fit tornatil':ꝛ corp⁹ macrescit. Uirtus quoqꝫ que i pulsu attẽdit̃ cadit post unã aut duas accessiones. Qð si accessio ampli⁹ aduenerit :pducet̃ eger ad sincopiꝫ post ipsaꝫ:ꝛ fortasse moriet̃ ex illa sincopi : hec uero febris i corporib⁹ semp generat̃ que sunt cõplexionis i ultimo calide:ꝛ sicce. Cũqꝫ hoc uisum fuerit : egro succurrendũ ẽ aquã ordei i potu tribuẽdo cum qua aliqd granati muzi ẽ miscendũ ꝛ dãdũ. Eger quoqꝫ i loco dormiat uẽtoso ꝛ camisiã induat:que aqua rosata ꝛ sandal' sit infusa . Uent ẽt ꝛ latera:ex sandal' ꝛ aqua rosata liniant̃:ꝛ assidue paruũ sumat nutrimẽtum ex mica panis simulaginei in suco granati muzi infusa:ꝛ fructuũ ei similiũ. Ex pullis quoqꝫ cũ suco uue acerbe cõditis:ꝛ cucumerib⁹ ꝛ citrolis ac cucurbitis ꝛ fructib⁹ frigidis l niue infrigidatis nutriat̃ aquã ẽt frigidaꝫ bibat. Ante uero quã accessionis sit principiũ:sucũ granatoꝝ in quo panis ð simula sit ifusus i potu sumat:aut aquã ordei. Quod si cũ circuitus incepit:anteqꝫ aliquid detur supuenerit sincopis. Os egri in illa hora erit aperiendum:ꝛ elaborandum ut aquam in qua puluis tortellarum sit infusus. Aut ptisanam traiciat. Si autem sincopis fuerit fortissima insistendum est ut parum ex tortellis puluerizatis cum uino subtili habente aquam frigidam sue quantitatis ad mixtaꝫ traiciat. Custodiendus est preterea ab aere calido:ꝛ balneo:ꝛ labore: ꝛ uigiliis ꝛ ab oĩbus que euacuare pñt. Ex aqua ðo frigida est lauãdus:ꝛ oĩ tẽpore nutriẽd⁹:

etiam si accessionis hora affuerit. Si uero febris caliditas cum inceperit: uehementissima fuerit cum siccitate. Lac de quo butirum sit extractum cum trociscis de campaora in potu sumat.

Capitulum de febre sincopali que ex multitudine et cruditate humorum fit.

Sepe febris aliquem inuadit: que secundum maius paroxismum ut flegmatica facit. In qua corpus mollificatur: et facies tumere incipit. Et si corpus non fuerit nutritum sed euacuatum: superueniet egro inde sincopis. Et si nutrimentum adhibeatur: mollicies consequetur: et febris fiet uallidior: et in longum protrahetur tempus. Huius itaque febris curationis principium: est ut crura egri a genubus usque ad pedes cum pannis qui inter lenitatem et asperitatem sint medij fricentur donec rubere uideantur: deinde ad coxas tendendum est in quibus similiter fricatio fieri conuenit incipiendo superius: et descendendo usque ad genua: donec parum rubere incipiant et sit fricatio in uehementia equalis: post hec quoque manus eorum ab ascellis usque ad uolam ad predictorum similitudinem sunt fricande: deinde pectus et dorsum. Post que omnia ad pedum ac aliorum membrorum fricationem sicut prediximus est redeundum. Cumque huiusmodi paciens sitim passus fuerit: oximel in potu sumere conuenit. Famem quoque cum habuerit: aquam ordei et panem atque ydromel mixtum cum zucharo sumat. Cauendum quoque est ne aqua frigida detur. Tempus autem inter fricationem et somnum partiendum est ita ut medium deputetur fricationi: et medium somno et quieti. Huic uero egro si cum solam ptisanam sumit non debilitatur. Aliud non est dandum nisi ipsa: et panis cum ydromelle. Si autem debilitatus fuerit cum cibis quos in febre prediximus flegmatica erit nutriendus: et si uenter constringatur collirium ex suco sicle et nitro supponendum est. Egro quoque omni mane preter supradicta pondus duorum aureorum seminis apij cum sirupo acetoso est dandum. Quod hoc modo usque quo sanetur regendus erit.

Capitulum de febribus que concomitantur apostemata.

Febris que sequitur apostema quod accidit ex percussione: aut casu: aut horum similibus: de genere est effimere. Non est putrida neque habet in se nocumentum neque maliciam. Quod uero comitatur apostema quod alicui membrum incipiendo innascitur: mala est. Timoris enim magnitudo aut paruitas qui post de ea habendus est: existit secundum illud membrum. Febris quoque que ipsum sequitur est secundum apostematis magnitudinem: et ipsius quantitatem. Febris uero que concomitatur apostema quod fit in panniculis cerebri est mala. Ipsa namque est febris frenesis. Cuius significationem et curam: iam prediximus. Illius uero que accidit propter apostema quod in gutture et suis partibus oritur: et uocatur sinanchia iam etiam nominauimus: febrem uero que fit ex apostemate in instrumentis anhelitus aut quod fit in carne que est inter costas et in panniculis qui ibi sunt: et in diaflagmate: et ex pleuresi et quod oritur in panniculo qui pectus in longitudinem diuidit: et ex peripleumonia: iam in predictis demonstrauimus. Ex eo tamen quod principaliter generatur in pulmone: prouenit anhelitus maior: et spissior: et uenarum rubedo. Tussis quoque cum eo accidit: qua cum excreatio sputi spumosi adest: quam etiam iam nominauimus. Cum febre uero que fit propter apostema quod generatur in meri: est dolor cum scapularum grauedine qui in hora transglutiendi grauior sentitur. Ex febre quoque que propter stomachi apostema accidit: prouenit dolor et inflamatio in anterioribus partibus uentris et in inferioris toracis. Ubi plerunque dolor et apostema cum est magnum sentiuntur. Sed si non est magnum dolor in loco illo uentris sentitur cum premitur. Adsunt etiam cum hoc apostemate: sitis et appetitus casus. Similiter quoque si in aliquo modo intestinorum fuerit apostema: locus uentris in quo est: tactu sentietur callidissimus. Cum quo sepe uentrem constringi contingit. Cum autem contingit apostema in epate generari: sequitur febris fortissima et sensuum turbatio: et urine constrictio. In matrice quoque

cum calidum fuit apostema: febris commit tatur acutissima scilicet causon ꝛ sensuum p turbatio. Omnes aũt febres que pp aposte mata grauantur: remouende sunt ex cura tione apostematis: quod fit aut minutiõe uł inunctione aut emplastri superpositione. Et preter hoc ex curatione quã in proprijs scripsimus capłis. Febris enim sequitur il lud apostema: dum est calidum ꝛ ardens. Remouetur uero febris: aut cum calor ip sius sedatur. Aut cum fames adunatur.

Capitulum de febribus que ex pestilen tia accidunt.

f Ebrib⁹ que ex aeris corruptione ge nerãtur: nõ uidetur in principio mul ta inesse accuitas neq; caliditas cum tangi tur eger. Sunt tamen in occultis corporis partibus ꝛ in ipsius profundo: magni nocu menti: ꝛ sunt deceptorie: ꝛ uehemẽtis ope rationis: ꝛ sunt febres lente ꝛ tepide: sed concluse. Cum quibus anhelitus ꝛ quicqd a corpore egreditur: ualde fetida sentiunt. His uero febrib⁹ laborantes: tribulationẽ magnam ꝛ sitim uehementer paciuntur: eo rumq; anhelitus augumẽtatur ꝛ fit spissus. Ex quorum corporibus cum uomitu ꝛ ege stione res feda egreditur ꝛ insolita: deide incipit eis superuenire sincopis: ꝛ moriunt. In hac igitur febre directe incedendum ẽ aquam frigidam dando: ꝛ rob ex fructibus acetosis ꝛ stipticis: ut est rob quod fit ex granatis: ꝛ ex suco uue acerbe: ꝛ ex piris: ꝛ macianis: ꝛ citri acetositate. Quod si nullum istorum habeatur acetu; cum aqua egris dandum est: ꝛ lac acetosum cum fari na ordei: atque lac ualde acetosum ex quo nutriantur. Hac preterea laborantes paf sione: aliquid comedere sunt cogendi. Plu res enim ex eis: nihil sumere uolunt. Et mitte eos in domos frigidas: ꝛ regendi sunt ex omnibus que in capitulo de ethica diximus: excepto quod balneum non sunt ingressuri: neque aquam calidem: neque lac recens in potu sunt sumpturi: domus autem in quibus moraturi sunt: cum hoc quod frigide sunt: sint etiam uentose: ꝛ ex aqua ꝛ aceto rorentur: pacientes uero. herbas frigidas ꝛ bene redolentes olfa ciant. Trocisci quoque de camphora cum rob de citris cottidie dentur: ꝛ pectoribus eorum emplastrum ex sandalis ꝛ campho ra: ꝛ aqua rosata superponatur. Sintque eorum mansiones ex foliis salicis: ꝛ uitis: et malorum: ꝛ omnium aliarum rerum in quibus est frigiditas: ꝛ stipticitas: plene. Et ex sandalis ꝛ camphora suffumigentur: et ex aqua rosata multotiens in die ro rentur.

Capitulum de febribus compositis.

p Lerumque superueniunt egro due aut tres febres: que quandoque sunt unius generis ut terciana: quandoque di uersorum ut cum egro superuenit quartana cum terciana: aut flegmatica cum ethica. Sepe etiam una ex eis est continua: ꝛ alia interpolata: ꝛ sepe accessionum pricipia uicinantur: ut in una sint hora ꝛ sepe elon gantur. Quapropter ordo periodorum ip sarum corrumpitur: ꝛ accidentia ita com miscentur: ut cognosci minime queant: ni si ab eo qui cognoscendi species simplici um: pericia adeptus est. Ideoque genus febris non solum ex interpolatione sua sci ri debet: sed ex accidentibus ipsam comit tantibus que sunt eius propria. Contin git enim duas habenti tercianas: cottidie interpolationem pati. Unde si hec non cognoscentur nisi ex interpolatione: iudi cabitur esse flegmatica. Cui si secundum hoc regimen adhibitum fuerit eger interfi cietur. Quapropter species ex acciden tibus que sunt ei propria cognoscenda est: et non ex circuitu eius. Sitque cura que huiusmodi adhibetur febri: secundum acci dentium fortitudinem ꝛ debilitatem: ꝛ eo rum simplicitatem: ac permixtionem. Ne que attendatur interpolationis ordo: cum accidentium testimonium ab interpolatio ne diuersum fuerit: licet enim cum aliquis duabus infestatur: tercianis cotidie curatio ne ei subueniendum est: sed terciane. ad hoc etiam preter supradicta omnino niten dum est: ꝛ in cura eius studiose elaboran dum. Si autem febris una die accedat et alia non: accidentia tamen que terciane sunt propria: non sint fortia neque pura im mo debilia: ꝛ commixta: non est medican

da cum sola terciane cura: immo ipsius cu ratio temperanda est: secundum accidentiū declinationem. Uniuersaliter autē dicimus febrium cōpositaꝝ curationem compositam debere esse: ex curis simplicium ⁊ q̄d duaꝝ curationum commixtio: secundū duarum fe brium commixtionem fieri debet: plerunq̄ tamen oportet nos studere: ut ad unam fe brem curandam intendamus: cum ipsa fue rit magis timenda. Cuius exemplum est: quod si aliquis febrē pateretur quartanam et superueniret ei alia febris propter apo stema in epate: aut stomacho: aut aliquo ex membris in instrumentis anhelitus: dico quod in hoc loco cum hoc accideret: studio se esset tendendum ad febrem curandā que taliter accideret propter timorem ipsiꝰ ma gnum: licet in medicinis aliquid contineret quod aliam febrem faceret ualidior est. Et si contingeret febrem una die infestare ⁊ alia non: sed accidentia huius terciane non apparerēt pura nec fortia: neq̄ tremor eius esset pungitiuus: neq̄ calor cito post ipsum acensus foret neq̄ sitis multa: neque estuatio: neque calor febris: neque dolor capitis: neque inanis locutio: neque sudor sed forent omnia hec debilia cum compara rētur eis que in pura terciana uideri solēt. Et poxismus etiam quod preter hec febris ista prolungaretur: donec ad .xiiii. horas p tingeret: diceremus quod hec febris non esset curanda: pure tertiane medicatione: sed huius curatio: ex flegmatice febris cu ra commiscenda foret: ⁊ deberemus dirige re intentionem nostram ad id quod flegma atque colleram ab egro educere posset. Eiusque nutricatio ac totum regimen: secū dum hoc essent ordinanda. Nos quidem omnes compositas febres nominare non possumus: neque cuiuslibet illarum propri am subiicere curam. Oportet autem ut huius discipline inspector simplicium fe brium formas ⁊ earum curas: optime co gnoscat et post compositarum cognitionem bene mensurare: et earum curam ex duaꝝ simplicium curis temperare sciat.

Capitulum de uariolis ⁊ morbillo.

c Um febris acuta ⁊ conclusa pueris precipue. Aut iuuenibus euenire ceperit. Fueritque cum ea dorsi dolor et narium pruritus: ⁊ in somno timor ac ca pitis grauitas: ⁊ oculorum rubedo ⁊ in cor pore sentitur punctio: sciendum est quod egro aut uariole: aut morbillus citissime superuenient. Quapropter si antequam apparere incipiant: medicus egrum in ueniat minuere eum faciat aut cum uento sis sanguis extrahatur. Minuatur equi dem sanguinis multitudo. Consequenter uero trocisci de spodio cum suco granati acetosi in potu tribuantur. Eger quoque non nutrietur nisi ex ptisana: ⁊ hoc in mane et prope noctem fiat. Quod si ipse largi orem appetierit nutricationem: fueritque ipsius uirtus debilis: alia non dentur nisi lentes absque corticibus cum pauco aceto condite. Aut sorbitiones que fiunt ex amilo ⁊ zucharo ⁊ oleo amigdalino: ⁊ epu lum quod ex oleribus frigidis que haberi possunt preparatur. Rob quoque quod fit ex fructibus acetosis aut stipticis ad bibendum detur. Uenter autem si stric tus fuerit: infusiones cottidie in potu su mantur. Ex hoc enim aut omnino prohi bebitur pustularū egressio aut si quid egres sum fuerit paruum erit. Si uero eger a medico non prius fuerit inuentus quam passio egredi incipiat: non erit tunc minu endus neque trocisci de spodio erunt dan di: sed corpus ipsius erit bene cohoperien dum: ut sudor prouocetur. Ex hoc enim leuis fiet materia: ad exeundum. Si au tem uideatur passio dura esse ad egredien dum: et eger uideatur esse uehementis na usee: et cum multa estuatione ⁊ accidit ei leuitas in aliquibus horis: apozima de fi cubus ⁊ uuis passis lentibus absque cortici bus ⁊ semine feniculi et fustibus de lacca: in potu sumat: quod hoc modo fit. Cuius que predictorum pugillus unus sumatur: deinde omnia in aqua coquantur: ⁊ colent quorum apozima multotiens in die suma tur. Aqua preterea rosata in qua sumach infusum fuerit. Aut sucus qui carnositate granati exprimitur: oculus inquinatize tur. Aqua etiam frigida cum pauco ace to mixta: in potu tribuatur: et gargaris mus similiter ex ea fiat. Quod ideo fieri conuenit ne in oculis: aut naribus: aut gutture ex ea aliquid egrediatur. Antimo

Agaricum autem educit melancoliam & flegma crossum. cuius dosis est. ʒ. iii. & est tarde solutionis. Scam̄ soluit coleram & humiditates forti uirtute: & cum ex ea po nitur cū aloe & mirobol' rectificaf ex eis: & si militer rectificat ipsam rob citoniorum & aqua ipsa citoniorum: & quando citonia ipsa cum ea ponuntur in confectionibus: sicut electua rium de citonijs & similibus est uelocioris o perationis & minoris malitie: cuius dosis sit a. vii. granis & s. usque ad quartam. ʒ. i. Polipodium uero educit melancoliam & flegma salsum: & sanat scissuras fortiter que fiunt in manibus: & ponitur in decoctionib⁹ cum epithimo: cuius dosis sit a duabus. ʒ. usque ad. iij. ʒ. Epithimi uero dosis fit a ʒ. iiij. usque ad. vij. ʒ. & nō indiget rectificatiōe & soluit melancoliam. Mirobol'. citri. soluunt coleram: & nigri indi soluunt melan coliam: nigri uero in quibus est ponticitas non sunt conuenientes ad solutionem facien dam: immo ad stomachi preparationem & non oportet ut de mirob bibatur ad soluen dum. Sed aqua eorum cum zucharo: & ter ramabin: quorum dosis sit a. ʒ. x. usque ad. xx. Sene autem & fumus terre conferunt pruri tui & bothor & educunt coleram cum facili tate: sitque dosis a. ʒ. iiij. usque ad. vi. ʒ. in de coctione cum accidit & similiter uiole. Aqua uero casei coleram cum facilitate edu cit: de qua necesse est calefactos & qui medi cinas non tolerāt calidas diebus multis in potu sumere. Que quidem pruritui confert sicco & malis ulceribus siccis sicut sabafati & impetigini & melancolie & lepre & egritu dinibus que illis sunt similes: ipsa namque coleram educit & adustam simul.

De febribus effimeris.

s Pecies febrium prime tres sunt: alie enim sunt que fiunt in spiritibus: sicut febris effimera: & alie sunt que fiunt i mem bris radicalibus sicut febris ethica: & tcia fit in humoribus sicut febris putrida. De febre autem effimera signa sunt quod ipsa semper accidit ab alteratione eueniente: sicut uigilijs & labore superfluo: aut fame: aut si ti uehementi: aut acceptione medicine: aut acceptione ciborum calidorum: aut ex ira su perflua: aut cogitatione uehementi: aut cali ditate aeris: aut propter stationem in sole: aut propter frigus aeris in itinere: aut na tationem in aqua frigida: aut in aqua alu minosa: aut casu: aut percussione: aut propt potum uini puri plurimi fortis: aut propter satietatem nauseatiuam ex multitudine co mestionis: aut propter famem uehementem aut propter catarrum aut corrizam: aut flu xum uentris: aut longitudinem more in aere balnei: & non mutatur ex ea color urine: nꝫ tingitur ex ea plurimum: neque pulsus fit ue lox: neque frequens uehementer: neque cor poris tactus in ea est adurens mordicans: neque anhelitus est uehemenf consecutiuus

neque lingua est uehementis asperitatis ꝛ siccitatis : ꝛ non fit quidem in initio ipsius corripilatio:ꝛ post eius declinationem sudor aut humorositas proculdubio. In eo igitur qui hac febricitat febre non est necessarium nisi ut consideretur eius declinatio : deinde mittatur in balneum:ꝛ super ipsum aqua tepida fundatur ꝛ ipsius corpus tēperate fricetur :balneum uero non sit superflue calidū nisi illis qui frigore febriūt superfluo quod eis aduenit in uia. In illo autem cui aduenit ex labore ꝛ lassitudine ꝛ fatigatione plurima:multiplica iuncturaꝝ inunctionem cum oleo aliquo ꝛ super ipsum aquam effunde tepidam in loco balnei non calido: deīde educ eum de balneo:ꝛ ciba ipsum cibo facili humido ꝛ pota ipsum uino pmixto mixtione subtili ꝛ prolonget somnum . Ille vo cui hec febris ex contritione accidit : aut obuiatione ꝛ apostematur locus apostemate calido:balneum non ingrediatur : sed flobotoma ipsum:ꝛ locum apostematis infrigida ꝛ ad locum apostematis singulariter intēde ꝛ cura ipsum donec sedetur. Illum uero cui hec febris ex potu uini puri plurimi accidit: balneum ingredi non facias. Sed in potu aquam granatorum acetosoꝝ ei tribue ꝛ aqua agreste ꝛ similia illis ex rebus infrigidantibus donec sedetur in eo febris integre:deinde fac eum ingredi balneum cuꝫ facilitate ꝛ lenitate. Ille uero qui ex lōgitudine stationis in sole febrit.in aqua dulci recente balneetur:ꝛ super caput ipsius acetum de uino ꝛ aquam ro. pone ꝛ in potu sauich de ordeo ei tribue cuꝫ zucharo:ꝛ aqua niuis. Illum aūt qui ex aquis termaruꝫ febrit:in balneum semel mitte:ꝛ ipsum cum oleo bene inunge:ꝛ super ipsum tepidam aquam infunde: donec corpus ipsius crescat ꝛ infletur ꝛ rubeat. Illi uero qui ꝑpter cibi superfluitatē febrit:precipe ut somnum prolonget:ꝛ flobotoma ipsum si coloris eiꝯ rubedo uehemens sit:neqꝫ tribuas ei aliqd duobus diebus nisi sauich. In illo uero qui ex fame febrit:non consideres febris declinationem : sed in potu sauich de ordeo ei cum zucharo:ꝛ aqua niuis tribue:ꝛ ipsuꝫ cibis infrigidantibus ꝛ humectantibus ciba. Illum autem qui ex fluxu uentris febrit qui ei superuenit balneum ingredi fac : deinde ipsum ciba frigidis uentrē retinentibus.

Illum aūt qui ex catarro uel corriza febrit. flobotoma deinde uiolꝰ conditas ꝛ aq̄ ordei ei in potu tribue. Si pp longam moram in balneo febrit:in domo uenti dormire fac aut in loco frigido ꝛ da ei in potu aquaꝫ cū niue:ꝛ super ipsius corpus sandali ꝛ aquaꝫ ro.ꝛ camphoram cum rosis contritis pone. Et plarime quidem haꝝ febrium finiuntur die ꝛ nocte ꝛ sunt de his que usqꝫ ad.iii.aut iiij.extenduntur dies:cum aūt tres pertranseunt dies : tunc iam egrediuntur a genere feb.effi.huius quoqꝫ febris plurimum non fit nisi ex repletione ꝛ ex opilatione poroꝝ ꝛ rubent cum ea facies ꝛ oculi : ꝛ cōfert ei flobotomia:ꝛ caliditas huius febris effimere quantitatem non pertransit. Cuꝫ ergo febrem effimeram in primo die uides: demuꝫ in secunda die eam inuenis acutam:ꝛ urina iam tingiꝉ: ꝛ pulsus fit uelox ꝛ anhelitus ꝛ rubent facies ꝛ oculi:tunc estima quod est de genere huius febris. Incipe ergo succurrere flobotomando egrum ꝛ soluendo cum aqua de fructibus : ꝛ si febris in die tercio addet caliditatē ꝛ pulsus ꝛ anhelitus uelocitatē ꝛ frequentiā:tunc ṅ dubites qui sit hec febris. Incipe ergo cū flobotomia ꝛ solutione cū aqua de fructibus : ꝛ si est rubedo manifesta ꝛ pulsus plenus ꝛ corpus carnosum ꝛ in tactu cum caliditate humorositas . Incipe cū flobotomia ꝛ si in colore non ē rubedo plurima :ꝛ corpus est extenuatū:lene ac lacertosum:ꝛ pulsus frequens est ꝛ uelox ꝛ latus ꝛ caliditas mordicatiua ꝛ cutis obscura sicca cū tangiꝉ corpus:tunc cum aqua ꝺ fructibus facienda est solutio:deinde sirupū acetosum puꝝ ei in potu tribue:ꝛ ipsum ī ea ex aqua ordei ciba cū aqua duoꝝ granatoꝝ Cum ergo alleuiaꝉ:fac ipsum ingredi balneum.ꝑter qꝺ sit calidum ꝛ in ipso cū furfure tritici frica ipsum : ꝛ eius fricationes multiplica ꝛ ablutionem cū aqua tepida : deinde ipsuꝫ extrahe ꝛ fac eū dormire in denudatorio ut sudet:tunc.n.cum hoc regimine euꝫ a febre ꝯtinua euadere facies .

De febre putrida .

Sunt separabilis ꝛ continua: de qbus sunt terciana:quartana:flegmatica . Sinocha: causon : ꝯposita ꝛ febris apꝰema tum:putridaꝝ autem febrium signa sunt:qꝺ

incipiunt sine alteratione corpori extrinsecus aduenie͂te ex causis extrinsecis quas diximus in effimera. Sȝ eueniunt incipiendo: ⁊ est cum eis oibus orripilatio aut tremor: nisi cū sinocba que ē ex eis: ⁊ quibusdā febribus apostematū: ⁊ caliditas eaꝝ omniuȝ est fortior caliditate febris effimere ⁊ pulsus ⁊ anbelitus ⁊ urina sunt uebemētioris alfationis: unde unicuiqȝ sunt eaꝝ: signa propria.

Signa terciane propria.

Sunt que incipiunt cū orripilatione simili pūcture acus ⁊ ñ prolongať spatium orripilationis: nȝ ꝯcutiunť in ea dentes ⁊ non est in ea frigus ad calefactionem uel ad caliditatem declinans: ⁊ festinat eius inflāmatio: quare magnificatur pulsus ⁊ anbelitus: ⁊ frequens fit ualde: ⁊ uebemens fit inquietudo: caliditas: sitis ⁊ angustia: ⁊ qñȝ accidunt alienatio ⁊ uomitus colere ⁊ egestio eius: ⁊ fit in ꝯplexionibus: etatibus ⁊ corporibus calidis ⁊ qui plurimū utuntur labore: ⁊ plurimū babundant bumoribus ⁊ cibis calidis generantibus coleraȝ ⁊ fuerit cum istis signis aut quibusdaȝ eoꝝ: ⁊ iam febricitauerunt plures boies febri terciana: tunc iudica qꝺ est feb̄ terciana. Cuius quidem cura ē solutio uentris cū aqua fructuum sicut sir̃. de prunis: sir̃. ro. puro. aut decoctione leui ⁊ fac illud in die ñ piodi: ⁊ da ei post illud aquā ordei: ⁊ aqꝫ citroli: ⁊ ciba ipsuȝ sauic ⁊ aceto ⁊ oleo amigdal' ⁊ aqua eius: itē aqua berbaꝝ frigidaꝝ ⁊ omnium que extingunt calorē: ⁊ infrigidant: ⁊ sit studiū tuum ad extinguendū secundum quantitateȝ uebementie caliditatis ⁊ tepiditatis eius. Si autem exsiccať natura: tunc premitte aquaȝ prunoꝝ antequā cibes per duas boras: ⁊ si soluiť tunc aqua granatoꝝ muȝoꝝ contritoꝝ cum granis suis ⁊ sua pulpa. Si ergo non erraueris boc regimine: tunc resoluetur feb̄ usqȝ ad. iiij. periodum aut minus: ⁊ bec quidem febris plurimū stat in periodo quarto: ⁊ qñȝ separatur in ipso: ⁊ plurimum qꝺ extēditur usqȝ ad perioꝺ. vij. Que autem ptransit. vij. piodos ñ est terciana pura simplex sȝ est composita: in qua est ꝯmixtio flegmatis ⁊ loquemur in ea.

Signa terciane inseparabilia sunt sigͣ febris terciane preter orripilationeȝ ⁊ sudorem: non. n. est cum ea: nisi cum est crisis ⁊ caliditas febris ⁊ alienatio in ea sunt uebementiores: ⁊ sunt cum ea asperitas lingue ⁊ citrinitas aut nigredo ipsius: ⁊ cum lingua est nigra est malignior: ⁊ quādo ē alba est melior ⁊ leuior: ⁊ qñ est citrina est inter illas in malitia: ⁊ differentia quidem inter febrem tercianam ⁊ continuam que fit ex sanguine est: qm̄ bec fit fortior in tercio: ⁊ ñ sunt in ea rubedo superflua ⁊ extensio in corpore ⁊ dispositio simil' asmati ⁊ constrictio anbelitus: qm̄ cum febre sanguinea sunt ista accidentia. Intende ergo in curatione eius ita ut des in potu infirmo sirupū de prunis in mane ⁊ aquam ordei cum eleuatione sol' ⁊ aquam citroli aut aquam cucurbite: aut aquam melonis indi in meridie: ⁊ muscillaginem psillij apud somnuȝ: qꝺ si natura fuerit obediens ⁊ assellauerit oi die plus duabus uicibus: reduc diuersitatē: da ergo ei loco aque prunoꝝ aquam granatoꝝ muȝorum cōtritoꝝ cum suis interioribus: ⁊ intende i extinguendo quantum potes: ⁊ non attendas neque abscultes illud qꝺ dr̃ a stultis medicͤ qꝺ multitudo extinctionis tardat crisim: cuius. n. iam expertus sum ambas uias: ⁊ inueni banc uiam incolumiorem ⁊ securiorem ⁊ minoris timoris: ⁊ qui mortui sunt ex babentibus banc febrē cum boc regimine primo oio dimitteie extinctionē ⁊ subtiliationē regiminis ut appropinquet crisis ē dimittere egruȝ ad mortē proculdubio: nisi separeť ei supfluitas bumiditatis in corpe: aut obediat medico ⁊ bibat aquā. f. plurimam: aut comedat cibū quā desiderat plurimū: ⁊ si nō plurimum eorū cerebrum assatū ⁊ stomacbꝰ ita ut spasmeť: quare dissoluuntur oculꝰ ⁊ mādibula: ⁊ accidit eis tortura ab assatione cerebri: ⁊ spasmantur nerui. ⁊ non probibetur in bac febre quin in potu sumat eger aquaȝ. f. cum uult: ⁊ quod appetit de fructibus frigidis bumidis.

De sinocho

Incipit calida sine tremore: ⁊ rubent cum ea facies ⁊ oculi ualde et ꝯstringitur anbelitus: ⁊ tactus eius sicut tactus balneati: et fuit regimen cum eis que p̄cesserunt: regimen multiplicatiuum sanguinis: ⁊ est ante ꝯmotionem eius grauitas in corpo

re & additio in somno et pulsus est cũ ea magnus et plenus et urina est rubea et spissa Et cura eius ẽ ut succurras ei in principio rei:& antequã uirtus cadat ualde cum flobotomia:& dimitte sanguinẽ currere: donec egro supueniat sicopis:& si fuerit debil:ciba ipsum medulla panis cũ aqua granati muzi & aqua agreste:deinde dimitte eũ: & ad ultimũ non dimittas quin procedat egressio sanguinis usq3 ad sincopi3:& post illud da ei in potu aquã granati muzi:& ciba ipsum aqua ordei:& rege ipsum regimine hñtiu3 causon febrẽ. Sed sit cũ extinctione minori:& si tardat flobotomia in dispositione sua: stude ad dandum illi in potu aquam frigidam plurimã: & da ei in potu ex illa usq3 quo satietur aut infrigidet & terminat. Si ergo decliat iã sufficit tibi:& si reddit: & tu itera usq3 quo declinet:& fiat febris leuis adherens: & tũc quidẽ rege ipsum regimine febris flegmatice:hoc.n.regimen confert in hac febre: & ego iã expertus sum & probaui ipsu3: & liberata est per ipsum gens plurima que erat iuxta mortẽ a timore magno: nõ sis ergo piger in dando in potu aquã.f. cum uehemẽs est necessitas:n3 dimittas ea3 qñ hec febris sinocha est ex apostemate in stomacho aut i epate: aut matrice: aut renibus: aut uesica: aut diafragmate & plone: & proprie in diafragmate & plone & pectore.

Signa necessitatis dandi in potu aquã frigidam.

In stomacho uero & epate est timor i dimissione tribuendi in potu aquã.f. cum ipsa uehementer est necessaria magis quã sit timor in eo qđ generatur ex malitia sua ñ ergo dimittas ipsam tribuere in potu: cum uehementer est necessaria. Et signa uehementie necessitatis eius sunt uehementia inflãmationis febris: & qđ pulsat cor & tremit post assiduationẽ febris secundum illam dispositionẽ difficile3 duobus diebus aut tribus:& ñ extingunt eam extinguentia & non ualẽt in ea:cum ergo pulsat cor cũ hoc:tunc iam bullit sanguis ebullitione & non liberat ipsum tunc:nisi in potu ei det aqua frigida: & detur ex ea in potu subito tm̃ quod satiet. Res.n.frigide fortes tunc ñ perueniunt ad id qđ est necessarium:nã si non potant isti aquam.f.superuenit eis post paululum & findantur uene in uentribus eo℞: q̃ emittunt sanguinem p nares: & large expellitur sanguis: & moriunt: & ideo qm̃ artarie ꝓprie franguntur:qñ3.n.bene sunt, posite & fortes q̃ non accidit eis hoc accidens. S3 ꝯstringuntur eo℞ anhelitus & profocant subito q̃ o3 ut fiat:quatenus uincat qđ accidit ex malitia frĩdi in potu aquam.f.habet minore3 magnũ:fortasse.n.non accidit ex ea nisi đbilitas febris & prolongaui spatiũ eius & aduentus apostematis duri in uisceribus & illud est ex eis quibus expellit morsura: & qñ q3 est possibil: ẽt ut succurrat cura huius febris cũ ea. Cu3 ergo administraueris flobotomiam & dederis in potu aquam.f.tunc rege febrẽ post illud s3 quantitatem quam uideris residue caliditatis eius cum aqua granato℞: aut cum aqua zuchari ro. aut aqua ordei: aut sirupo acetoso: aut trocisci đ rosis & similibus.

De flegmatica febre periodica.

Ipsa incipit cũ orripilatione ueri frigoris & tardat i calefaciẽdo:& ẽ orripilatio longi spatij:& facit paroxismum ei die:& fortasse ñ calefit:& ñ est uehementis inflammationis:& est cum ea uomitus flegmatis: & hũitas in ore & debilitas appetit⁹: & paucitas sitis:& plurimũ accidit mulieribus & flegmaticis & pueris & eunuchis & in eis q assiduãt cibos & regimina humectantia:& q multum utit fructibus humidis & molesc̃ cũ ea corpus:& inflant palpebre inferiores & albescit facies & citrinat. Cuius cura est uomitus cũ sir.ace.& aqua calida in oris orripilationis & uaporatio cũ aqua ca. & cum uiđris qđ flegma ẽ crossius qđ scies ex crossitie eius qđ egreditur cum uomitu & difficultate eius: & ex pigritia febris & longitudine sui temporis & sui paro.& difficultate calefactionis ipsius:tunc cibã eum illis que incidunt flegma ante uomitũ: & da ei in matutinis zuchar ro.& sir.ace.dum permanet in eo caliditas superflua.tunc da ei trociscos de eupatorio & medicinas fortes ex prouocantibus urinã sicut anisi.ameos:& semen apii:& administra balneum:& euacua corpus cum catartico forti & non dimittas in hoc toto quin ꝯfortes stomachum proprie cum mastice & olibano & ciperis & similibus proiciendo ea cum illis quibus curatio fit. Cum hac enim

febre debilitatur stomachus.

Flegmatice continue signa.

q Ue sunt cū flegmatica preter qd ozripilatio ñ ē cū ea:imo similitudo ozripilationis in corpe ⁊ caliditas eius est addita ⁊ sudor in ea etiam ñ fortasse est nisi cum totaliter sepatur: immo plurimū est sepatio.i. recessio huius febris ⁊ flegmatice prodice: ⁊ uirtus qz quartane ⁊ eius febrium prolixarū tardarū absqz crisi: immo cū resolutione alicuius rei post a iam rē. Si autem ē in dispositione aliqñ tunc cum uomitu ⁊ solutione uentris: ⁊ cura eius est sic cura flegmatice prodice. Uerū oz ut sit intentio tua in hac fz ea que calefaciunt cū cautela plus ⁊ proprie cū caput est debile:⁊ eger est ex illis in quibus consuete fiunt egritudines: multotiens.n.fit in eleuatione huius feb hirsen frigidū:⁊ perueni ad confortandū stomachum cū zuchero ro.⁊ trocis.de ros.⁊ sil.b⁹ ⁊ si cap fuerit debile ⁊ feb fuerit tarda tepida:tē da ei in potu fortia inpuocando urinā ⁊ euacuando flegma cū eis que sunt: ut trocisci d̄ eupatorio ⁊ pill:in quibus ē pulpa collo̅qntid ⁊ aquā seminum ⁊ radicū ⁊ aquam mellis ⁊ cimini ⁊ diapipereon:⁊ ñ dimittas uomitū cū eis que incidunt:non.n.prolongatur plurimum cū hoc regimine:⁊ multotiens quidē peruenit hec febris ab ydropisi: ⁊ proprie ab yposarca:cū ergo uideris inceptionē corruptionis ꝯplexionis:tunc incipe succurrere ei cū eis que diximus in capitulo ydropisis ⁊ elige ex illis medicinis conuenientiores earum fm caliditatē feb ⁊ tarditates eius.

De quartana periodica.

o Rripilatio difficilis uehemēs consequens difficultatē ossuum: ⁊ debilitat pulsus in pricipio eius ualde: ita quod si tu assiduas illum q hanc febrem hēt: non indiges cū eo significatione alia:licet.n.pulsus minoretur inceptione omnium aliarū febriū non tamen minoratur sicut in hac: ⁊ plurimum quod accidit hoc post febres cū pmisceantur eorū parox. In iceptione uero o quā parum accidit:⁊ plurimum quidē accidit in autumno ⁊ in hyeme:⁊ in eo in quo dñatur colera ni.⁊ habentibus splenes crossos: ⁊ q multum utitur cibis melancolicis: ⁊ caliditas eius cum calefit est infra caliditatē terciane ⁊ causonidis uere caliditatis:sicce ual de mordicans palmaz. Et caliditas sanguinee continue ē acuta. Sed est cum humorositate:sicut dispositio uaporis cum aqua calida. Et caliditas flegmatice diuersa est hic dispositio caliditatis puenientis ad manum perforatam. Et quarta caliditas est infra calid.tatem terciane. Sed ñ est in siccitate ⁊ asperitate infra illam. Et cura huius febris ē semper si aqua cū ea est rubea ⁊ crossa:⁊ qñ accidit post febres caliditas: cū flobotomia basilice ex latere sinistro: deide solue uentrem egri multis uicibus ꝯtinuis. Sed non est caliditas febris uehemētis fortitudinis cum decoctione epithimi secundū modum suū:⁊ si est fortis caliditatis: tunc sirupo ace.⁊ epithimo ⁊ aqua casei in qua infusum est epithm ⁊ cū decoctione mirobol. nigrorū:⁊ infusione eorum: ⁊ si fuerit caliditas eius sicut fortior caliditas que est febrium quartanarum:tunc aquam casei solam:⁊ si fuerit post febres flegmaticas aut cōmixtas: tunc administra uomitum post incisiua subtiliatiua cum qbus non est plurima calefactio:sicut sicla cū parua quātitate sinapis ⁊ sir.ace.⁊ rafanus ⁊ fac ipsum uomere: ⁊ da ei in potu qñ antiquatur ⁊ alleuiatur ozripilatio illd qd sudare facit sicut cardamomū ⁊ medicina de asa est melius ea ⁊ uelocius ipso ⁊ pone coram eo:⁊ post ipsū duo uasa in quibus sit aqua bullita cum camomilla ⁊ sceba:⁊ calamentū ⁊ cooperi eum cū pannis in hora parox ⁊ ozripilationis ut uelox sit eius calefactio:⁊ prouocet sudor ⁊ mitte eū in huiusmodi hora in balneum inter omnes duos dies:aut omni die: non in die paroxismi. Si autem febris fuerit tepida: non subtilies regimen eius:sed da ei cibos leues: sicut caro arietū ⁊ assidua lenificationē eius nature:ita ut des ei sp aquam sicle: ⁊ aquā caul.⁊ ficus infusas in aqua mell. ⁊ ius galli uetusti decocti cū aqua ⁊ sale in quo proiectum fuit aliquantulum polipodij: de quo sorbeat parum ante cibum suum: ⁊ itera solutionem ⁊ flebotomiam: si non uideris ei plurimam diminutionem:ipsa enim non prolongabitur fm hoc regimen.

Signa quartane continue.

q Uartane periodice uerūtamen non est ozripilatio: ⁊ fit fortis in quarto ⁊ tepescit in alijs diebus: ⁊ o quam parum

est eius euent⁹: ꝛ ei quidem confert flobotomia basilice proprie: deinde flobotomia sa phene: deinde prouocatio urine si fuerit pigre caliditatis: ꝛ fuerit cum ea leuitas ꝛ humiditas plurima ꝛ solutio melancolie cū non fuerit istud ꝛ accidit post febrem acutam.

Febres que faciunt paroxismum in.v. diebus.vi.ꝛ plus.

O Quam parum euenit paroxismus p transiens quartam: uerumtamen ego uidi paroxismos transeuntes multotiens: ꝛ sunt iste febres omnino ex hūoribus crossis ꝛ est cura eaꝝ sicut cura quartane.

Feb. composita.

Species febrium compositarum sunt plures ualde: ꝛ in omni compositione eaꝝ faciunt accidere periodos similes periodis febris simplicis: quāobrem non oportet ut confidas in cognoscenda febre ex periodis eius: immo ꝭꝫ accidentia eius ꝓpria quandoqꝫ.n.euenit ex compositione duarū tercianarum paroxismus omni die. Sed cū uides paroxismum omni die cum accidentibus terciane: scias quod sunt due terciane: unius quarum paroxismus accidit cum recedit alia terciana: ꝛ plures febres composite accidentes sunt ille que fiunt ex collera ꝛ flegmate: ꝛ iste febres prolixe sunt ꝛ male: quarum signa sunt permixta ex signis terciane ꝛ faciente paroxismū omni die: quare in una die erit calida propter uehementiaꝫ inflāmationis: ꝛ in alia die pigra ꝛ sepulta debilis caliditatis prolixe eleuatiōis que forsitan non calefacit nisi cum labore: ꝛ iteratur in eo orripilatio: post calefactionem semel aut bis aut inflatur cum hac febre facies: ꝛ corrumpuntur uiscera ꝛ debilitantur ꝛ infrigidantur stomachus ꝛ epar. Cura eius feb est: ut administretur in ea purgatio cum medicinis secundum paucitatē caliditatis eius ꝛ multitudinis ipsius ꝛ intendas in ea: secūdum cum sirupo acetoso puro ꝛ illo qui est cum seminibus: ꝛ semen cum zucharo. Cum dies pertransierint: tunc da eis trocis. de ros.ꝛ zucharo ro.ꝛ mastic̄ ꝛ aqua feniculi: ꝛ trocis. de eupatorio ꝛ similibus ex eis que diximus.

De orripilatione sine feb.

Q Uando accidit hec orripilatio postquam non calefit corpus: tunc incipe mundificare egrū ex flegmate ꝛ da ei medicinas fortes ad prouocandum urinaꝫ ꝛ minora cibum ꝛ potum eius ꝛ fac eum sudare in balneo ꝛ precipe ut moueatur ꝛ laboret.

De febre ex pestilentia.

E St quiete caliditatis cum tangitur: Uerumtamen anhelitus cum ea fetidus ꝛ frequēs ꝛ adherent ei tristitia ꝛ sitis ꝛ uomitus: cum ergo uideris nauseā frequētem cum febre tepida: tunc scias quod ipsa est febris pestilentialis ꝛ proprie quando comunicat ꝛ multiplicatur ꝛ sunt pestilentie manifeste in aere circundante eos ꝛ ex eis que dicemus: stude ergo tota intentione in confortando coꝛ istorum ꝛ temperando aerem continentem eos: ꝛ adhibe eis bene redolentia: ꝛ intromitte eos in domos odoriferas mundas: ꝛ sterne eas plantis bene redolentibus ꝛ aspectu uiridibus ꝛ suffumiga eas cum sandalis ꝛ camphora ꝛ aspge eas aqua ro.ꝛ aceto: ꝛ asperge ex eis super frustrum luti antiqui: aut super lates domorum si sunt antiqui ueteres: ꝛ pone tempera aquam ro.ꝛ camphoram: ꝛ sandal' cum pāno mundo in eis infuso: ꝛ fac eos odorare res odoriferas semper: ꝛ da ei in potu aquaꝫ.f. ueri frigoris ualde ꝛ rob granati acetosi ꝛ rob agreste: ꝛ acetositatem citri: ꝛ lac acetosum: ꝛ aquam mixtam cum aceto quando ñ presto est aliud: ꝛ ciba eos pullis assatis ꝛ uitello ouorum: ꝛ da eis in potu uinuꝫ albū boni odoris odoriferum cui admixtum sit quantum est quincuplum eius aque dulc̄.

De uariolis ꝛ morbillis.

S Igna generationis uariolarum sunt feb acute caliditatis conclusa: ꝛ uehementia doloris dorsi ꝛ prurit⁹ nasi ꝛ timor in somno. Si autem febris est uehementioris caliditatis ꝛ angustia est maior: tunc portenditur morbillus. Et cura uariolarum cū incipiunt signa: est flobotomia: sed postea ñ

sed attende τ si fuerit eger bonus in parui
pendenda egritudine τ non habuerit angu
stiam uehementem: τ uariole iam inceperūt
exire: tunc rege eum eis que festinare faciūt
exitum uariolarum: τ non des ei in potu ali
quid frigidum cum frigiditate plurima : ut
non fiet exitus uariolarum τ superueniat ei
tarditas τ difficultas. Si autem uideris ua
riolas pigri exitus: tunc da ei decoctionem
ficuum cum uirgis lacte τ aliquantulum cro
ci ut festinare faciat exitus illarum. Cum
ergo exierit omnes: tunc adiuua eas ad ma
turandum cum regimine τ uapoꝛatione cuȝ
uapoꝛe aque : si non ceperint peruenire ad
maturationem: rege eos regimine habenti
um apostemata calida : tribuendo in potu a
quam oꝛdei τ alia secundum quantitateȝ ue
hementie caliditatis: τ non multū intendas
ad soluendum naturam : τ precipue in moꝛ
billo τ in fine rei sue. Jam non foꝛsitan sal
uabitur habens ipsum a uentre in fine rei
sue : τ quando tu facis uapoꝛem τ maturas
tunc adiuua ad exsiccandum eas cum suffu
migatione folioꝛum mirti τ folioꝛum ro. τ
fumo tamarisci τ decoque ista τ ablue eas
cum aquis eoꝛum si tardatur earum exsicca
tio. Cum ergo exsiccantur : si remanet i eis
aliquid difficilis exsiccationis: degutta desu
per aquam τ salem: τ confirmatur earum ex
siccatio: τ completur : tunc degutta desuper
oleum tepidum multotiens : donec cadant
cruste omnes : τ incipe quando apparēt ua
riole τ signa eius: τ distilla in oculos aquaȝ
ro. in qua infusum sit aliquid sumac: seu rubi
τ quando in albedine oculi accidit locus ru
beus τ pꝛuritus: aut albus in nigredine ei⁹
τ si non accidit istud: τ uideris uariolas pa
ucas: tunc indigebis hoc. Quod si in liente
rijs pꝛuritus qui est in oculo non sedari pōt
per illud: immo redit foꝛtioꝛ quam fuit : tūc
distilla in eum ex almuri τ sale τ uapoꝛa ipȝ
uapoꝛe aque calide. Moꝛbillus auteȝ
est maioꝛis timoris quaȝ uariole nisi in ocu
lo. Intendit ergo in illo cum eis que edu
cunt coleram cum facilitate absque calefac
tione: sicut aqua pꝛunoꝛum τ grenati ꝯtriti
cum suis interioꝛibus: cum zucharo τ aqua
oꝛdei τ aqua melonis indi τ citroli: τ cucur
bite τ muscillagine psillij. Si autem inue
neris infirmo post hanc medicinā aduenire
tristitiam τ angustiam τ foꝛtasse comperiet
eum sincopis : tunc fac eum soꝛbere aquam
frigidam: τ fac eum sedere in ea parum τ fri
ca coꝛ eius τ cooperi euȝ: donec sedetur qꝺ
in ipso est: τ egrediatur moꝛbillus ad exteri
oꝛa coꝛpoꝛis: deinde redi cum exierit ad ex
tinguendum τ serua naturam in fine rei : ut
non sit causa ad solutionem nequissimam : τ
si inueneris in infirmo resudationem sangui
nis ex locis moꝛbilli: fac euȝ sedere in aqua
frigida τ scias quod est moꝛbillus malus τ
rubens τ uiolaceus h⁹ egritudinis est mal⁹
τ pernitiosus: τ uariole citrine dure pupim
qȝ inuolute multe τ rubee uehementis rube
dinis τ uiolacee τ ille que ambulant ut foꝛ
mica: τ que faciunt superficieȝ coꝛpoꝛis sic̄
spasmatiua omnes male sunt τ moꝛtales : τ
opoꝛtet etiam ut cum senseris uariolas : ut
pꝛecipias egro gargarizare cum aqua ro.
etiaȝ ut minoꝛetur quod egreditur in gutu
ꝛe suo: τ effunde in aurem eius sief memithe
cum aceto τ aqua ut minoꝛetur quod egre
ditur in aure: τ fac ipsum naribus suggere
oleum mirtinum: ut minoꝛetur quod egredi
tur in naso: nam cum hoc quiescit ex lesione
magna. Et si conqueritur de punctura in
plantis pedum τ manuum assiduet positio
nem eoꝛum in aqua calida: τ non cibes euȝ
in his duabus egritudinibus pullis : donec
cadant coꝛtices τ recedat sitis τ malitia an
helitus: post quam ergo ceciderint coꝛtices
tunc assiduatio balnei τ regimen impingua
tiuum coꝛpoꝛis implebunt foꝛamina earum
τ medicine que eradicant pannuȝ delent ue
stigia earum.

Uerba abubecri filii zacharie araxi.

Dixi in hoc meo libꝛo medicinas quo
rum necessitas est inseparabilis: τ po
sui illas que ex eis sunt pꝛeclare τ electe: τ
pꝛoieci totum in quo erat superfluitas τ di
latatio τ fui contentus eo tantum quod me
dico est necessarium τ declaraui illō τ abre
uiaui ista capitula.

Uerba abubecri.

i Am quidem peruenimus ad expositionem resolutionis egritudinũ que sunt a sumitate capitis usqꝫ ad pedes ꝛ reliquarum egritudinum ꝛ earum quibus indiget medicus in libro nostro magno ĩ arte medicine qui interpretatur alaugui: ꝛ in libro nostro qui est minor isto libro: ꝛ fui contentus in eo ƒm tercium qui est almansori quẽ composui. x. tractatus ꝛ feci ipsum regi almansori dño corasceni: a cuius nomine nominaui librum: ꝛ in libro nostro edito ð uirtutibus quem feci ad bely: ꝛ in libro atybal mulucbi quem feci ad bely dñm trabestem ꝛ in libro polorum qui ẽ liber maior quem ego composui propter amplam expositionẽ q̃ ego explanaui in arte medicine ꝛ adiuuamẽto naturaꝝ ꝛ que didici de sciẽtiis phye exceptis his que dicem⁹ ex libris nostris: cũ ipsi euigilẽt inquisitorẽ ad locũ utilitatis quāuis intẽtio non sit cõprehensa: qm̃ defectus prohibet a ꝯprehensione: inde igit in hoc libro isto diximus qð in ipso intẽdim⁹ ð cib⁹ medicinis quaꝝ rememerationẽ premisim⁹ in eis que precesserũt de noiatione capillorũ ꝛ intẽtiõe reꝝ: quecũqꝫ medicinaꝝ ñ dixi in hoc libro nro querat in antidotario oynaim filii ysabac ꝛ illic inuenietur.

Tinctura capillorum.

c Onfectio ticture ðnigrãtis capillos ℞. gall' rosarum rubearum. l. ꝛ inungantur oleo ꝛ frigant in frixorio donec scindantur ꝛ calcecaumenon: aluminis: dragãti ana. ʒ. xv. Sal' gemme. ʒ. vii. conterant sicut alcohol: conficiant in aqua cal'a: ꝛ humectẽtur tribus horis ꝛ tingantur cũ eis ꝛ dimittãtur tribus horis ligati: ꝛ inuolutis foliis ficle: deiñ lauentur mane. Alias litargiri: calcis non extincte ana pars. i. crete partes. ii. conficiantur cum aqua ꝛ tingantur cũ eis: ꝛ dimittantur. iiii. horis. Confectio tincture dealbantis capillos: stercus yrũdinis: enula sicca: mel: sem rafani: nesirin: sulphur: cortic radicis capparis aggregentur cum felle uaccino ꝛ aceto uini ꝛ ungatur cũ eis postquam suffumigatio fit cum sulphure ꝛ iteretur illud multotiens. Si albificentur assiduetur eorum inunctio cuꝫ oleo sambacino. Ad faciendum capillos flauos. Recipe lupinorum mirte: ana. ʒ. x. stafisagrie: fecis uini albi: ana. ʒ. iii. aggrega cum aqua in qua infusus est cinis ligni uitis ꝛ line cum eis in nocte ꝛ fient flaui. Ad crispandum capillos: farina fenugreci: se. iusquiami contritum: galle: sidra: calx: litargirum ꝛ liniatur cum eis. Medicamen faciens nasci pilos ubi uolueris. Recipe cineris aprotani. ℥. x. uentris cãtaridis. ʒ. ii. laudani. ʒ. iii. auellane combuste. ʒ. ii. terantur cum oleo ueteri ꝛ aromatizentur cuꝫ aliquãtulo gallie: ꝛ fricet loc⁹ ꝛ inũgant cuꝫ eis oi nocte: ꝛ abluat cũ euigilat: ꝛ qñ incip nescicari: dimittat uno die: deinde iteret donec nascantur. Confectio medicaminis corrumpentis capillos ꝛ subtiliantis eos:

oua formicarum:se.iusquiami:alumē:psillium opiū:liniat post depilationē cū aceto sublimato et assiductur:qm subtiliat eos adeo ut non nascantur. Confectio medicamis prohibentis capillos cadere: et prohibentis initium caluitie:gallie:mirob nigri folia mirti decoquantur i uino:donec dissoluant:postea in una libra olei onfacini proiciat.ʒ.i.laudani et.ʒ.i.masticis et decoquat illud uinum postq colatum est donec inspissetur paulatim deinde proiciatur super oleū aque pondus sui et decoquatur donec consumat aqua et incrossetur deinde liniat cū eo in nocte:et lauetur in die cum decoctione mirti. Medicamen ad callitiū in non suo tempore:laudani.ʒ.i.euforbij:gumme rute agrestis:ana quarta.ʒ.i.mirte.ʒ.S.storac.liqde quarta. ʒ.i.et quantum est totū bis ceroti cōfecti cū oleo de keiri:et liniat cū eo:et abluat in die.

Confectio medicaminis ad capillos cadentes confortātis eos et prohibentis a casu suo ℞.laudani.ʒ.iii gallarum mirte: mastic: thuris ana.ʒ.i.cordumem.ʒ.ii.dissoluantur cū oleo ro.et liniant cū eis radices capillorum est enim mirabiliter constringēs et retinēs.

De allopitia.

f Pume maris.ʒ.x.baurac:zedarac sulphuris:gume rute agrestis: euforbii: ana.ʒ.ii.staphisagrie:cantarides ana.ʒ.i. terantur oia:deinde fricet caput cum cepe donec rubeat:et qn mordicat inungatur cum adipe ursi:et liniatur cum oleo antiquo:et liniatur cum hoc medicamine duabus uicibus aut tribus cum uino ueteri post fricationem cū cepe donec rubeat et qn mordicat inungatur cum adipe ursi:deinde iteretur.

Furfures.

c Onfectio medicaminis ad furfures fortis:farine ciceris.ʒ.S.farine fenu greci:baurac:panis et furfuris eius nitri cōtriti:sinapis ana.ʒ.xv.altee.ʒ.x.conquassentur cum aceto uini pauco:et aqua et fricetur cū eis caput bene et lauet omni ebdomada semel et assiduet inunctionē cū oleis et abrasionem et balneum.

Sabafati.

e Pithima ad sabafati recentē et i corporibus teneris alcanna:aristol:litargirum:cortex granati:terantur et cribrentur et liniantur cum aceto uini et oleo rosato. Confectio epithimi ad sabafati antiquā:sal et attramentū adusta:sulphur terra argenti uiui:galle uē. litargirum aristol:terat totum et administratur sicut primum.

Scabies humida.

e Pithima ad scabiē humidā argentū uiuū extinctū:climia argenti:sulphur albū:folia oleandri:condisi calidi: litargirum misceant cū argento uiuo et pauca aqua et oleo ro.plurimo et dormiat super ipsum et ingrediatur balneū et lauetur cū usnem uiridi: deinde inungatur cum oleo ro.postquam effunditur super ipsum aqua calida deinde frigida plurima.

Scabies sicca.

c Onfectio epithimi boni ad scabiem siccam:floris eis attramēti ana terātur et cribellentur:et terantur cum aceto bene:et ponantur in urceolo uitreato et dimittetur in stercore. xl.diebus:extrahatur et teratur bene et administretur ex eo quantitas ʒ.ii.et liniatur cum aceto forti commixto.

Confectio epithimatis ad scabiem siccā et pruritus:baurac:uenarum:sal:mirre: costi dulcis:condisi ana.ʒ.ii.storacis liquide. ʒ.i.liniatur ex eo cum oleo ro.corpus totum et dimittatur tribus horis deinde abluat.

Confectio pill ad scabiem que sumantur omni ebdomada semel aut bis: mirobol citri.ʒ.x:xx.aloes.ʒ.xv.scam.dosis.ʒ.iii.

Modus confectionis alkesines ad scabiē et ad sabafati:et est trifera:mirobol citri.ʒ. x.sene fumi terre ana.ʒ.xxx.kesisnes quantum aggreget ea et bibatur ex ea omni die quantum est nux mane et sero.

Morphea alba.

e Pithima ad morpheam albam tasie et rubea se.rafani cōdisi:sinap:terant cum aceto forti et liniatur in sole.

Baras.

c Onfectio epithimatis ad baras:tafsie:blitis stafisagrie: uentris cantaridarum aā liniatur cum decoctione rubee facta ex aceto uini.

Morphea nigra ad pannum et lentigines.

e Pitha farie lupinorum.ʒ.x.se.rafani se. eruce costi amigdal amar sal armōiaci

piperis:an.ʒ.ii.armoniaci.ʒ.ii.ꝛ.ʃ.dissolua tur armoniacũ cũ adipe ꝛ cõiungat cũ eo ꝛ fiant ex eis forme auellanaꝝ ꝛ dissoluat cũ necesse est: ꝛ liniat cum aqua azedaracb in nocte bene epitbimando ꝛ abluat in mane cũ aqua se.melonis ꝛ furfuris: ꝛ uiolaꝝ sic carum:ꝛ uaporetur locus anteq̃ epitbimet cum aqua calida:ꝛ inclinetur sup ea donec rubeat ꝛ sit post balneum.

Pannus ꝛ lentigines.

c Onfectio epitbimatis alteri⁹ ad pã num pp̃riũ expertũ:liniat cum saico colla dissoluta cum aqua aut felle uaccino.

Impetigo.

c Onfectio epitbimatis ad impetiginẽ siccã in ultimo siccitatis:oleũ de criso mil.ʒ.ii.in quo dissoluat bdelliũ ꝛ picis:añ. ʒ.iii.moueat cũ aqua in mortario donec sit sicut unguentum ꝛ bumectatur loco.

Sanguis mortuus ex pcussione ẽt aliis.

a Rsenici rubei:lapidis alkabal ana thuris quarta partis eius:fiant inde collíria:ꝛ liniantur cum aqua coriandri.

Que delent uestigia uariolaruꝫ ꝛ ulceꝝ.

l Itargirum conditum: radices canne sicce:farina ciceris:ossa uetusta :faria riʒi maturi:grana alben:costus aggregent ꝛ terantur ꝛ liniant cũ eis in nocte:ꝛ ablua tur cum eis in die in balneo.

Ad clarificandum faciem.

c Onfectio gumere clarificantis faciẽ amigdal dulcis dragḡ farina ciceris ꝛ fabaꝝ conficiat cũ aqua ordei ꝛ liniat in nocte ꝛ abluatur in mane cũ aqua furfuris.

Guma clarificans faciem ꝛ rubificãs eã experta:croc⁹:rubea:thus:mirra: mastis: ana aggregentur cum aqua dulci ꝛ liniant: ꝛ fiant collíria:ꝛ liniantur cum aqua: ꝛ di mittatur tribus horis:deinde lauentur cum aqua calida ꝛ multum utatur in mane ciceꝝ ꝛ aqua ciceris etiam:ꝛ sumant pondus.ʒ.ii pulueris ysopi ꝛ tercia.ʒ.i.d̃ croco aliquot diebus. Confectio gumeꝝ rubificantis fa ciem.Sinap albam:ꝛ arsenic rub.conteran tur simul cum lacte ꝛ fiat faciei guma cum eis.vii.diebus.

Melencolia.

c Onfectio pil̃ ualentiũ ad leprã ꝛ me lencoliã ꝛ egritudines mlicas expta.

℞.epitbimi.ʒ.x.pulpe collo quintide .ʒ. v. yerepigre:agarici sandali idi:ana. ʒ.v.elle bori nigri.ʒ.iii.sticados.ʒ.vii.pollipodii.ʒ. x.dosis eius.ʒ.iiii. Confectio pil̃:educẽ tium mliam cõferentiũ egritudinibus mlie ꝛ timoris.℞.epitbimi.ʒ.xx. ellebori ni. ʒ. v.magnetis.ʒ.iii.sandal indi.ʒ.v.sticados. ʒ.vii.dosis.ʒ.iii. Decoctio epitbimi edu centis mliaꝫ bona melencolie:ꝛ impetigini scabiei ꝛ morpbee nigre.℞.mirob.nigroꝝ .ʒ.x.pollipodii.ʒ.v.sene.ʒ.vii.turbit.ʒ.iiii. passulaꝝ enucleatarum.ʒ.vii.berbe eupato rie.ʒ.v.sticados:epitbimi:ana.ʒ.x.decoquã tur omnia preter epitbimum:donec dissoluã tur:deinde proiciatur super ea epitbimum ꝛ compleatur decoctio eius ꝛ coletur ꝛ su matur ex ea in potu:ꝛ post pil̃:quaꝝ reme moratio precessit:aut cum agarico ꝛ aloe ꝛ sale indo ꝛ elleboro nigro.

Ad epilensiam.

c Onfectio medicaminis ad illũ cui ad uenit epilia ꝛ commotio cerebri.℞. sticados.ʒ.x.agarici.ʒ.ii.ꝛ.ʃ.faleolos. ʒ.iii uiol.siccaꝝ.ʒ.v.cõficiant cũ kesines ꝛ come dat tm̃ quantũ sunt due nuces aut tres.

Melencolia ꝛ timor.

m Irobol.ʒ.xx. armel immaturi: scesa brã marui albi ana.ʒ.v.epitbimi.ʒ.v. sticados.ʒ.x.agarici.ʒ.v.ellebori ni.ʒ.v.ga riof.ʒ.ii.melisse.ʒ.iii.feleimich .ʒ.v. corticẽ citri lingue bouine: ana tantundem: nucis mus.gallie:ana.ʒ.i.aggregentur post conti nuationem cum kesines ꝛ melle. Mo dus confectionis letificantis ad timorem ꝛ tristitiam ꝛ impinguat ꝛ facit colorẽ bonũ ꝛ odoriferum horis ꝛ sudoris odorem:ꝛ cõ fert pulsui cordis:ꝛ si assiduet letificat ani mam ita ut extrabat eam ad egritudinem si milem baronati ex multitudine risus ꝛ bo nitatis anime cuius commixtio. Recipe ro sarum rubearum .ʒ.vi.ciperi .ʒ. v. gariof. masticis:spice: asari:ana.ʒ.iii.cinnamomi: croci:ana.ʒ.ii. macis cardamomi: beil nu cis muscate: ana .ʒ. i. terantur ꝛ optime misceantur et decoquatur libra emblico rum cum libris.vii.aque donec remaneat tercia:deinde coletur ꝛ proiciatur super

ipsam libra mell'.τ decoquatur donec inspis setur τ pulverizetur desuper commixtio τ moueatur cum ligno salicis :aut ligno citri lato donec permisceatur τ sumatur sicut su mitur trifera τ ponatur in ipsa sexta .ʒ.i.de musco: quoniam est magnum conueniens : quidam uero homines ponunt in ea ben genue τ melisse τ margaritarum τ foliu indi ana.ʒ.ii.τ in descriptione illa mac gariof. nucis mus.ana.ʒ.ii. τ non sumatur nisi in hyeme.

Facientia subet τ somnum.

S Eminis aneti.ʒ.ii.croci mirre : ana tertia.ʒ.i.iusquiami vi.ʒ .unius man dragore:kerata.i.opii grana.ii. τ.S.aggre gentur cum muscillagine fenugreci. Cõ fectio somnifera.℞.se.lactuce: corticis pa paueris:fabarum excorticatarum:se . portula ce:kekengi:ana.ʒ.ii.opii grana duo . τ .S. aggregentur cum muscillagine psilli : τ est dosis una.

C Onfectio yere magne in loco pillula rum cochiarum conferentis ad dolo rem capitis τ epilensiam τ uertiginem capi tis ex repletione τ tenebrositate uisus ex hu miditate τ initium aque:cuius commixtio . ℞.yerep.ʒ.x.pulpe colloquintide .ʒ .iii . τ tertia scam.ʒ.ii.τ.S.turbit:sticados ana.ʒ.v τ est dosis.x.

C Onfectio embroce ad dolorem capi tis cal'.τ uigilijs τ bifen :uiol' sicce: ordeum excorticatum semen cucurbite : se. lini : psillium contritum : cortices papaue ris semen altee: semen lactuce : semen por tulace rosa.decoquantur donec dissoluãtur: τ rubea fiat aqua:τ fiat embroca cum ea . Confectio embroce ad dolorem capitis frigidum τ uentositatem crossam in capite: camomilla:sceba:sisimbrium:sansucus:berẽ gesif:origanum:ordeũ:folia lauri fiat ut pro xime supra. Confectio epithimatis ad dolorem capitis frigidum τ emigraneam ex uentositate crossa: τ dolorem auris frigidum ℞.castor:euforbii opii storacis liquide :pi peris foliorum rute:calamenti:sinapis ana fiant trocisci:τ embrocetur τ dissoluatur in oleo:τ fiat oleum costinum aut nardinum τ dissoluatur cum aliquo de illis τ distilletur in aurem que est in latere doloris. Con fectio epithimatis ad emigraneam τ dol' ca pitis calidũ.℞.se.iusquiami:se .lactuce:sief memithe rof.sandal'.faustel:radicem mãdra gore:opium fiant ex eis colliria τ distillet ex eo in aurem cum oleo ro.τ aceto uini pau co. Confectio caputpurgii ad dol' capi tis τ emigraneas calidas ad dolorem aurium cum caliditate τ pulsatione.℞ .opii:cãphore :ana fiant inde colliria similia lenti τ dissol uatur.i.aut.ii.in oleo uiol':τ distilletur in au rem τ nasum τ est bonum expertum. Ca putpurgium ad dol' capitis frigidum :fiant colliria ex euforbio τ castor:ana τ dissoluãt cum oleo ro.in quo decoctus est costus τ di stilletur ex eo in nasum.

Tremor.

C Onfectio pillularum cõferentium tremori proprie mirabil'.℞.piretri:castor:cas sie:ana.ʒ.iii.serapini: prope coll':ana.ʒ.iiii.ye rep.ʒ.i.dosis.ʒ.i. τ.S. Modus cõfectio nis ad tremorẽ.℞.mirobol' nigri.ʒ.xxx .sa uine.ʒ.x.thuris.ʒ.vii.ciperi:acori: ana.ʒ.v τ ponat' iero sauine τ erit magis ultima et melior. Confectio trocisco͛ sedantiũ siti τ facientium subet τ detrahet alienationem τ febrem de capite.℞.se.lactuce:se . papa ueris:se.cucurbite excorticate :se . portula ce ana.ʒ.x.suci liquir:amili:dragg.opii:ana. ʒ.iii.terantur τ conficiantur cum muscillagi ne psillii:τ fiant ex eis trocisci. xx .dosis ẽ trociscus unus:τ isti quidem magis necessa rii sunt patientibus uigilias τ alienationem τ quando fit fortior τ superfluit:detur i po tu aqua coriandri humidi:aut cum aqua lac tuc:aut citroli:aut cucurbite τ similia.

Tortura.

C Onfectio caputpurgii ad torturam τ paralisim : τ dolorem capitis : et egritudines flegmaticas.Recipe castor.ʒ. i.condisi piperis:ciclaminis:gilbenee: pul pe colloquintide:baurac:rubei : euforbii : fellis bouini exsiccati ana . ʒ.iii.fiant colli ria : τ fiat ex eis caputpurgium cum auri cula muris : aut aqua sansuci . Confec tio pillularum fetidarum maior :que dan tur in potu ad paralisim τ torturam τ po dagram frigidam τ antiquam τ incidunt humorem crossum iuncturarum : et fiant

loco maioris yere: quarum correctio fit ye rep.℥.x.pulpe coll.℥.v.fabrem .℥.i.centau ree minoris plantaginis ana.℥.v.euforbii. ℥.ii.ꝛ.ß.castorei zinziberis ase fetide: sera pini: oppoponac tapsie inde sinapis: pipe ris ana.℥.i.dissoluatur serapinum ꝛ assa fe tida cum aqua rute ex quibus conficiantur medicine: ꝛ fiant inde pillule que erat.x.do sis.dosis.℥.iii.ꝛ tercia.

Paralisis.

c Onfectio anacardi que est tiriaca paralisis ꝛ torte ꝛ apoplexie: ꝛ hec quidem medicina sanat corpus statim: ꝛ su dare facit: oportet itaqꝫ ut coboperiatur ut sudet. cuius commixtio. Recipe zinziberis piretri: nigelle: costi: piperis macropiperis acori: ana.℥.x.mirre: foliorum rute: asse gen tiane: aristologie: baccarum lauri: castor: tapsie: sinapis: ana.℥.v.mellis anacardi.℥. v.ꝛ tercia: inuoluatur cum oleo de nucibus ꝛ conficiatur cum melle: ꝛ detur sicut naba ca: ꝛ ipsum quidem stat loco alpherselin in omnibus egritudinibus frigidis: ꝛ infiam mat corpus statim ꝛ attrahit febrem bene spasmo humido: ꝛ grauedine lingue quādo fricatur cum eo: ꝛ destructioni sensus mem brorum: quando cum eo emplastratur ꝛ fri catur: ꝛ est magne bonitatis. Confec tio anacardi minoris ad morpheam ꝛ ba ras ꝛ canitiem ꝛ obliuionem. Recipe miro balanorum nigrorum: bellici: emblici: ana ℥.xxx.olibani: ysopi.zinziberis piperis mel lis anacardi ana.℥.v.mellis apum quo con ficiatur dosis eius ut primi: ꝛ qn̄ꝫ adduntur in ipso acori ciperi: spice: ana.℥.v.

Epilensia.

c Onfectio ad epilensiam ualde bo na. Recipe piretri: siseleos: quod est amuidem romanum. sticados ana.℥.x.aga rici.℥.v.cordumeni recentis: asse bone ari stologie rotunde: afodilli: radicum riquili. carpobalsami ligni piomie.ana.℥.ii.ꝛ expri matur aqua squille ꝛ fundatur super iterum mel quantum ipsa est: ꝛ cum eo coquatur ꝛ conficiantur inde medicine ꝛ est enim bona ultima: ꝛ confert ei iuuamentum ultimum yere hermetis: ꝛ anacardinum minus ꝛ ye rep. cum eo assidue utitur secundum quanti tatem uirtutis ꝛ etatis ꝛ temporis.

Coriza.

c Onfectio formarum similium auella nis ad corizam. Recipe thuris sto racis liqui. costi sandarace aū fiant inde pre dicte forme ꝛ suffumigentur ex una eorum in traiectorio: quia abscidit fluxum nasi statim.

Apostema flegmaticum.

c Pubima. Recipe ciperum autum: farina ordei: lentes frixas: liniantur cum aqua granatorum ꝛ aceto ꝛ liget.

Serpentes.i.lombrici longi.

c Onfectio medicamis ad lumbricos: citri excorticati sirasch turbit se. aū lupinorū pars una cambil: pars.ß.ꝛ bibat ante ipsam lac caprinum tribus diebus in mane ꝛ fatigetur in quarto die post bibat paruꝫ lactis: deinde incipiat bibere hoc me dicamen dissolutum cum aceto commixto cum lacte quantitate.℥.vi.ꝛ bibatur cum ē magna fames.

Sisura artariarum.

c Onfectio medicaminis: flos eris ꝛ albugo oui ponantur desuper: q̄r re tinent sanguinem. Alias ciminū: ꝛ calx uiua ponatur super ea.

Uesice.

c Onfectio medicaminis: cerusa plum bi usti: catbimia argenti: litargirum bolumarme.ꝛ camphora aggregentur cum muscillagine psillii.

Adustio ignis.

c Erusa ꝛ aqua solatri ꝛ aqua atarasa con: super que puluerizetur cāphora ꝛ opium: ꝛ fit in eis parum olei ro.ꝛ liniant sm dies aliquot.

Consolidantia ulcera: ꝛ faciunt nasci carnem.

l Itargirum tritum imbibatur pauco aceto ꝛ oleo ꝛ terantur ita ut coquet ꝛ administretur.

Medicamen oculorum.

c Onfectio colliru albi. R. cerusse plū bi ablute.℥.x.sarcocolle crosse.℥.iii.

amili.ʒ.ii.drag.ʒ.i.opii.ʒ.ſ.fiant colliria:ꝛ adminiſtrẽt. Cõfectio collirii rubei lenis floris eris qđ fit i minera eris.ʒ.iii. colborat adusti.ʒ.iii.eris usti.ʒ.ii.mirre.cẽ.ana.ʒ.i. piperis.ʒ.ſ. fiant ex eis colliria cum uino bono. Fiſtula in lacrimali oculi:cura ẽ cauterium:quod non fit cauteriũ fac hoc medicamen : aloes : ſarcocolle ſanguis draconis:mirre:thuris ana.ʒ.v.climie argenti. ʒ.x.balauſtie:boliarmeni : ana .ʒ.v. floris eris.ʒ.i. ꝛ.ſ. terantur ꝛ humectetur locus ſaliua ꝛ pulueriȝetur deſuper. Confectio collirij uiridis de flore eris ad ſcabiem ꝛ ſebel:ꝛ albuginem: ad tenebroſitatem ꝛ ad ungulam. Recipe floris eris.ʒ.iii.colcotar rubei adusti.ʒ.vi. arſenici rubei.ʒ.i. baurac:ſpume maris añ.ʒ.i.ſalis armoniaci ʒ.ſ.armoniaci mirr.ʒ.i.reſoluatur armoniacum cum aqua rute:ꝛ fiant colliria. Cõfectio collirij facientis ad libar naſi in ulceribus oculi ꝛ prohibens almuſaragi ꝛ ſubtilians bothor. Recipe climie ablute: ceruſe thutie alcohol:olibani ana.ʒ.i.opii tantundem fiant inde colliria:ꝛ eſt bonum ad ulcera ꝛ almuſaragi:ꝛ exſiccat ea:ꝛ facit naſci carnem ꝛ non remanent eis ueſtigia.

Confectio collirij de thure maturans ulcera. Recipe thuris.ʒ.x.armoniaci : ſarcocolle ana.ʒ.v.croci.ʒ.ii.fiant inde colliria cum muſcillagine fenugreci. Confectio collirij ad albuginem. ℞.maſſacumie.ʒ.x. ſpume maris.ʒ.iiii.floris eris.ʒ.i.ꝛ.ſ.baurac:ſerapini:armoniaci ana.ʒ.i.fiant colliria cum decoctione acori ꝛ fricetur in eo ꝛ fiat alcohol:deide pulueriȝetur iſte puluis.

Confectio pulueris ad albuginẽ. ℞.maſſacumie.ʒ.ii.ſpume maris:baurac ȝucbari: alboſur ana.ʒ.i.pulueriȝetur cũ eo. Cõfectio mirabilis pulueris albi:ad obtalmiã calidã ꝛ dol'ſuper ſarcocollã croſſaȝ fundat lac ꝛ exſiccet in ſole:ꝛ terantur ad oẽs.ʒ.x. ex ea.ʒ.iii.amili.ʒ.i.ꝛ.ſ.opii.ꝛ ſ. camphor ꝛ eſt conueniens ad uehemẽtiã doloris ꝛ caloris. Cõfectio pulueris magis aſcidẽs lippitudinem:ꝛ eſt bonus quando non fuerit ſanies multa. ℞. ſarcocolle.ʒ.x. ſpume maris.ʒ.i.ȝucbari.ʒ.iii.terantur ꝛ aggregẽtur. Confectio pulueris citrini fortis q adminiſtretur in fine obtalmie. Recipe ſarcocolle.ʒ.x.ſief memithe.ʒ.iii.litii.aloes añ.ʒ.ii.croci.ʒ.i.ꝛ.ſ.ſpume maris.ʒ.ſ. aggregentur ꝛ terantur. Confectio ieſram.i. aggregant ſana uel ieſirim conſeruans illđ quod procedit đ nucha qñ rumpitur cornea ꝛ ſi eſt magna dicitur miſmar:amulſargi et faciens naſci carnem. ℞.antimonij.ʒ.x.floris eris de minera tantundem acatie.ʒ.iii. ſanguis draconis:aloes ana.ʒ.i.terantur ꝛ adminiſtrentur. Confectio collirij de felibus ad pannum ꝛ ad inceptionem aque ꝛ dilatationẽ pupille :quod eſt bonum ꝛ exptum:exſiccetur fel yrci in uaſe eneo :de quo ſumantur.ʒ.x.colloquintide interioris.ʒ.i.ꝛ.ſ.ſerapini.ʒ.ii.euforbium tantundem :fiãt ex eis colliria cum aqua rute:aut aqua feniculi:ꝛ fiat alcohol cum eo. Confectio alcohol facientis naſci palpebras. ℞.dactilorum aduſtorum.ʒ.v.fumi thuris.ʒ.iiii. carpobalſami.ʒ.iii.ſpice inde.ʒ.iii. aȝuli.ʒ.x. fiat alcohol:ꝛ tranſeat ſuper palpebras. Cõfectio collirij ad garab in oculo quod diſtilletur in eo. Recipe aloes:thuris:ana.ʒ.i.ſarcocolle:balauſtie:ſanguis draconis:antimonij:aluminis ana.ʒ.ſ.floris eris quarta.ʒ. fiant ex eis colliria ꝛ diſtillentur in oculum in ipſo lacrimali ꝛ poſt expreſſioneȝ eius. Confectio collirij de mirra ad punctum ſanguinis. Recipe croci : thuris mirre : armoniaci ana .ʒ.i. arſenici rubei. ʒ.ſ.fiant colliria ꝛ diſtillentur in oculum cum aqua coriandri humidi. Confectio collirij de calcanto ad ungulam. Recipe calcucecamenon.ʒ.v.floris eris.ʒ.ii.calcãti ſal'armoniaci:baurac:arſenici rubi:ãñ.ʒ.i. terantur ꝛ conficiantur : ꝛ dimittant ut fiant donec floris:ꝛ fiant inde colliria :ꝛ adminiſtrentur ſicut arſenicum eius ſublimatum:fricetur cum eo ungula : deinde pulueriȝetur cum radice liquiricie. Confectio collirij ad madicon ad uenas rubeas que ſunt in oculo ex obtalmia antiqua ꝛ ſebel ꝛ ungula ꝛ aliis. Recipe uȝiſur : calcecumenum:arſenicum rubeũ ȝucharum tabarȝet : ana.ʒ.i. mirre croci : uenarum: ana quartam.ʒ. armoniaci thuris ana.ʒ.i.fiant inde colliria ꝛ adminiſtrentur. Confectio alcohol conſeruantis ſanitatem oculi thutie.ʒ.x. memithe.ʒ.iii. aloes litii : ana.ʒ.i. camphore ſextam. ʒ.i. terantur cum aqua agreſte : aut cum aqua ſumach : et exſiccentur et adminiſtrentur. Confectio alcohol ad lacrimas

Sequitur de egritudinibus que acci dunt pueris circa natiuitatem denti um sicut dicit Galienus. quando dentes nascuntur cito natiuitas eorum et lenitas ẽ minoris doloris: sed dentes erunt debilio res: et cum tardauerit eorum natiuitas erit dolor fortis sed dentes erunt fortiores et duri et si origo fuerit in uere nascuntur statiz et sine dolore et econuerso si fuerit in hyeme sed gingiue non inflabuntur et si fuerit in e state accidit eis paruus dolor et accidit eis in hoc tempore plurimum apostema in ma xillis et gingiuis et glandule et pruritus in auriculis et fluxus sanguinis et ueneni et for te accidit quibusdam feb. et fluxus uentris

aut constipatio. Et cura eius est quando inflatur gingiua ut scalpetur parum cum digito ꝛ postea cum oleo uel pinguedine galine aut cerebꝛo leporis: aut lacte canis: ꝛ pone super caput pueri aquam in qua decocta fuerit camomilla ꝛ anetum ꝛ super eius mādibulas pone emplastra dissolutiua ꝛ si doloꝛ augumentetur post hoc apud oꝛiginem. Accipe butirum oleum laurinum misce totum ꝛ pone super locum. Uel accipe butirum uacce ꝛ medullam cruris ꝛ pone desuper ꝛ cum apparuerit pone super caput totum ꝛ collum lanam mundam ꝛ spargatur cotidie super lanam aqua tepida ꝛ si acciderit fluxus uentris medicabitur cum eis que dicemus.

De pustulis que accidunt in oꝛe puerorum.

u Esice que accidunt in oꝛibus puerorum im pꝛima etate quandoque accidunt ex coꝛruptione lactis uel ex acumine ꝛ illa uesicatio aut erit nimis acuta aut parum. Signum acute est rubedo ꝛ foꝛtitudo doloꝛis ꝛ fluxus saliue: ꝛ signum parum acute est ut uesice declinent ad albedinē ꝛ sint parui doloꝛis ꝛ humoꝛ qui ad os descendit sit multus. Cura uesicarum acutarum est coꝛigere lac nutricis cum cibo frigido ꝛ humido deinde masticare parum denticulis ꝛ ponat mulier in oꝛe pueri: aut accipe paruꝫ amidi ꝛ distempera cum aqua roxarum ꝛ superpone ꝛ pone in oꝛe pueri aquam macianorum uel maloꝛum granatoꝛum: ꝛ si acuta fuerit minus colerica misce cum istis sucum lactuce aut poꝛtulace aut uue canine. Et cura uesicarum parui acuminis ꝛ declinantis ad albedinē est ut accipias mirre croci ana.ʒ.i.ꝫucbari duplum pulueriꝫa ꝛ mittantur in os ꝛ si plage fuerint nigre aut putriđ medicabimus cum medicinis dictis in etatibus iuuenum.

De uomitu in pueris.

a Ccidit pueris in pꝛima etate uomitus multis ex causis: aut pꝛopter lactis multitudinem magis quam digerere possit aut pꝛopter coꝛruptionem eius: ꝛ maxime si puer fuerit humidi ꝛ debilis stomachi. Et cura est ut uetes multitudinem lactis: ꝛ post considera in uomitu si sentitur odoꝛ acetosus: ꝛ fuerint in eo humoꝛes al. Accipe olibani sextam partem.ʒ.i. ꝛ rute ste: tertiam partem.ʒ.i. pulueriꝫa ꝛ misce cuꝫ sirupo roxarum ꝛ da puero aut accipiat mater parum cimini ꝛ sumac ꝛ masticet ꝛ ponat in oꝛe pueri. Aut detur puero sirupus maloꝛum granatoꝛum cum menta: aut quod sepe pꝛobaui accipe ligni aloes ꝛ masticis .ʒ.S. galle sextam partem .ʒ.i. Molle totum ꝛ confice cum sirupo roxaruꝫ ꝛ modico algabe ꝛ da puero ante quam sugat lac ꝛ pone super stomachum hoc emplastrum mastix: aloe: acacia galla olibanum panis usti ana confice cum oleo rosato: ꝛ sirupo roxarum ꝛ pone super stomachum: est eniꝫ expertum ad uomitum ꝛ saliuam pueroꝛum. Et si in uomitu non fuerit odoꝛ acetosus sed acutus ꝛ caloꝛ declinet parum ad acumen uł coloꝛ ad paloꝛem pꝛopina puero parum de rob agreste uel citonioꝝ uł coctanoꝝ aut de istis. Trocisci ualentes ad uomitum pueroꝝ. ℞.ro.spodij ana.ʒ.iiij. galle.ʒ.ii. seminis poꝛtulace seminis lapacii ana .ʒ.i.ꝛ.S. cacabꝛe conficiantur cum aqua agreste uel cum aqua maloꝛuꝫ granatoꝛum ad pondus .ʒ.i.ꝛ da trociscum puero cum sirupo roxarum: ꝛ pone super stomachum istud emplastrum quod ualet uomitui ꝛ fluxui uentris qui accidunt pueris. Recipe farine oꝛdey rubi uiridis coꝛticis mali granati ana confice cum aqua roxarum ꝛ pone super stomachum.

De fluxu uentris pueroꝛum.

m Ultotiens accidit fluxus uentris pueris pꝛopter nationem dentiuꝫ sicut diximus. Uel pꝛopter frigus cum ligatur puer. Aut pꝛopter coꝛruptionem lactis ex colera aut flegmate. Et signum colere est quod inuenitur in egestione pueri citrinitas ꝛ acumen ꝛ quod exit sine moꝛa. Et signum frigoꝛis ꝛ flegmatis est albedo in egestione ꝛ toꝛtio in uentre cum egerit

ꝛ nisi flegma sit uiscosum exit statim. Et cura est ut detur puero sirupus roxarum uel macianorum uel mali granati cum menta: ꝛ accipiat de spodio in aqua posito ad bibendum: aut accipiat fermentum dissolutum in aqua ꝛ colla ꝛ mite sextam partem .ʒ. spodii ꝛ tres partes .ʒ. galle ꝛ .ʒ.S. croci ꝛ da bibere. Accipe semen lapacii ꝛ uiolarum ꝛ misce cum uitello oui assati ꝛ da puero: aut da ex hac medicina experta. Recipe seminis lapacii: arilli usti uuarum passarum ana .ʒ.iiij. glandiuꝫ seminis papaueris albi ana .ʒ.ii. croci aurea quatuor pulueriza ꝛ detur ex eo puero cum rob de citonijs uel sirupo roxarum: ꝛ pone super stomachum emplastra stiptica: ꝛ accipe aquam decoctionis sumach ꝛ malassa cum farina ordei: uel farina milij ꝛ superpone si cessauerit fluxus bonum est. Sin autem accipe acacie ceruse ana .ʒ. unam. opij septimam partem .ʒ. ꝛ forma licinium ꝛ superpone ꝛ statim cessabit fluxus. Si autem fuerit ex frigore uel flegmate detur puero octaua pars .ʒ. galle cum suco coctanorum uel detur pars quarta .ʒ. olibani. Emplastrum constipans uentrem ualet stomachis puerorum. Accipe crocum: mirram: ceram confice cum uino ꝛ pone desuper.

De constipatione puerorum.

Multotiens accidit pueris constipatio. Et cura eius est ut des nutrici parum cucumeris assinini: deinde alia die lactet puerum: aut acipe laterem de terra ꝛ fac cerotum: ꝛ pone desuper: aut accipe mediam partem stercoris soricini ꝛ tere cum pinguedine renum yrci ꝛ fac licinium paruum ꝛ superpone ꝛ si acciderit puero duorum mensium ut constipetur eius natura ꝛ altereretur in calore ꝛ non potest uomere. Accipe sarcocolle tertiam partem .ʒ. uni⁹ ꝛ da cum lacte matris eius: aut fac clistere cum oleo uioľ.

De tussi puerorum.

Tussis accidit pueris in prima etate. Lingue autem eorum non possunt claudere epiglotum ꝛ sic infrigidatur pectus ꝛ eius instrumenta ꝛ cura eius est cum eis que sunt sicut cibus ꝛ medicina. Isti enim non debent curari cum forti uel uehementi medicina: sed accipe amigdalas dulces pista ꝛ confice cum aqua feniculi ꝛ coque cum ea ꝛ propina puero sero ꝛ mane: aut accipe aquam feniculi ꝛ misce cum lacte ꝛ da puero ꝛ si cum tussi fuerit asperitas ꝛ siccitas. Accipe semen citoniorum ꝛ resolue cum aqua calida ꝛ extrahe uiscositatem coque super ignem cum penidiis ꝛ oleo amigð. ꝛ da. ꝛ si fuerit calor misce sucum mali granati dulcis. Medicamen ad tussim puerorum cum calore. Recipe papaueris albi: draganti ana .ʒ.S. seminis cucumeris .ʒ.i. Confice cum aqua decoctionis sebesten. Aliud ad tussim puerorum. Recipe passas sine arillis fac bulire i uase ferreo: sed caue ne adurantur pista ꝛ misce tantumdem penidiorum ꝛ da puero sero ꝛ mane ad modum nucis. Aliud ad tussim frigidam. Accipe mirram ꝛ misce cum oleo amigð. ꝛ propina ꝛ si pect⁹ pueri fuerit pletorium accipe dragantum galbanum ana mitte in uitello oui assati. ꝛ da ꝛ si accidit strictura anhelitus accipe semen lini pista ꝛ confice cum melle: aut accipe se. Lōbacis ꝛ confice cum uitello oui assati: ꝛ si cum tussi fuerit fluxus uentris da sirupum mirti cuꝫ lacte coctum: Aut coque dactilos cum farcacibus ꝛ lacte ꝛ propina.

De pruritu ꝛ uesicis puerorum.

Pruritus ꝛ uesice accidunt in corporibus puerorum ex corruptione lactis in stomacho pueri uel in se. Ex illis autem uesicis quedam sunt albe quedaꝫ rubee quedam nigre: ꝛ quedam uehementis doloris ꝛ quedam parui ꝛ si nigre fuerint cum febre significant mortem. Et cura generalis est ut primo incipiat in correctione lactis ꝛ ponat puerum in caldario pleno aqua calida ad contrahendum superflua ab interioribus ad exteriora ad superficiem cutis uel corporis ꝛ da puero medicinas ad expellendum superflua ab interioribus ad exteriora ad superficiem cutis siue corporis ꝛ puero medicinas adhibeas ad expellen

dum superflua ab interioribus ad exteriora sicut est decoctio: dactilorum aut ficuum cũ aqua feniculi. Et cum intellexeris quod omnes superfluitates sunt extra balnea cotidie in aqua decoctionis foliorum roxarum ⁊ mirti ⁊ huiusmodi. Cum autem puer exierit ab aqua ungatur oleo rosato: ⁊ si uulnera fuerint sicca oleo uiolato. Si humida multitudine ueneni pone desuper cerussam mixtam cum cera ⁊ oleo rosato. Et si puer transierit sex uel septem menses ipsum balnea in aqua decoctionis uiolarum siccarum ⁊ or. excorticati maluauisci fenugreci feniculi cucurbite: sed non unges aliquo unguẽto: ⁊ da nutrici sucum fumiterre mirobolanos: ⁊ abstineat nutrix ab omnibus dulcibus ⁊ salsis adurentibus sanguinem: ⁊ si acciderint in cura aliqua uulnera post balneum superasperge puluerem amidi spodii alkanne. roxarum mirte ⁊ farina ordei.

19 ### De lumbricis puerorum.

Non oportet nos dare medicinas fortes pueris ad potandum contra hanc passionem sed elligemus ex eis que apponuntur extra. Medicamen extrahens lumbricos ab intestinis. Accipe ciminum pista cum felle tauri recenti ⁊ pone ad umbilicum. Aliud accipe lupinos assininos. ℥.i. alipadi: ⁊ bacarum lauri ana conficiantur cum felle tauri recenti ⁊ da cotidie ad bibendum. ℥.i. aut aquam sebesten aut oliue aut comedat amigdalas dulces.

20 ### De inflatione umbilici puerorum.

Eminentia umbilici accidit pueris quando multum plangunt uel uociferant aut ex tussi magna: aut forte accidit ex casu uel percussione ⁊ cura est ut accipias lupinos ⁊ pecias pani liney combure ⁊ cõfice cum uino ⁊ interpone stupas ⁊ pone super umbilicum: ⁊ si fuerit flexibilis cauterizetur ab in circuitu umbilici: ⁊ non in loco flexibili propter tenuitatem cutis ⁊ si non indigueris forcioribus medicinis pone medicinas quas dicemus in crepature capitulo.

De crepatura puerorum. 21

Iam diximus superius quot modis accidit crepatura: sed modo non indigemus nisi medicinis pueris necessariis. Emplastrum ualens crepature puerorum. Recipe aluminis aur. xv. galle aurea duo terantur ⁊ conficiantur cum uino quousque inspissetur ⁊ pone super locum: ⁊ superpone spongiam intinctam in aceto mixto cum aqua ⁊ cum ceciderit aliud reponatur. Aliud leue ponatur super pannum aliquem glutinum de corijs ⁊ super locum ponatur ⁊ permitte quousq; adhereat: ⁊ si ceciderit aliud reponatur.

De lapide in uesicis puerorum. 22

Lapis q generatur i uesicis puerorum facit stranguriam dolorem magnum ⁊ tenuitatem urine ⁊ pruritum in uirga ⁊ forte erit uirga sp erecta. Et cura eius ẽ in balneis ut balnees puerum cotidie in aqua calida: ⁊ da ex ista medicina. Medicamen prouocans urinam: ⁊ frangens lapidem. Recipe olibani unche ana confice cum melle ⁊ detur ad modum auellane mane ⁊ sero. Medicamen expertum ad grauitatem lapidis ⁊ difficultatem urine. Accipe septem uites uirides ⁊ pista cũ cortice exteriori ⁊ accipe manipulum unum porrorum non lotorum ⁊ extrahe sucum ex utroque in uase uitreo ⁊ colla ⁊ da puero omni mane septem diebus: ⁊ quando ibit dormitum unge uirgam ⁊ testiculos oleo antiquo uel oleo de ben.

De relaxatione puerorum. 23

Relaxatio accidit pueris: uel in uno membro uel toto corpore: ⁊ prohibet ipsum ab ambulatione ⁊ motu: ⁊ prouenit propter uiscosum humorem relaxantem neruos. Et cura eius est si non fuerit naturalis ut des nutrici sirupum factum de medicinis subtilibus. Et sit eius cibus

siccus sicut res assate ꝛ non comedat lac nec carnes duras ouinas nec pisses nec uinum limphatum ꝛ antequam lactetur puer ponatur in balneo ꝛ inunge eius iuncturas cum oleo de costo uel de castoreo ꝛ utatur cottidie isto electuario. Electuarium quod composuit Galienus cuidam puero qui paciebatur spasmum in toto corpore. Recipe mentastri.rox.cinnamomi masticis fu:meu.ameos:doronigi zedoarie: gariofilorum ana aur̄.i.sandalorum ligni aloes an̄ ʒ.i.musci.ʒ.ß.unge omnes medicinas balsamo: ꝛ confice cuȝ melle ꝛ da cottidie quartam partem.ʒ.i.uel .ß. ꝛ si spasmus fuerit in toto corpore: pone super spondiles dorsi emplastrum euforbii.quod sic fit. Accipe cere.℥.i.olei.quod sufficit ꝛcetera.

Deo gratias amen.

Experimenta rasis de doloribus iuncturarum et egritudinibus puerorum completa sunt.

Liber rasis de secretis in medicina qui liber amphorismorum apellatur.

Congregaui in diuisionibꝰ egritudinum ꝛ ostendi curas de curarum naturas ex canonibus antiquorum ꝛ ex tractatibus ꝛ sermonibus secunduȝ possibilitatem meam:ꝛ deum exoro ut mihi tribuat complementum ꝛ possibilitatem perfectionis huius libri ut ex eo utilitas proueniat. Jam compleuimus librum congregationuȝ in artibus rerum expertarum. scilicet philosofe ꝛ phisice duoruȝ in quibus sunt uerba ꝛ facta infinita. Nec etiam homines in eis complementum habere possunt. Sed intentio nostra est in hoc opere ostendere utilitatem hominum. Et diuersificamur in hoc ab antiquis qui occultauerunt res que scire erant necessarie ꝛ uiam scientie ꝛ uirtutis priuabant lumine. Et testis huiꝰ rei est liber noster magnus scientia diuina qui est liber de spiritualibus ꝛ noster liber de spiritu. Et sermo noster in libro dietarum qualiter scilicet ab eis ueniam remoueretur in omni tempore. Et abreuiaui uerbum ut ad res quis facilius posset attingere. Et retributionē a deo expecto qui mihi prestabit auxilium. Sine ipso enim nulla res habet effectum.

i Nquit albubert non est occultus homo sapiens et in omni tempore super fraudes ꝛ occultationes uiarum scientie artium antiquarum quas rationes congregauerunt compilatores et inuenerunt uias tam occultas quam manifestas. Et hic noster liber est primum ꝛ est secretum et est conueniens. Et non monstretur ei qui non meretur. Et in eo continetur ratio et complementum antiquorum et quamdiu dies et anni fuerint per hunc meum librum uiuam et lucrabor ꝛ non dubito: quin hic meus liber sit

res secreta. Ego enim proposui quedam secreta in eo dicere ꝛ in pronosticis rerum futurarum ꝛ in confidentiis ꝛ casibus qui mihi acciderunt. Quas confidentias a sapientibꝰ lucratus aggregatas a libris eorum quas ipsi non pfecte manifestauerunt. Et ex rebus quas in me ipso sum expertus ꝛ acquisiui per meam rationem. Et testis est mihi sermo meus rationalis ꝛ locutus sum in medicinis ꝛ dietis congregatus: ꝛ uolo ex eis temperamentum facere ꝛ uolo ut accidentibus sint remota uerba mea. Et dico quod hic meus sermo est res breuis utilitatem magnam continens in scientia medicine ex utilitatibus eorum que hominibus accidunt. Et scias quod ipse est totius utilitatis medula ꝛ margarita claritatis que a tenebris ad lucem lucescit. Quem librum antiqui laudarent si uiuerent et ipsum diuisi in sex sermones absque alia superfluitate cum complemento ꝛ breuitate nunc loqui incipio cum uirtute mea nimia ꝛ scientia occulta. Sermo primus de pronosticis rerum futurarum. Secundus de experientiis ꝛ confidentiis. Tertius de casibus qui mihi acciderunt. Quartus de dietis medicinis ꝛ cibariis. Quintus de uerbo ypocratis. Sextus de scientiis ꝛ de intellectibus sine quibus rectus medicus esse non potest.

Liber primus de pronosticis rerum futurarum capl'm de nebulis.

Inquit rasis cum in ciuitate fuerit multitudo nebule cum pluuia permanēte pronosticat algidri pūcturas rubeas ꝛ uocantur in arabico alchiteba. Quasi sine apostematibus fuerint significat ꝛ pestilentias ꝛ lupos. Sed qualiter est cura earum rerum purgabitur homo ante tempus estiuum cum rebus subtilibus ꝛ rob fructuū ꝛ odorabit odores delectabiles ꝛ comedet alkenebir .i. columbas siluestres que in domibus non nutriuntur ꝛ aues uolatiles. Et quod comederit ꝛ biberit sit temperatum cum rob lapacii ꝛ cum agresta et cum his rebus euadet. Et si nebula aduenerit absque pluuia: ꝛ autumnus qui precessit etiam fuerit siccus pronosticabunt egritudines capitis tantum ꝛ pronosticatur epilempsias ꝛ egritudines melencolicas. Et tunc balneamini balneis calidis temperatis ꝛ utamini rebus somnum prouocantibus. Et mollificet naturam corporis et continuamini cum uino claro boni odoris quod sit temperatum. Et post cibum odoret rosas ꝛ uiolas ꝛ nenufar ꝛ accipiat bolumarmenum.

De uentibus.

Quando fuerint uenti colaterales ꝛ aliquibus aliis corrumpuntur complexionibus temperate ꝛ melius in hominibus uolentibus reduci a ꝯtraria cōplexione ꝛ crescunt egritudines timoris ꝛ paralisis ꝛ torture faciei. Et cura harum est una cum suffumigatione turis ꝛ ciperi aut lubrie ꝛ storacis gume.

Quando in hyeme fuerint pluuie multe ꝛ in uere durauerint hec preparātur gentes morti. ꝛ omnes illi qui sunt debiles ex natura ꝛ qui sunt complexionis humide. Et preparatur egritudo capitis ꝛ nausea ꝛ fluxus. Et uia euasionis huius rei est ut utantur in duobus temporibus cibariis in quibus sit acetum ꝛ potius cibis complexionis sicce sicut arabibic. i. kalandris ꝛ alkenebit ꝛ adeodorec. i. calamnibus ꝛ caueat a laxatiuis. Et utatur rebus frigidis ꝛ siccis sicut citoniorum ꝛ pirorum ꝛ maneat in locis altis soli oppositis non parum spaciū: sed in illis locis immoretur diutius uel commoretur.

De fructibus.

Quando arbores maturantur ꝛ ueniantur ꝛ uermes in eis nascuntur non

debent fructus eorum comedi quia sunt uenena mortalia. Et minus quod ex eo accidit est quod putrescit sanguis et febris mortalis fit.

q Uando uidebitis tempus nebulosum i uere ⁊ i estate durauerit caueatis a spasmo ⁊ amissione memorie ⁊ obliuione. Et cura huius est inungere caput aut temperatis aut facere babica temperata ⁊ post hoc facere gargarismum ex succo endiuie ⁊ aqua rosaru3 temperatis cum secaniabin 3ucbari simplicis acri.

Qui accipit medicinas lassatiuas in autumno ⁊ fecerit minutiones per uomitus ⁊ masa eius temperari non possit si corpus cum adhuc sanum non fuerit caueat stati ne amplius utatur.

Qui multu3 fuerit usus minutioni in autumno dicatis ei quia accidit ei timor et amissio luminis.

Pulsus cum est fortis ⁊ cum tentas est mollis ⁊ mutatur facies ⁊ sudor multus et grauedo dorsi ⁊ oculi graues cura eius est in confidentiis.

Quando infirmus sensit egritudine3 stomachi sui ex nausea ⁊ amisit appetitum ⁊ i ore uapores malos senerit ⁊ in narib⁹ fetorem urine ⁊ stercorum sciatis q̃d hec febris est mortalis.

de cat. ver fr̃m

Quando hyems fuerit calida ⁊ uer frĩm accidit capitibus catarr⁹ ⁊ timet homine ad membra ueniat principalia. Et uia euasionis hec est sparare materiam cibis medicantibus ⁊ cum medicinis ad cibaria pertinentibus ⁊ confortare cerebrum cum rebus odoriferis temperatis in frigiditate ⁊ caliditate ad siccitatem pertinentibus.

Cum facies fuerit facta dura ⁊ nigra ⁊ fuerint in ea uene ⁊ in oculis rubedo ostendit sanguinem esse corruptum. Et si forte pili cadunt ⁊ guttur inflatur ostendit lepre inicium. Propereter ergo corpus ad curandu3 cum decoctionibus tamarindoꝝ ⁊ prunoru3 ⁊ aliaꝝ reꝝ lassatiuaꝝ.

Constipatione accidente ⁊ simul egerere ⁊ tarde ⁊ egritudinem non amittere ⁊ egestione fetida existente dicatis quia egritudo est mortalis ⁊ tamen diu durat uita ⁊ nihil isti prodest nisi ius auiũ ut' nõ deficiat cum fluxus fuerit.

Dies crisis

Cũ quis fuerit in die crisis ⁊ oculi eius fuerint minorati ⁊ nares tortas habuerit sine dubio moritur ⁊ alie egritudines nõ sunt timorose quãuis fuerint multe.

Ipatientia .i. die

Qui in die primo egritudinis impatiẽs fuerit ⁊ suspirauerit ⁊ fractus fuerit mente amittet somnum superflue ⁊ magis spera mortem nisi fuerit melencolicus naturaliter.

Cum palpebre oculorum amboru3 mouent̃ ostendit quod humores adeo ascendunt ⁊ dico quod accidit eis emigranea.

Cum alia membra tremunt ostendunt uaporem superfluum in corpe existentem: ⁊ sudor balnei eum remouet.

Totum corpus saltare ⁊ tremere ostendit uapores crossos in corpore ⁊ dieta ⁊ balnea eos remouent.

Membra inferiora saltum habere demonstrat humores descẽdisse ad eos ⁊ utatur uomitibus. Et curatis dixit quod illõ demonstrat motum uel uiam.

Uentositates in corpore absque uaporibus que non minuuntur ⁊ in corpore mouentur nimium ⁊ dolor aut motus si multus fuerit dico quod temperamentum nõ existit. Et cura corporis quamuis multus sit facit in fine quod diximus ⁊ econuerso non noui aliquem qui hec dixisset p̃ter galienum solũ.

Qui impatiens fuerit propter dormitionem membrorum inferiorum habebit podagram ⁊ opilationem in uia spiritus ⁊ accidet ei hoc propter malam curam quam habuit ⁊ accidit ei hoc propter spiritus paucitatem.

Cum aliquando alicui accidit dormitio membrorum suorum dicat ei quod mortem habebit subitaneam uel poterit latus unum amittere propter uentositatem que loca illa opilat. Et comedere cinnamomum cum oleo alsalforat: illud remouet alforat. idest fisticus est arbor cipresso similis.

Cum ascenderit uapor ad caput ex caliditate ⁊ qui hẽt alices uel consequenter amittit uisum uel cadit in terram. dicatur ei quod habet corruptos humores qui in

De uicinis mari

corpore eius mouentur et aptetur statim ad soluendum eos ab intus cum uino temperato: ⁊ exterius cum balneis temperatis et dietis equalibus. Non euadit homo qui mari uicinus existit ⁊ lacunis et prolongatur in etate a debilitate membrorum inferiorum ⁊ amissione luminis ⁊ post hoc accidit his qui in his locis nati sunt et a terra recedunt quamdiu uixerint: ⁊ ungant corpus suum rebus odoriferis ⁊ exercitetur ⁊ non utatur carnibus crossis ⁊ comedat aues cum agerebre et mucharoga sparsis cum agresta et aqua rosarum et colet aquam cum bolo ⁊ choabori ⁊ faciat instrumentum ex auro ⁊ intingat in aqua rosarum et in spica que est intrita cum agresta et ponat in oculis mane ⁊ sero postquam suffumigauerit faciem cum uapore aque calide. Non comedat pisces et accipiat trociscos muscatos factos cum secaniabin zuchari albi tempus uero autumni in ripis marium magis temperatum existit quod est stabile. Sed properet homo ad odorandum odorabilia et maturandum humores ante aduentum frigiditatis. Cum pilli palpebrarum ceciderint ⁊ pilli capitis ⁊ scisi fuerit dicatur quod habet putridos humores et ideo properat hui⁹ damnum. Sed debet custodiri in locis altis et debet custodiri hec putredo: ⁊ faciat res quas ante diximus ⁊ purget corpus eius cum pillulis aloe que sunt experte ⁊ cum sirupo prunorum cui misceatur aqua fabarum ⁊ aqua enduuie.

Quando in ore stomachi febres fuerint in calore superfluo corrumpitur ⁊ minuuntur carnes: ⁊ exsiccantur propter inconuenientiam colere ad naturam que ibi est: et exprimitur ⁊ cadit in uenas: ⁊ propter hoc apparent uene in ethicē ⁊ fiunt sicca corpora. Et signa febrium oris stomachi sunt ira ⁊ ire facilitas: ⁊ sitis statim. Et ex eis que magis ipsis conferunt est ut capiat .lb. i. zuchari rosati ⁊ pistetur cum rob. Acetositatis citri acris ⁊ fiat sicut massa: ⁊ bibat ex ea terciam libre ⁊ comedat ex eo .ʒ. i. post cibum tribus horis. Si fuerit in ore stomachi frigus facit oscitationes maxime. Si comedit res frigidas ex cibariis ⁊ potibus ⁊ facit acetositates multas ⁊ rugitum ⁊ uentositatem. Res autem que maxime eis conferunt est quod post cibum accipiat diacitoniton in quo est multum de cinnamomo: ⁊ de musco ⁊ bibat post ipsum uinum coloris aurei ⁊ comedat post hoc fisticos positos in aqua rox. ⁊ extergatur desuper piper. Omne cibarium calidum uel frigidum facit sine dubio tres maneries uaporis. scilicet uaporem sanguineum temperatum in quo uiuit spiritus naturalis: et uaporem frigidum ex quo multa generatur egritudo uaporem calidum ex quo hu sen generatur. Vaporem autem temperatum ut ostendit subtilitatem spiritus in cogitando tam in tristitia quam in corporum liberalitate uaporem non frigidū monstrat tristitia ⁊ ponderositas ⁊ fractio ⁊ ira in somno ⁊ mala cogitatio ⁊ uaporem calidum ostendit frigiditas extremitatum faciei macies ⁊ oris amaritudo ⁊ oculorum ardor ⁊ desiderium aeris ⁊ aque frigide ⁊ maxime. Si in urina habet tinctam croceam. Et cura hec est ut accipiat acetositatem citri acris partem unam ⁊ aque tamarindorum partem aliam ⁊ aque fabarum aliam ⁊ aque enduuie partes duas post decoctionem et decollationem collature apponantur due partes zuchari tabarzet ⁊ ponātur ad ignē uel non fiat siccum ⁊ administretur ex ipso .ʒ. ii. cum tanto aque: ⁊ cum. ʒ .i. sirupi prunorum ⁊ iuiubarum quod fit cum succo pomorum acrium ⁊ temperata utatur dieta et balneis temperatis ⁊ bibat uinum temperatum in aqua in qua sunt positi emblici et sit aqua niuis: ⁊ ex aqua ista accipiatur pond⁹. lb. i. ⁊ sit hec aqua i uase paruo uirtus huius sirupi est urinam prouocare ⁊ coleram extrahere ⁊ corpus purgare. Quod autem uaporem expellit frm̄ est aqua maiorane ⁊ aqua forēgomes ex quibus .lb. i. accipiatur ⁊ aque enduuie. lb. i. ⁊ saluie. lb. i. misceantur coquantur ⁊ colentur et zuchari tabarzet ⁊ mellis ana partem ponantur aque cum melle zucharo que in olla ad ignem leuem ⁊ misceantur multum cum ligno uitis ⁊ dum bulierint ponatur intus sticados recens usque quo fiat sirupus. et ponatur in eo dauich .i. caph. ⁊ medietas unius mekali musci rubei et dentur ex eo .ʒ. ii. cum duplo aque frigide et post accipiat ieiunus ex istis trociscis. Reci

pe kebulorum emblicorum ana partes du as cinnamomi partem unam gariofilorum asari bdellii ana partem mediam terantur et conficiantur cum succo pomorum acrium et fiant trocisci. Non fiunt egritudines propter superfluitatem humorum amplius quam propter deffectum humorum: et error magistrorum ut hic est nimis testificatus ꝛ hoc est propter experientiam.

Qui somnia terribilia multa ꝛ cum euigilat somnum obliuioni non tradit et dicit omnia sic quod ex eis nihil dimittit: et integre dormit de nocte plenus est humoribus: properet ergo ad purgationem. qui uiderit huiusmodi somnia ꝛ cũ excitaẜ obliuioni tradit et cum hoc bene non dormit ꝛ pulsus ipsius est debilis egritudo ex deffectu humorum ei prouenit. Dieta huius sint cibaria subtilis substantie et bona que corpus confortent et fugiat euacuationem et omne quod eum esiccauerit. Qui ab aleis ꝛ poris abstinuerit nocumenta malorum humorum euadet: ꝛ maxime si mel mirobolanorum kebulorum comederit: et electuarium de cinnamomo successiue. Cui dolor fluxus sanguinis narium euenit superflue quinta die sue febris in die crisis euadet ab egritudine. Cui dolor capitis durauerit sine aliqua causa quam ipse cognoscat et fuerit nimius stomachum purget suum ab humoribus calidis.

Qui quinquaginta annos transierit et dolores renum habuerit a dolore non potest euadere antique enim egritudines cum antiquis accidunt durant in eis dum uiuunt ꝛ huic prodest egritudini medicina albica quam nominauimus iam. Qui quinquaginta annos euaserit: ꝛ egritudo ei acciderit alkabitus cito moritur. Similiter accidit iuueni si ei fortis paralisis acciderit ꝛ si fuerit complexionis calide minuitur. Qui impatiens fuerit ex dolore pectoris: et absque cognita causa eius fit unum est ex duobus uel crossa uentositas que pectus extendit. uel sunt humores putridi qui sub costis existunt: uel in pectore uel tusis absque dubio uentositatem autem demonstrat motus et humores ꝛ remanentiã pondus. Cui tussis et febris euenerit et cito eam amittit dicatur ei quod apostema accidet ei in iuncturis dolores acuti fortes in renibus lapidem portendunt et pondus in ipsis. ꝛ apostema ꝛ pũcturas. Cui egritudo cum uomitu cessauerit: ꝛ intestinis habet egritudinem et eis prodest anates comedere solas cum medicina cognita. Et si egritudo in ipso cessauerit post duas horas uel tres egritudinem in uenis habebit sua autem medicina est eadem cum premissa prius comedat sebesten: et auelanas. Et cura secundi comedere fisticos cum casia. Lassitudo sine causa exercitii egritudinem futuraꝫ portendit priuationes euacuationis rei solite sicut sanguinis uene tam narium uel urine uel fluxus urine uel emorroidarum uel aliarum rerum demonstrat egritudines.

Plato intimeo de rebus futuris cognitis cum apparuerint ꝛ in sanis ꝛ in egris: cum in egritudine apparuerint sanitatem significãt. Et quibus est somnus prolixior solito et si sanis euenerit credo egritudinem euenire et si egro contingit saluteꝫ ostendit. Et sic de siti cum homini acciderit qui causa habere non consueuit in sanitate res est ostendens egritudinem et radix doloris existit in cerebro. Et cum egritudo aduenerit fortitudinem nature ãnuntiat: ꝛ sanitatem ꝛ status eius ad salutem euenit: et fortior est ꝛ idem accidit etiam pati somno irato: ꝛ fracto absque labore et pena ꝛ ostẽdit egritudinem capiti uenturam. Et cum huiusmodi egro in fine egritudinis contingerit exitum ab egritudine nuntiabit: et impatientia in somno primo ostendit quod somno indiget. Et impatientia mane post somnum: ꝛ post somni mensuram portendit egritudinem: et laxationem neruorum.

In cuius corde euenit membrorum nimia molificatõ dicatur ei quod moritur. Spiritus enim patitur paucitatem et accidit hoc accipienti medicinam uiolentaꝫ: uel cui sanguis a naribus fluxerit superfluus: uel cui nausea contineret superflua. uel qui nimio utiẜ coitu uel q fluxuꝫ uẽtris patiẜ utaẜ ergo cibariis cibũ uel corp⁹ augumẽtãtib⁹ sicut uitelis ouor ꝛ iure auium ꝛ uino optimo.

Cui inflammatio et rugitus uentris eueniret timpanitem significat propter egritudinem epati. utatur ergo cibarijs cum pre

paratione ex cino et camelis: τ comedat alkatonas cum medulla fisticorum τ caueat ab herbis frigidis τ humidis τ fructibus. Qui conqueritur propter sudorem sub brachijs et est si superflue fetidus: τ huiusmodi habere non est solitus timeat de lepra comedat ergo alkaneat et sunt alorpf. τ laxetur cum succo eius: τ accipiat ex eo. lb.i. et aque fumiterre de aqua maiorane postquam bulierint: et collete fuerint: et bibat ex ea per unum mensem τ nunquam sumat carnes salitas: nec etiam quicquid fit de lacte: et cum hoc uene ipsius cessabunt τ habeat balnea temperata: et exercitetur. Qui panem azimum comedit crossas egritudines magnas habebit corda parua et epata in eis que sunt timidi exercitio superfluo indigent cibarijs utantur temperatis et potibus conuenientibus et aere equali. Qui spatulas amplas habentes et brachia tenua comedant res subtiles τ frigidas: τ res frigiditati attinentes et sint in quiete: τ caueant a frigore et calore superfluis: et non comedat fructus etiam frigidos τ humidos.

Liber secundus de experimentis τ confidentijs.

Omnis egritudinis sicce canon cure ipsius est odores boni et aues et uina conuenientia.

Inquit abubert. omnis res naturaliter in hoc introitu existunt post inuentionem medicinarum et custodiam: et preparationem earum etiam intellectum doctorum τ custodiam planetarum τ lune τ temporis quod aptum est ad medicine cognitionem: τ administrationem. Et dicemus uerbum qnod ypo. dixit in libris ubi dicit. Qui dixerunt quod scientiam habuerint medicine τ habuerunt in se partem intelligentie et scientie et cognitionis festine non reputet astronomiam partem esse paruam eorum quibus indiget medicina. Et dixit astarobt. Sapiens in libro scientie sue de signis τ lune effectibus quem librum alter non precessit in expositione libri: quia philosophi τ sapientes alijs preter astronomos conueniunt in hunc librum quod preparatio et cursus eorum que sunt in terra. Planetarum cursum accidit: τ sermo eius est in luna. Et conueniunt naturales et astronomi: quia preparatio eorum in terra sunt a luna accidit τ luna respectu solis sicut excelsi regis maior dominus est. Et mutatio temporum propter lune stationem euenit cum retinetur: τ non apparet: uel cum ipsius apparentia fuerit manifestata. Et hoc eis est manifestum qui in mari uersantur: et qui uineas plantant. Et conueniunt sapientes medicorum quod res omnis temporum et aeris et aquarum et complexionum et egritudinum ex motu planetarum mutantur cum in longitudine τ latitudine consistant. Decens est cum medicinas coquere uolueris quod eas in aqua clara boni saporis excoquas: τ cum lignis siccis et ramorum uitium τ ramorum raminis et cum ramis rosarum: τ cum arundinibus siccis τ cum herbis boni odoris optime desiccatis. Et nunc intremus ministrare res quas diximus uirtuosas et scire admirandas. Confortatio ad febres adurentes mirabilis. Quod mirobolanorum kebulorum citri: ana mechal.i. cinnamomi acuti: zinziberis recentis ana mechal.S. stephi. bone mechal.i. terantur bene et exibentur et soluatur. Ambra in oleo fisticorum: et misceantur cum eo relique medicine cum triplo sui de melle iuiubarum dosis mechal .ii. lb.i. τ.S. cum sirupo pomorum dulcium. Medicina ad easdem febres mirabilis. Recipe mirobolanorum indorum citri emblicorum omnium ana mechal bedegert seminis papaueris cassie fistule ana mechal.S. terantur τ cribellentur inuoluantur in oleo pomorum: τ conficiantur cum triplo sui de melle cassie fistule dosis mechal.ii. cum.ʒ.ii. sirupi malorum granatorum dulcium. Medicina mirabilis ad quartanas. Rx. sene assari omnium ana mechal.i. cinnamomi odoriferi mechal.iii. seminis endiuie secege mis. sisimbrii sebatele oium ana mechal.S. conficiantur cum triplo sui de melle mirobol kebul uel tamaridorum potio est mechal iii. cum.ʒ.i. sirupi sanabi facti in zucharo in quo

fit muscus. Medicina quam laudaui ad febres: et est breuis. Recipe oes. i. corpus sene assari yreos omniū ana mecbal terantur bene et cribellentur: et conficiantur cum melle ceraugebini mecbal.i.S.cum .ʒ.ii.secaniabim de zucharo facte: et de semine enduie. Oleum mirabile quod confert istis rebus desideriis aliquarum reruz et tremori cordis et melencolie et excusat diamuscbam. Recipe olei citri. boni odoris .lb.i.olei nucum .lb.i.ponantur in olla limpida: et coquantur tamdiu quod suci consumantur et oleum remaneat: et deinde ab igne amoueatur: et misceatur pondus mekal .S.de musco boni odoris: et ex hoc oleo bibat paciens cuz necessitas incubuerit a duabus mecbal ad medietatem.ʒ.i. Oleuz predicto simile mirabile. Recipe olei pomorum dulcium.lb.i.olei alkeiri palidi.lib mediam ponantur in olla uel caldaria: et cu ftodiantur: et misceantur cum eis he aque suci maiorane: et enduie cauear omnium: ana libram mediam postquam bulierint: et collata fuerit coquatur totum quousque aqua consumatur: et oleum remaneat: et commisceatur mecbal medium. Ambre: et misceatur et bibantur tantum quantum precipimus ex premisso et ungatur pectus ex oleo: et storaci orificium. Olei oculte ualens febribus effectus mirabilis. Recipe seminis enduie: et seminis plantaginis et bedegart: et seminis maiorane omnium: ana mecbal.S. Cinnamomi acuti mecbal. i.et.S.terantur et cribellentur cum triplo de rob citri acris uel malorum granatorum acrium et conficiatur potio mecbal.ii.cum .ʒ.i.sirupi prunorum. Recipe seminis lactuce cucurbite papaueris portulace bateke ana mecbal.i.S.sandalis citri camphore albissime recentis: ana mecbal duo conficiantur cum triplo sui de melle sebesten et sumant patiens quottidie mecbal.i.et.S.cum sirupo uiolarum uel sirupo prunorum.

Oleum ad emigraneam calidam. Recipe amigdalarum dulcium seminis papaueris lactuce cucurbite dulcis cucumeris bateke ana cum suco florum nenufaris terantur decies post exprimantur: et administrentur. Trocisci muscati conferentes epithimi et interioribus. Recipe zinziberis mecbal duo musci boni odoris dauicb. ii. zuchari ad pondus omnium conficiantur cum sirupo maiorane: et fiant trocisci mecbal.i.dosis trociscus.i.cum sirupo pomorū dulcium .ʒ.et suci enduie buliti et collati. ʒ.ii. Ad retentionem urine: et humorum in uesica. Recipe mirre ciperi squinanti cinnamomi ana partes equales: et partem superficialem glandium partes.ii. conficiantur cum oleo balsami dosis mecbal. Ad ulcerationem oris. Recipe papiri combusti ciperi yreos celestis. ana terantur et ponantur in ulcere et coluat os cum aqua roxarum in qua sit positus sumacb. Medicina experta apostematibus corrodentibus et aliis. Recipe anagellas: et est mater silua: et foliorum aluala: et est anataria masticis ciperi seminis spatule ana partem unam lapis lazuli sani partem mediam conficiantur cum triplo sui cuz succo citri acris cocto et coagregato cuz dā sesaban: et ponantur in apostematibus: et eradicat radices eorum et remouet ipsorum uenas. Et postquam apostema eradicatum fuerit ponatur hoc medicamen quod carnem generat. Confectio medicine generatiue carnis. Recipe foliorum farasie .i.camforum et foliorum alkebul et puluis papiri combusti seminis roxarum: ana partes equales terantur et admisceātur: et supponantur folia eiusdem uel plantaginis intinta melle. Medicina que extrabit secundinas et fetum mortuum. Recipe castorei cinnamomi mirre ana fiant fortiter glandibus similes et inuncto balsamo supponantur: et si forte cum hoc secundina non exierit detur cum hoc de isto sirupo Recipe faseoli ciceris nigri enduie: ana partes.i.berberis onciam mediam coquantur in tribus libris aque usque quo remaneat una coletur detur patiēti: quarta pars libre unius cuz oncia una de radicibus berberis et positio altamie in manibus et pedibus confert nimiuz prouocationi menstruorum. Item ad apostemata corrodentia cui non est par. Recipe enduie plantaginis bezei.et.i.zarmacb ana partem becbar farine fabarum ana partem.S.conficiantur cuz melle et postq̄ carnez corruptā remoueris supponat hic puluis. Rx.corali ru

bei lapidis lazuli ſani ana partem . i.radic̄
piſtacce bedegart fauſel ana partes .ii.⁊ ſi
mul pulueriȝentur ⁊ adminiſtrentur. Em
plaſtrum ualens ad idem. ℞.aloes boni ka
bare egiptie adep : indi ſanguinis draco
nis ana partem unam ſeminis baſiliconis
garet ſeminis baſiliconis maioꝛis quod uo
catur burungi:ana partem mediam:fiat em
plaſtrum ⁊ ponatur ſuper locum leſum:poſt
quam lotus fuerit cum aliquibus habenti
bus uim exſiccandi ut aqua plantaginis uł
mire :uel uino ſtiptico ⁊ ſimilibus. Em
plaſtrum ad umbꝛa ⁊ eriſipilā:⁊ eſt expertū
quod. ℞.nucum cipꝛeſſi folioꝛum ſpice albe
.i.rubei maſculi folioꝛum ſilue capꝛine iuſ
quiami ana partem unam acatie bedegar
aſſe mirti:ana partem unam conficiantur cū
rore inuento ſuper folia acundimi . Vel ſu
co ipſoꝛum folioꝛum:⁊ aquam rox .⁊ ſuper
ponantur ⁊ ſi cum rubedine fuerit miſceał
boluſarmenus cum predictis. Medici
na mirabilis ſilio carens ⁊ eſt breuis confe
rens lapidi. ℞.cog mizi e yꝛeos ſeminis en
diuie ciperi ſquinanti cinnamomi mechal.i
ſeminis ſpatule batike capparis ſpargi: pe
troſ ana mechal.i.ʒ.S.conficiantur cuȝ mel
le caſſie fiſtule:⁊ detur ex eo mechal .i.cum
ſirupo cog.⁊ ȝucharo.⁊ ʒ.ii.aque. Me
dicina ad diſtillationem urine.⁊ ad lapidem
addens in ſpermate. ℞.galle in alio gallā
ge contrite ⁊ cribellate ⁊ confecte cum bu
tiro uaccino ⁊ melle diſpumato : ⁊ detur cū
aqua iuiubarum uel lebeſten . Ad fe
bres occultas. ℞ . bedegart ſeminis endi
uie plantaginis lactuce bateke ana mechal
.i.ſe.mirte ſandali albi ana mechal. i.cina
momi mechal.iii.ſpodii mechal.S. muſci cā
phoꝛe ana quartam partem mechal.i.confi
ciantur cum ſuco maloꝛum granatoꝛum uel
pomoꝛum ⁊ doſ mechal.i.S.totidem cum ſi
rupo uiolarum . Oleum contra quarta
nas. ℞.aſſari ſene cinnamomi mechal .S. ſe
minis maioꝛane uerbeuent feri gemuſi me
chal.i .ſeminis endiuie lactuce poꝛtulace
plantaginis ſandaloꝛum alboꝛum ana : me
chal.S.lapis lazuli loti multotiens cū aqua
camphoꝛe ana mechal.ii.cum ſirupo pomo
rum dulcium . Ad tipum febꝛium ⁊ ri
goꝛem. ℞.radic̄ lilii:⁊ cinnamomi pollipo
dii:ana partē.i.ȝinȝiberis partē.S.conficia
tur cum oleo balſami uel fiſticoꝛum ⁊ detur
ante periodum mechal.i.S.cū aqua calida.
Ad doloꝛem renum:⁊ retentionem humo
rum in eis. ℞.mitte amomi granoꝛum fiſti
coꝛum ana partem.i.cinnamomi ad pond⁹
omnium conficiantur cum melle de cog:de
tur mechal.i.S.cum ſirupo ȝucharino de ra
dicibus. Suffumigium ad cataꝛrum ca
lidum. ℞.rox.mechal.x.faufel ſandaloꝛum
alłō ligni ał:ana mechal.ii.muſci dauich.i.
camphoꝛe dauich.ii.conficiatur cum aqua
rox.in qua fuerit diſſolutuȝ mechal.i.anidi.
⁊ fiant trociſci ex quibus ſuffumigetur pa
tiens. Aliud ad cataꝛrum frigidum. ℞
rox.ſandalis albi turis ana mechal.i . ligni
aloes mechal.ii.coſti mechal . S . muſci da
uich.ii.conficiantur cum ſuco amigdalaruȝ
dulcium : ⁊ cum ſtoꝛace malaſſentur fiant
trociſci parui cuȝ quibus ſuffumigatio fiat.
Suffumigium contra peſtilentias . ℞.be
degart ſandalis in floꝛe mirti ana mechal.
i.ligni ma ioꝛane ſem. gemiſe ciperi gar̃ :
ȝinȝib.almuſci boni ana mechal . S . funda
mie.ii.conficiantur cum aqua rox . in qua
diſſoluta fuerit ſtoracis ambꝛe ana mechal
.S. Medicina paraliſi conferens exp
ta. ℞.caſtoꝛei ȝinȝiberis coſti dulcis cog :
acoꝛi:bachaꝛum lauri ana mechal:an. muſ
ci mechal.S.terantur ⁊ inuoluantur in oleo
alkeiri al : ⁊ conficiantur cum melle albo
claro detur ad magnitudinem nucis .
Et ad paraliſim calidam. ℞.lac ouium no
uarum ſanarum quod in olla limpida po
natur ⁊ miſceatur cum eo oleum nenufaris:
⁊ cucurbitaruȝ dulcium ana.lb .i.coquantur
ad ignem leuem donec oleum conſumetur ⁊
miſceatur cum eo.lb .i . ȝuchari teramabin
albi ⁊ coquatur quouſqȝ ad coagulationem
perueniat:⁊ egro adminiſtretur quouſqȝ ſa
nitati integre ſit reſtitutus. Et i babico fri
gidas herbas habente ponatur:⁊ oleis fri
gidis inungatur. Ad ſputtum ſanguinis
quod ex apoſtemate ſtomachi:uel inteſtino
rum accidit. ℞.bedegar:ſuchaa.i.ſapia al
ba capilluſueneris.ſeminis memithe rox .
ana.ʒ.ii.karabe boliarmeni .floꝛis ſquinan
ti rarieſachan raſine amigō.ana.ʒ.ii.farine
arnuclinum ad pondus omnium conficiant̃
cum melle maſticis detur ad quantitatem
auellane. Ad uenena . Recipe amomi
ariſtologie rotunde baccarum lauri raſine
ruthe ana mechal.i.S.⁊ inungatur cuȝ oleo

nuē. τ conficiantur ex melle ficuum: τ sumatur quotidie ad magnitudinem nuē.

Ad tussiz. ℞. suci liquiricie cog. seminis cucurbite dragagāti albi boni ana mechal .ii. m. penidiorum. ad pondus omnium conficiantur cum. ℥. i. muscilaginis seminis citoniorum facta in aqua rox. τ. ℥. ii. mellis iuiubarum.

Medicina ad fluxuz experta. Recipe gale fausel. i. auellana inda: se. acetox. farie glandium: ana. Conficiantur cum melle uel cum diacitoniton acri. τ administref.

Medicina conferens epilēcis extrahens putredinem a corpore. Recipe ellebori: cancar. i. catapucie suci maiorane: endiuie ana lib. i. suci sticados: suci spine masculi: al. τ rubei: pomorum dulč. ana. lib. S. Postquam bulierint τ collata fuerint. τ apposuerint endiuie polipodi: sene: aristologie rei: pistate omnium ana partem unam buliat totum in aqua predicta τ misce suci malorum granatorum: τ mellē cassie. f. τ penidiorū ana partes equales fument usq3 quo fiat sirupus τ apponatur musti ambre ana mechal. S. τ ab igne remoueatur. dos. iij. pars lib. cum equali pondere suci fumiterre: τ si ñ possit bibere cum hoc suco detur cum aqua frigida.

Gargarisma apostema gule remouens τ dolores: τ facit anhelitum habilem. Recipe de rob prunorum confectorum cum uino mirtino: τ diamoron: τ mellē ficuum cōfecti cū teraniabin: ana partes equales: soluatur in eis τ quarta pars aluminis iamēi: τ mellē cassie. f. τ medietas partis unius fiat gargarisma: τ detur ex eo uncia media τ tantumdem acetositatis citri collate.

Medicina mirabilis experta ad coitum. Recipe prunorum pinee maioris infuse per diem τ noctez lib. i. τ molantur in lapide molendini. Et accipe cinamomi: seminis eruce pastinace: rape mulge: stipitum: palme uiridis: ñ ut que comedūtur τ lingue auis: τ granoruz zelei: τ secacul: τ bubumen: costi dulč zinziberis renum passeř cobire desiderantium: omniuz ana .3. iii. penidiorum bonorum. 3. xxx. terantur bene: τ conficiantur ad ignem: τ misceantur cum melle de satirion: τcum tantumdem mellē albi: τ misceantur cum eis relique medicine usq3 quo fiat res ellectuario similis: τ misceaē mirti τ ābre: ana .3. i. τ remoueatur ab igne. Si quis calide complexionis fuerit detur ad magnitudinem auellane. Si frigide in duplo cū sirupo mellē muscati: uel cum uino calido odorifero.

Alcofol eradicans albedinem in oculo existentem. Recipe succi rubi albi mada clux ana. lib. S. misceantur cum eis mirobolanorum ana. 3. iiij. τ fiat puluis subtilissimus: τ scias quod hoc est ultimum in albedinem eradicandam.

Aliud ad pruritum oculorum τ scabiem τ pannum: τ amissionem uisus. Recipe granorum paruorum malorum granatorum uiridium florum coctani: mīni: boli armeni: se. rox. ana. 3. ii. separatim per se pistentur: τ accipe lapidez teneg: τ tutie ana. 3. i. τ. S. limature auri posite in aqua roxarum per duas ebdomadas: τ ter in die mixte τ exacute: τ pistate conueniēs sit: τ misceatur cum reliquis medicinis τ ponantur omnia ī acetositate citri acris τ misceantur cum muscilagine citoniorū τ aqua roxarum: τ misceatur sic tribꝰ diebus: deinde teratur optime τ ad umbraz exsiccetur. τ misceatur musti rubei dauic. i. τ seminis plantaginis optime triti. 3. S administrentur.

Aliud conferens descensui aque uisum augmentans τ confortans. Recipe mirobolanorum. 3. i. nucleorum tamarindi. 3. S sarcocolle: mechal. i. lapidis lazuli. 3. i. aloes dauicb. fiat puluis subtilissimus τ ponatur in equalibus ponderibus tabo lanorum. kebulorum: τ mellis maloruz dulcium granatoꝝ tribus libris suci endiuie τ in tanto suci plantaginis. Postquam omnia bulierint τ collata fuerint misceatur puluis predictus cum sucis nominatis: demum exsicetur: τ in eisdem mellis ponderibus iterum ponatur: τ sucorum τ predicta multa imbibitione secunda cum aqua roxarum temperentur: ad ignem ponantur leuem: quousque misceantur τ bulliant In quibus puluis iacinti rubei optime pistati ponatur. 3. S.

musci optimi dauich .ii. deinde ab igne remoueatur ꝛ in uitro conseruetur : ꝛ ad ministretur stomacho : uel ciborum dige stione celebrata .

Liber tertius de casibus qui ipsi rasi acciderunt .

A parte mei temporis in philo sophia ꝛ medicina studens mul tum uigilaui noctibus : ꝛ som num amisi : ꝛ feci res que mihi non ualuerunt : ꝛ nichil inueni quod tan tum conferret quam oleum nenufaris : quod in nasum trahendo aerem profeci ꝛ lactuce quas coctas ꝛ crudas comede bam. Uisus tamen debilitatem ꝛ mino rationem coitus in me generauerunt : ꝛ non inueni quod conferret tantum mihi quantum passerum comestio ꝛ ipsorum brodium cum ouis ꝛ almuri ꝛ cinamomo ꝛ pipere ꝛ pulorum columbaꝝ prepara torum ꝛ in me uis ꝛ memoria fuit optie restituta .

Ad hoc oleum feci quo nullum melius inue nitur. Recipe olei granorum pinee oῦ albi: olei alkeiri olei pomorum dulcium ana partem unam feliuꝫ passerum cuꝫ uo luntatem habent coeundi: partem mediã seminis alkeiri palidi: mechal.i. buliant omnia ad ignem leuem. Cui ab igne re mouendo musti mechal.s. misceatur cum quo genitalia ꝛ pectus post balneum un gantur prouocat uirtuteꝫ ꝛ delectationeꝫ uigorat .

Aliud in ciuitate ʒelergebani: ꝛ quidam uir desideria habens sine causa ꝛ timorem ꝛ cordis tremorem accessit ad me . Nam inter medicinas nihil inueni tantum con tulisse : quantum carnes ancipitris cocte cum suco maiorane : ꝛ uinum album sub tile ꝛ inunsi corpus eius oleis odorife ris ꝛ restitutus ẽ sanitati prorsus .

Contingens aliud. non habent antiqui debi les ꝛ ethici ꝛ carentes sanitate rem que magis eis proficiat quam auium come stio ꝛ turtuꝛ pullorum columbaꝝ passerũ in uino odorifero coctorum ꝛ uinum bo num bibere .

Contingens aliud rex albomet balisilius extraxit sanguineꝫ in quantitate nimia ꝛ erat tempore autumni ꝛ bibit uinum : ꝛ post somnum sanguis exiuit ad quanti tatem trium librarum ad quem de nocte fui uocatus : ꝛ cum sincopisantem inueni ꝛ oculi eius propter extasim leuabant in oculum . Et precepi mihi afferri quin que pullos columbarum albarum quos precepi optime preparari : ꝛ membra per se separari feci : ꝛ in quatuor libris uini odoriferi eas coxi : quousqꝫ carnes ab ossibus segregate fuerint ꝛ multum in decoctione posui de gariofilis ꝛ cina momi: quam decoctionem colaui postmo dum ꝛ eam posui in uase rostrum haben te ꝛ regi ad bibendum ministraui : ꝛ an te solis ortum loqui incepit quam decoc tionem triginta diebus sumpsit ꝛ uirtus eius ad eum reuersa est ꝛ sanguis in eo fuit optime restauratus .

Contingens aliud . Casus accidit errifide ni regi scilicet iuxta cerebrum apostema: ꝛ cognoscebat me ꝛ uenerabatur extraxi ei sanguinis lib.iij. usque quo sincopiza uit sincopi timorosa : ꝛ postmodum cogi tare cepi : ꝛ inunxi corpus eius ex alga lia ꝛ ex ea posui ad nares : ꝛ lib.i. uini o doriferi temperaui cum equali pondere sui ex iure pullorum gallinarum ꝛ colum borum in quo muscum posueram : ꝛ hoc in os eius misi succesiue . Et cum a sin copi fuit liberatus seruientes eius plo rare ceperunt . Et quidam ex eis obli quo me respicientes uultu: in mortem me am conspirauerant . Cum uero rex inte gre restitutus esset mihi dixit quod dum in sincopi perueniebat de egritudine sua non dolebat quam plurimum: sed tota in tentio sua circa me uersabatur timens ne astantes mihi mortem inferrent . Cre debat enim quod ego ipsi hanc non adhi berem curam nisi esse crederem salubrem precepit igitur mihi ut nunqnam eum co ram aliquibus minui facerem nisi fortaſ se femine sole astarent . Et scias quod iste rex a magno hirsen euasit hac egritu dine .

Contingens aliud de fluxu diuturno. quidaꝫ

amicus meus in medicina parum instructus a fluxu longo uexatus fuerat tempore cui plures res etiam plures ostendi. Et dixit tandē mihi quod nihil proficiebant. Unde ut curam egritudinis certificarem per unam noctem secum mā si: ꝛ cognoui quia post somnum fortius uexabatur a fluxu: ꝛ perpendi causam egritudinis esse humorem calidum ꝛ acutum a cerebro cadentem qui quidem cuꝫ ī stomacho ueniebat fluere cogebat. Cuꝫ uero patiens excitabatur fluxu carebat ꝛ sputum assiduum habebat precepi ergo ei ut caput raderet ꝛ ut ipsum cum sinapi ꝛ musto fricaret fortiter ꝛ sanitati fuit postmodū restitutus: nunq̄ꝫ capitis ei tedium fiebat.

Apoplesia accidit regi hamech filio hali ꝛ in pricipio curaꝫ ꝯuenietem non habuit: sed dimiserunt eum sicut erat: ꝛ nullus ex eius magistris ei aliud precepit fieri nisi inungi corpus rebus odoriferis ꝛ subfumigari: quod sufficiens ei non credidi. sed feci uentosam collo eius apponi: ꝛ uelociter ab illa egritudine exiuit: ꝛ est res in qua confidentia esse debet.

Quod si homini qui feminee complexionis non sit ꝛ sit molis corporis hec euenerit egritudo: in colo ut prediximus uētosetur. Et nihil ex eis que alii preceperunt facere uolui: sed in nasum eius oleuꝫ nenufarinum proieci.

A perditione multorum multos euadere feci qui siccitate ꝛ ardore stomachi uexabā tur: cum ellectuario nenufarino ꝛ sirupo eiusdem: quibus ad potandum dedi uinum album limphatum: cum aqua niuis temperatum. Et faciebam eos comedere pullos pingues in quorum decoctionibus muscilagines seminis citonioꝝ ponebam ꝛ oleum nenufaris.

Quidam amicus meus bone rationis qui mecum in libris galieni studebat ardorem patiebatur in stomacho qui ardor augumentabatur amplius cum cibaria a stomacho recedebant docui autem eum res quas faceret: ꝛ dixit mihi iam eas fecisse: ꝛ precepi ei ut reciperet .iii.ℨ. zucbari roxati: ꝛ tantumdem zucbari uiolati ꝛ precepi hec optime permisceri quibus mechal.ʃ.ambre apposui: ꝛ.ℨ. olei nenufaris ꝛ electuarium in eo comiscui ꝛ eo fuit usus: ꝛ ab egritudine euasit iussu dei.

Contingens aliud. curaui quamplures a febribus a sole prouenientibus! cum balneis temperatis ꝛ cuꝫ aqua frigida que adeo erat frigida quod patiens ex ea frorem habebat.

Contingens aliud. curaui homines ab occultis mortiferis febribus cum rob fructuuꝫ laxatiuorum: ꝛ cum bonis odoribus frigidis ꝛ cum rebus temperatis: ꝛ infrigidaui eos ꝛ humefeci: quod si hec non adhiberetur cura patiens succumberet.

Aliud contingens alicui homini in estate tempore crisis accidit: quod cum intus egrederetur febris cum occulta multum occulta inuasit ꝛ caliditas in ipso fuit augumentata: ꝛ color eius incepit rubeus fieri: ꝛ complexio ipsius mutata fuit: ꝛ egritudo eius augumentata est: ꝛ spiritus ipsius erat ualde calidus ad modū ignis ꝛ perpendi in ipso signa fluxus sanguinis: ꝛ tremorem cordis habebat. Et perpendi uel fluxum sanguinis pateretur uel eum fluxus inuaderet: expectaui igitur per unam horam uel duas credens eum aliquem fluxum habiturum ꝛ nihil ei accidebat: precepi ei nares fricare fortiter ꝛ non exiuit sanguis: ꝛ caliditas ꝛ impatientia: ꝛ dolores in ipso ceperūt augumentari. Dedi ergo ei decem lib. aque frigide: ꝛ calor est temperatus: ꝛ urinaꝫ fecit in quantitate nimia: ꝛ febris eius minui incepit: durauit tamen in eo febris quadraginta diebus. Et seruum quendam quia nullus ei aquam porrexit sicut porrecta fuit domino propter intentionem quam erga deum habebant. Et seruus ante horam uespertinā decessit: ꝛ casus in mane acciderat.

Liber quartus de dietis medicinis et cibarijs.

Omne cibarium ex animalibus uel ex nascentibus non euadit quin aliquid utilitatis uel corruptionis habeat. Et naturales philosophi secreta eorum inuestigauere quamplurimum et non attigerunt aliquid nisi debili inuestigatione quo ad ueritatem. Et scientes in hac re uerbum stabile debent preponere. Et ego quidem sicut et philosophi consulo: ut ex his rebus minus quam unquam poterit accipiat. Et consulo ut ex eis quis utatur quibus complexioni sue dissonantia non existat. Et hoc antiqui laudauerunt sine hoc quod secreta sua detegerent. Et scias quod omne quod occultam habet uirtutem aliquid forte in corpore uel utilitatis uel corruptiōis operatur: et ex quibuscunque uti non debet. Et ex his occultis nesciunt homines neque intelligunt neque etiam possunt nominare. Intellectus enim eorum occultus. Sed dieta et medicatio re subtili et spirituali debet fieri quia odor et odoris uapor ostendit absque his que per comestionem et potum noscuntur. Et ob hoc consulo ut ex medicinis quis minus accipiat. Et ego detexi hic ueritatem. Experta enim sunt ea que in hoc loquendi methodo apposui in hoc meo libro: quem equidem ad humanam utilitatem composui: que inter alias dignior existit. Et ideo ciborum et medicinarum uirtutes inquisiui amplius in hoc uerbo ut maiorem possent homines utilitatem habere: et nos hic uerborum multitudinem abicimus et multa relinquimus propterea: quod homini esset difficile intelligere: et ob hoc librum nostrum laudamus quia continet ueritatem. Si ex rebus uiuentibus quis utetur recentibus cum suo sanguine maior et uelocior ad utilitatem fertur dieta: quam qui rebus subtilibus uti uoluerit et calidis: sed tamen ad hoc accedere non poterit propter suam complexionem et necessitatem et propter consuetudinem nō excusatur quin spectet et abstineat tempore mortis ipsorum ut ipsorum uirtus frāgatur que fortasse per unam diem debet dimitti: et sic conuenientia ipsorum melior est. Et reges eligerunt aquillas et ancipitres: lupos et canes et reliqua rapientia ad hoc uidelicet ut non tantum delectentur: uerum etiam utilitatem ex captione habeant et salutem: et ut ipsorum carnes que dure sunt per motum frangantur: et etiam quia mors eorum existit proxima. Et ob hoc naturales precepiunt ut cum ex his rebus quis uti debeat prius uirtus carnis eorum debilitetur per motum. Et si prius hoc eis uiuentibus factum fuerit: et postea interfecte fuerint carnes ipsarum habiliores fient. Etiam dixit .ii. p. Ex eis que carnes habiles ad comedendum faciunt est artum uel nitrum: uel nitri frustra uel rami ficuum: hec enim omnia aperte preparant: et ex hoc precipimus ut coclearia ex ficubus fiant: hec enim coclearia carnes reddunt habiles: et in libro coquinarum cagizen abusamen: dixit Johemor cum corpora non nisi per cibaria degant et uegetantur: deberent reges inuestigare res que appetitum prouocarent et sufficienter comederent ex rebus uiuis. Et debent res diuersas comedere cum rebus saporiferis et boni odoris et bonas debēt ollas habere: et coquinarius eorum debet esse medicus.

Sermo in rebus que electe sunt ex rebus uiuentibus quadrupedibus et auibus: et ex domesticis et ex montanis melior ex carnibus pillos habentibus: saporosior et aptior et tēperatior ē cū aceto et agresti Et ex eis que coquunt et assantur ad prunas. Et assate ad prunas ponderosiores sed almuri eos preparat. Sed a capitibus homines precauere debent et a caudis: philosophi enim dixerunt quod carnes pillose uenena non euadunt naturaliter et maxime capita eorum et caude: et ideo comedi non debent.

Capita non comedas

Melior ex carnibus montanis et absque nocumento minori: et absque uentositate. Caro gazelis et caprioli existit. Parum tamen est sicca cuius siccitas cum oleis

humidis remouetur ꝛ i comestione eius uirtus accidit mirabilis. Prodest para lisi frigide: ꝛ interiora ipsius comedere est austerum tenasmum enim generat. Et pedes eoꝝ assidue comedere hoc idē efficit propter superfluam siccitatē: ꝛ hec membra comedi non debent.

Caro edina est frigida ꝛ humida mirabilis: sed i ea odor existit: ꝛ ideo comedi debēt edi non magni: ꝛ apti sunt ad salutis cu stodiam.

Arietina caro bona est: cum non est antiqua euasit malitiam eius cui iaȝ cornu creuit Cum enim cornu ipsius nascitur humidi tatem amittit: ꝛ medulla ipsius usui non est apta proprietate enim habent obliui oneȝ facere: aries temperatus est in esta te. Temperatior enim calidior est ꝛ in estatis tempore usus ex eo non est conue niens. Ex calore enim superfluo inaniā facit ꝛ affati maxime ꝛ in omni re alia e uadit malitiam.

Pulli gallinarum temperati ad frigiditatē decliues parumper: digeruntur uelociter usui conuenientes sperma augumentan tes ꝛ sanguinem. Etaȝ philosophus dixit habent uirtutem calorem innatum uigorandi.

Galline que nimium non sunt antique nec nimium pingues mirabilis cibus existit: ꝛ temperatiores aliis existunt ꝛ pullis approximant: ꝛ earum medulle uirtutem habent generandi uertiginem ꝛ dixerunt philosophi quod earum axūgie inter cete ras optinent principatum: in mollifican do duriciem: quod axungie anserum effi ciunt: ꝛ galinas comedere generat lum bricos.

Galli ueteres diuisioni non conuenientes humiditate priuati sunt: ꝛ cum ad affel landum dantur dubium est. Nitrosi tas enim que in eis existit: putredinem generat. Et dixit galienus in libro suo secretorum quod ossa gallorum subeth ef ficiunt propter proprietatem cum come duntur uel excitantur: ꝛ melius est ut di mittantur.

Pulli columbarum cibus mirabilis ad cali ditatem declinans: ꝛ philosophi dixerūt quod in eis est uirtus mirabilis: ꝛ prece perunt quod hi qui parum habent san guinis: ꝛ quibus deficiunt uirtutes: ꝛ ca lor innatus debent eos comedere: ꝛ ex proprietate dolori renum conferunt san guinem colant corruptum. Et he due res sunt mirabiles. Et habent proprie tatem egritudinem capitis cronicam ge nerandi: quare capita eorum cum interfi ciuntur auferri debent: ut eorum malitia reprimatur.

Perdices cibus bonus ad frigiditateȝ ꝛ sic citatem tendentes. Ius earum boni o doris ꝛ boni saporis naturaliter tempe ratum: ꝛ ad comedendum sunt apte: quā do cum oleribus comeduntur: scilicet cuȝ yapistro yameni. Et eorum uirtus mi rabilis quam dixerunt philosophi ē: qđ humiditatem exsiccant stomachi: ꝛ putre dinem extrahunt ꝛ scilicet hoc non est du bitatio: maxime tamen si cum suco pomo rum dulcium excoquantur. Et sic cocte euadunt malitiam: ꝛ earum uirtus se cunda est retentiuam confortare uirtu tem.

Fasianos cibus conueniens laudabilis sub tilis pullis affines quo ad esum ethicos confortant qui ab egritudinibus ethici fi unt. Et habent proprietatem uigoran di uirtutes que digerūt. humores corrup tos in stomacho preparant.

Alchadareg bonos efficit humores: ꝛ est conueniens cibus ꝛ subtilis: ꝛ est calidi or aliis auibus ꝛ caliditati innate affi nis existit. Et mala acetosa ꝛ coctana: ꝛ mala granata acria: ꝛ citri quodcumqȝ ipsorum cum ipso miscetur ipsius calidi tatem reprimit: ꝛ habet proprietatem augumentandi intellectum: ꝛ remouet damnum quod medulla arietum ope ratur.

Areching: facilius a stomacho uincitur quā alie aues que sunt post alchadoreg: sed sunt humidiores in autumno quare uirt⁹ in ipsa cognita est que sunt apposite cum comesta fuerit.

Anates proprietatem habent soluendi hu mores in intestinis ꝛ purgant ea. Eoꝝ epata proprietatem habent priuandi flu

xū ex debilitate epatis accidentem.

Turtures cibus conueniens bonos efficit humores caliditati attinent: ꝛ conferunt plus post pulos columbarum: ꝛ habent uirtutem mirabilem ꝛ augumentant sanguinem in omnibus in quibus est paucus. Et dixit philosophus proprietate uigorant uirtutem retentiuam ꝛ in hoc maxime preualent.

Atleiar ꝛ dicitur quod sit merulus auis humida laudata bonos efficiens humores cito digeritur: ꝛ dicit cratem spintalis in libro suo quā compoſuit quod est melior cibus ꝛ conuenientior eis in quibus melancolia incipit generari.

Alkenebit ideſt columbus similiter leuis est cibus ꝛ subtilis: ꝛ habet proprietatem ad fluxum: ꝛ ius ipsius preparat humores: ꝛ eos facit habiles ad soluendum: ꝛ est laudabilis eis qui ex egritudine deficiunt: ꝛ hoc dixit philosophus: quod carnes eius habent proprietatem remouendi tenasmum.

Lac a quo butirum non est tractum: ꝛ maxime recens ꝛ butirum crudum intestina humefaciunt ꝛ lubricant: ꝛ ea ledunt. lac coleram incendit ꝛ ardorem: recens somnum prouocat ꝛ uigore caliditatem innatam confortat.

Oua meliora sunt oua galinarum earuꝫ que cum gallis uiuunt: ꝛ dixit arzicon: quod oua galinarum uirtutem augumentant: et maxime in uirtute coeundi: humectant: ꝛ ethicis conferunt ꝛ sanis hominibus.

Pisces meliores sunt fluuiales ꝛ marini sunt illi qui habent asperam cutem: ꝛ nō sunt muscilaginosi: ꝛ naturaliter albi sunt admodum argenti. Et pisces nigri ꝛ rubei in quibus sunt pene diuerse: ꝛ qui habent colorem pauonis: ꝛ in quibus macule sunt nigre: ꝛ palide: naturaliter mali sunt: ꝛ ab eis est cauendum. Apostema enim generant in membris anterioribus ꝛ intestinis: ꝛ puncturas: ꝛ orripilationem generant: nocumentum usui inferunt: malum sanguinem generant: ꝛ frigidos naturaliter humectant.

Olera humores humectant non sunt cibus conueniens ꝛ melior eis est endiuia ꝛ acetosa: arcula ꝛ rapistrum ꝛ colus samenum ꝛ lactuce: ꝛ eorum comestio usuꝫ debilitat ꝛ calorem innatum.

Cucurbita si ex eis nimis comedatur tenasmum generat: sed si aceto ꝛ aliis preparetur melioratur.

Lentige habent uirtutem cancrum generandi humido stomacho conferunt cum nimium cocte fuerint: ꝛ confecte fuerint cum oleo amigdalarum uirtutem expulsiuam confortant.

Napi bonum uisum efficiunt: ꝛ sunt cibus conueniens.

Rafani ꝛ eorum stipites in stomacho durāt quam plurimum caput replent gutturi ꝯo conferunt.

Preparationes. Piper urinam preparat zinziber uentrem humectat. Galanga stomachum confortat aracos: frigiditati ꝛ retentioni urine confert. Cinamomū uirtutem habet bonum faciendi odorem ꝛ bonum saporem ꝛ confortat cor: ꝛ addit in sperma. Grana fabarum coctarum remouent calorem gutturis: ꝛ remouent damnum quod tubera ꝛ panis azimus faciunt ꝛ conferunt tussi. Sicera bonam faciunt urinam: ꝛ bonum colorem: sed maxime si cum carnibus comeduntur ꝛ cum cinamomo q̄ꝫ plurimum.

Ficus cum comeduntur recentes putredinem remouent: ꝛ dixit gratim quod ficus putredinem efficiunt: ꝛ non debent comedi propter lactis sui uenositatem.

Uue albe subtiles leues cum cortex eis remouetur extremitatibus conferunt ꝛ addunt in spermate.

Pira appetitum non uerum remouent: ꝛ intestinis nocent: ꝛ maxime longaono: ꝛ tenasmum efficiunt.

Pruna coleram remouent ꝛ eam expellunt maxime pruna palida.

Mala usus eorum stomacho nocet: ꝛ maxime usus recentium que cito nascuntur ꝛ ꝛ ea que in estate nascuntur: ꝛ in autumno orificium confortant stomachi: ꝛ ipsum uigorant: ꝛ acetosa acria obliuionem efficiunt.

Coctanum stomachum confortat: ꝛ epar: ꝛ

usus eius putredinem in intestinis generat.

Persica febribus urentibus ꝯferunt in principio ꝛ sucus eorum in fine facit febres putridas si materiam habilem ad exeundum non inuenerit.

Iuiube ardorem sanguinis extingunt coleram expellunt humiditates temperant: ꝛ maxime recentes ꝛ mature: ꝛ dicit Gratim quod est mirabilis eorum natura.

Citrum fore numero ipsum inter herbas ꝛ flores boni odoris. Et habet uirtutē folium eius ꝛ cortex remouendi uenenum ꝛ confortant cor.

Cucumer frigid⁹ bonus stomacho meliores sarraceni q̄ȝ gallici proprietatem habent remouendi coleram.

Mala granata dulcia: leuia bonos humores generant: expellunt humores putridos ab orificio mouent appetitum comedendi. Et eorum acetosa stomacho nociua sunt ex proprietate.

Nuces ꝛ auellane male stomacho ꝛ epati humores malos efficiunt in ieiuno.

Fistici proprietatem habent confortandi epar humores crossos expellunt. Et ex philosophis sunt qui dicūt qđ quando cū musto sumpti fuerit humores a uenis expellunt.

Grana pinee calida ꝛ humida sunt: opilationes uenarum aperiunt in pectore: ꝛ uesica ꝛ renibus: ꝛ habent uirtutem mirabilem. Inquit cratin ꝛ concessit Gr. quod grana pinee humiditatem antiquam expellunt: ꝛ promouent humiditatem naturalem ꝛ hec est uirtus mirabilis.

Uue passe habent uirtutem cognitam secundum doctores naturales: quod prosunt egritudinibus intestinorum cum comeste fuerint: ꝛ intestina impinguant: ꝛ epar debile.

Hec sunt medicine salue: cognite: mirobolanis citrini. kebuli: belerici: emblici: fudi berberum: reubarbarum: draganti: gummi arabicum: aloes: acatia: cassia fistula: Terraniabin: cinamomum: amomum: squinantum: calamus aromaticus. cos. costus: darsesaban: tralacta: mastix: sandaraca: karabe: lignum aloes: muscus: camphora: ambra: geriofili: sandali: spodium fausel: carui: nanoti: setbet: nux muscata bolus armenus: neikaberi: lapides ferri ruȝubet beȝari. thenet: lapis laȝuli: lapis iacintus.

Sisimbrium: menta: almarda: dux. fumus terre: fenigemisch: seleni: liliū albū: liliuȝ cel. nenufar celeste: ꝛ palliodium: aliothinum: rose: uiole: uirgeris: ladion idest oculus bouis. uirga pastoris: iusquiamus Iste sunt tres res medicinarum: in quibus non euenit timor. Et sicum cera uel sepo uel ȝucharo misceantur raro uel nūquam egro lesionem efficiunt magnam. Nunquam enim uidi uel audiui quod aliquis qui his rebus medicaretur magnaȝ lesionem inferret egris. Sed res que cognite non sunt quas quis uult experiri audaciter cuȝ eis medicari non debet. Et quando aliquis in antidotariis confectiones inuenit: cum eis medicetur cum rebus inuentis ꝛ cognitis: ꝛ in cibariis sic faciat: ꝛ cum doctor hoc faciat fortunabitur in suis operibus ꝛ habebit complementum rationis: ꝛ omnia que natura humana abhorret ꝛ timet omnino dimittat. Et deum exoro ut super his mihi tribuat adiutorium.

¶ Liber quintus de uerbis ypocratis.

Introitus ad tractatum quintum in salute que nobis accidit: propter uerbum ypocratis. Inquit abubr medicina tota est dei ꝛ res uenerabilis. Et grates deo reddimus eo quod nos fecit aptos in ea ut ueneratores ipsius: ꝛ custoditores ipsius: ꝛ fecit nos imunes a scijs uilibus: ꝛ fecit rusticos remotos ab ea propter longitudinē temporum ꝛ dierum. Et quia quisitores scie ꝛ translatores pauci inueniuntur: ꝛ etiā quia illa angusta: ꝛ etiā illi qui scientiam habent apud se enim amplius augumentant eam respectu sui quam respectu amicorum suorum. Et deo grates reddimus: ꝛ laudes ei referimus ꝛ exoramus ut nobis scientiam augumentet ꝛ ipse dominus diues magnus preter quem non est alius.

¶ Inquit ypocras cum in die sexta acute egritudinis apparuerit apostema magnum uel liuidum post aurem: in decimoseptio die patiens moritur.

¶ Cui in iuncturis nascitur apostema: ꝛ habet tumorem ꝛ scabiem in pedibus ab egritudine usque ad mensem unum euadet.

¶ Quando in naribus apostema natum fuerit ad lenticule similitudinem ꝛ est uiride uel nigrum moritur homo usque ad annum.

¶ Qui dolorem in ypocondrijs habuerit: ꝛ maxime sinistra: ꝛ inflatio fuerit manifesta ꝛ cito consumitur: moritur usque ad tertium diem.

¶ Cuius alicui yctericia superuenerit ꝛ uniuersaliter corpus occupauit: purgetur cū aqua alacaculc ꝛ fumiterre: ꝛ ponatur michilus: ꝛ bibat uinum temperatum.

¶ Cui apostema apparuerit nigrum uel liuidum in digito: pedis magni sinistri similiter scias esse apostema: ꝛ si anteriores fuerint infra tres dies aut septem moritur.

¶ Si in corpore hominis fuerit alkasar idest bertoga ꝛ sunt apostemata parua minuta rubea que de facili resoluuntur: dicatis ei quod habebit egritudinem leonis: ꝛ cum apostema nigrum apparuerit in lingua patientis febrem continuam in die non cretica: dicatis quod moritur: ꝛ est signum pronosticum quod memoriam amittit.

¶ Corporis dolor ꝛ cordis tremor cum quis a somno surgit repletionem humorū in corpore signat: ꝛ est signum pronosticū mortis subitanee.

¶ Cui intra oculum apparuerit apostema ad auellane magnitudinem ꝛ dolorem non sentit nec pondus usque ad triginta dies moritur.

¶ Qui in somno multa loquitur apostema habebit. Cui dolor in pedibus euenerit usque ad menses non moritur.

¶ Si in febribus non adurentibus quis sitim non patiatur ꝛ pedes eius frigidi extiterint ꝛ oris habuerit amaritudinem infra xx. dies moritur.

¶ Cui in principio nasi apostema nigrum apparuerit uel acciderit cū forti dolore uelocit ante duos menses moritur.

¶ Qui uelociter olfatum amisit absq; catarro habebit febrem.

¶ Cui dolor in genibus acciderit: ꝛ lassitudo cum surgere uoluerit dolor fortis fuerit paralisi capietur.

¶ Dolor iuncturarum sine causa paruam uitā pronosticat.

¶ Cui in ancha apostema calidum nimio ardore euenerit usque ad septem menses moritur.

¶ Cui ī digito magno pedis dextri apostema apparuerit ad nucis similitudinem fedū tam in colore quam uisu: ꝛ cum ardore nimio fuerit usque ad annum morit̄.

¶ Lingue grauitas si iuueni acciderit post ipsius humiditatē mortē pronosticat subitaneam.

¶ Cui apostema in molitie auris euenerit cū forti dolore usque ad tres menses moritur.

¶ Cui febres quartane acciderint ꝛ fluxum sanguinis ex naribus passus fuerit ī die non cretica ante tres dies moritur.

¶ Cui in palma dolor cum ardore usque ad

octo menses moritur.

Qui cum oculis apertis dormit epilensiam habebit.

Qui a somno territus surrexerit: et hoc multum ei accidit: uel moritur uel pecuniam amittit.

Qui manus suas mouerit quasi aliquid accepturus et mortui ei apparuerint infra dies .xv. moritur.

Qui post septimanam primam febrem habuerit facere res quas non consueuit sicut si detexerit uel uentositatem emiserit uel uerba enormia dixerit sine dubio morietur.

Qui in aliqua egritudine memoriam amiserit habet signum mali pronosticum.

Cui in corpore serpigo liuida cum ardore nimio acciderit: et serpigo cui coloris ad pruritum corruit usque ad sex menses moritur.

Cui apostema nigrum liuidum uel rubeum euenerit morietur maxime si egritudinem acutam passus est.

Cui facies torta fuerit: et febrem acutam habuerit cito morietur.

Cui articuli cito mortui fuerint: cito rationem amittit.

Qui appetitum habuit superfluum: et in oris quibus comedere consueuit humores uenenosos habuit in stomacho et si augumentati fuerint moritur.

Qui auditum amiserit superflue: surdus est effectus.

Qui studere contra uoluntatem sui uoluerit et in studio non delectatur: uel somnum uel rationem amittet: uel melancoliam habebit.

Qui cibaria appetierit: que in stomacho corrumpuntur principalia membra habebit debilia.

Sitim superflue qui sustinet homo est nature sustinibilis.

Famem sustinere non est signum bonum fortitudinis nature.

Qui naturam habet debilem in acquirendis rebus altis et magnis moritur.

Corporis ponderositas propter cibaria cibos superfluos et potum superfluum sumit.

Crudelitas male intelligentes generat habiles.

Temperantia saluos et saluandos generat.

Liber sextus de scientiis et intellectibus sine quibus rectus Medicus esse non potest.

Aquit abubertb res in medicina expertas non potest quilibet homo intelligere alias attingere. Operari cum fiducia que in libris reperitur absque sapientia doctoris res est casualis. Complexio boni ingenii hominis: et opere medicine: et philosophice et cogitatiue preualet.

Quamplures doctorum libros legere: et secreta eorum inspicere nimium confert: quilibet enim philosophus aliquid habet sibi conueniens.

Sarchi tempus paruum est in cognitione herbe cuiuslibet et terre nascentibus: sed cognitis est utendum ex quibus copia haberi potest: et quas non es expertus dimittas.

Non sunt culpandi doctores antiqui: eo quod de rebus altioribus sunt locuti: et eorum facta dubitanda non sunt: et in his dubitandum non est: quamuis causam factorum non ostendissent. Res enim rationabiles sunt: de quibus locuti sunt philosophi. hominis natura non euadit errorem maxime in rebus difficilibus.

Qui ex scientia naturali et philosophia adiutus non fuerit nec ex canonibus logice: neque ex orizontibus sapientie et in rebus secularibus delectatur: dubitabilis debet esse et maxime medicine.

Cum galienus et aristoteles fortasse in re aliqua non concordarent: graue est eorum rationem concordare.

Bestie frigide et humide cibus earum calide et humide res.

Temperantia rationum earum est cognitio.

Uirtus spiritualis: et uirtus naturalis: et uirtus animalis non solum in libro

nostro sunt diuerse: uerum etiam in intelectu.

Quemadmodum in moribus ꝛ faciebus ꝛ membris homines patribus ꝛ auis similes existunt: ita etiam in antiquis egritudinibus hereditantur: ꝛ maxime in egritudinibus membrorum principalium.

Cum infirmuꝫ curaueris cum rebus ad temperantiam pertinentibus cura: ꝛ cū odoriferis cum potueris cum his egritudinē uince: ꝛ hoc est rationale.

Ligamentum spiritus cum corpore cum est debile caueas ne cum fortibuꝫ medicinis destruas.

Spiritus uitalis fit destructio: cum propter egritudinem membrorum non principalium medicina quis utitur uiolenta principalia membra resoluens: ꝛ complexionem eorum destruens.

Cibaria confortantia odoris boni temperātie affinia uirtutem naturalem conseruāt ꝛ membra principalia confortant.

Cum egrum curas uirtutem naturalem uigora: si enim uigoraueris eam: egritudines quam plures remoues. Si uero eam dimiseris medicinis quibus uteris eam destruis.

Epar ꝛ stomachus medicinas cicius rapiunt naturaliter ꝛ cibaria: ꝛ si res incōuenientes recipiunt patiuntur.

Dolores acuti calidi uelocius frigidis corrumpunt propter caloris acumen.

Quando corpus egritudine inuasum fuerit non curetur cum rebus principalia membra ledentibus: ꝛ si feceris nocebis: cum conferre te credis.

Spiritus naturam corporis sequitur maxime: si dolor in membro extiterit principali ꝛ cum dolor hoc modo fuerit confortetur spiritus cum odoribus: ꝛ in similibus placentibus: ꝛ hec cura corpori existit conueniens.

Medicinas accipere que caput purgant post cenam cum dormiendi est tempus magis est conueniens: ab extremitatibus enim melius seducuntur humores: hac enim hora interiora membra uigent fortitudine.

Cum egritudo a complexione corporis diuersa fuerit: curari non debet cum rebꝰ complexioni contrariis: maxime si egritudo fuerit in membro principali.

Egritudo complexioni membri similis: cum medicina complexioni affini curari non debet: sed potius dimittas quam cures egritudinem cum mala complexione affini ut dictum est: melius est enim cum medicina membro contraria eam curare.

Ethicos cum rebus uigorantibus complexionem cura: et a temperantia non remotis.

Cum paucioribus medicinis humorem a corpore remouerē que cognite sunt: sanꝰ est quam si cum pluribus eum expellas.

Singulares medicine non sunt dubitabiles: ꝛ conuenire in uirtutibus dubitatur. Antiqui enim philosophi in compositis medicinis dubitabant ut singulariuꝫ uirtutes cognoscerent.

Cum his medicinis debemus operari quorum uirtutes scimus: et quarum operationes erga naturam nouimus manifeste.

Utile est medico nouisse quod humores hyeme ꝛ uere plures sunt: ꝛ estate ꝛ autumno pauciores: facilius ergo estate ꝛ autumpno curantur egritudines.

Egritudinem in membro radicali existere signum est dissolutionis corporis.

Cum humoris innaturalis effectum reprimis ꝛ naturam quietari dimittis conuenientius operaris: quam si cum uomitu ꝛ fluxu eum curaueris. Omnis enim fluxus uel uomitus debilitatem nature operatur. Et hoc consilium tibi affectuose presto: cum humorem membrum principale noueris non petere. Quod si fortasse membrum principale petierit omnino apostemata debilium ex egritudine non repercutiantur: membra enim principalia eorum sunt debilia: ꝛ hec eorum membra debent pocius confortari quaꝫ putredinem apostematis recipere ꝛ quāto amplius apostema creuerit tanto eorꝫ membra interiora iuuantur.

Homines in sexto uel in quinto climate de

gentes debent flebotomari pocius quã qui in primo uel in septimo existunt et minus omniũ qui sunt in secundo tertio ꝛ quarto climate.

Cum apostema in membro fuerit principali ꝛ dolorem egrotans non senserit: nec defectũ pretendit ꝛ maxime si ex sanguie uel colera fuerit generatum ꝛ raro huius modi egritudines contingunt.

Frigida ꝛ humida corpora naturaliter parum ex cibis pro nutrimento recipiunt: et quod expellunt est nimis. sed eorum fluentia sunt humilia ꝛ egritudines quas habent difficiles ad curandum.

Corpora calida et sicca ex cibariis multum recipiunt pro nutrimento: ꝛ multum appetunt: quorum uentres sunt sicci ꝛ eoꝝ cure habiliores sunt.

Ethici ex egritudinibus cum cibaria necessaria desiderant medicus ea sic preparet ut eorum malitia auferatur ꝛ appetenti ea ministret.

Doctores medicine egros debent consolari etiam si signa mortis perpendant. Corpora enim hominum spiritus eorum sequuntur.

Spiritus doctoris humilis adiutorium prestat egris ꝛ eius contrarius non prestat.

Layci ꝛ qui ex ingenio proprio uolunt iudicare ꝛ iuuenes qui res non sunt experti interfectores existunt.

Decet magistrum egrum interrogare: ut causam egritudinis interiorem cognoscat: ꝛ postmodum rationale iudiciũ prestare poterit.

Decet magistrum ut ab aliis urinarum indicia inquirat: et eorum uerba audiet nec uerecundetur egrotũ interrogare: ut sciat an egritudo inter uenas: uel extra existat uel consistat.

Dubitabilis est doctor qui iudicat facile.

Decet magistrum egri consuetudinem cognoscere in sanitate: ut cum res ipsi placentes in sanitate cognouerit ei promittat cum ab egritudine ereptus fuerit.

Decet paraliticos ut corporibus suis naturalem caliditatem approximent cuꝫ cale factura que non est ignis caliditate: sed sic interruptarum uirginum.

Homines a consuetudinibus remouere si usus fuerit antiquus dubitabile est.

Quemadmodum res crude absque ignis caliditate ꝛ humiditate non possunt excoqui sic nec digestio celebratur absque humiditate ꝛ innato calore.

Nobis est conueniens ut homines in egritudinis principio reliquamus. Sed si ualde distemperati naturam uiolauerint eos omnino remoueamus.

Decet magistrum cum humores contentos inter uenas purgare uoluerit ut medicamen cibo simile faciat: ut ad uenas accedat ꝛ a natura non existat diuersa: quod si fecerit humores ad purgandũ aptos faciet ꝛ si uim fortasse inferre uoluerit naturam uariat.

Cum humorem purgare uolueris materiam prepares cum medicinis et cibariis placentibus que cibaria naturam medicine habeant.

Non est opus balnei calidꝰ infrigidare aut frigidꝰ calefacere: sed soluere ꝛ humectare ꝛ abstergere ꝛ sudare.

Potius opere hir iace indigemus cum sudorem prouocare uolumus: ꝛ expellere et soluere tam in iuuenibus quaꝫ in antiquis ꝛ debilibus ab egritudine ꝛ maxime in iuuenibus fortis uere.

Facilius egritudines exteriores uere ꝛ estate curantur ꝛ econtra interiores.

Non sunt pauciores egritudines que cum defectu accidunt: quam que cuꝫ superfluitate procedunt: ꝛ in hoc magistroruꝫ error existit quia statim ad purganduꝫ sunt prompti.

Cui medicinaꝫ ministraueris: ꝛ humorem purgaueris: cessa purgatione non utaris: corpori enim nocebis ꝛ egritudines generabis.

Ossa ꝛ membra hominum frigide complexionis ꝛ humide sunt debilia ꝛ egritudinibus preparantur: sed facilius curam recipiunt.

Apostema puerorum expellas exterius. Caueas enim ne materia interius dissoluatur: et maxime si materiam a matre reduxit.

Contra usum egri in omni medicina proce dere non est conueniens sicut in die quo dam aeri frigido exponatur τ in die reli qua uento calido.

Egritudines calide in antiquis timorosio res sunt quam in iuuenibus et in eis fa cilius terminantur uel ad bonum uel ad malum. Nutrimenta enim que ex ciba riis suscipiunt frigiditati attinent et de his non est timor nisi propter innate ca liditatis debilitatem.

Egritudines frigide in antiquis cure diffi cilioris existunt. In iuuenibus econuer so faciliores.

Balnea τ medicine prosunt egritudinibus sibi contrarijs.

Homines qui cibarijs usi sunt τ debiles sunt post labores statim cibum sumant: et uirtuosi ante cibum laborent.

Qui cibarijs abstinet si laboret egrotat et hec egritudo est difficilis.

Paralitici et spasmati in primo secundo tertio quarto τ septimo climate non fi unt nisi ex deffectu caliditatis innate et propter remotionem temperantie. Uel fiunt huiusmodi propter superfluitatem frigoris: et ideo statim purgari non debent.

Cum a capite τ cerebro et extremitatibus purgare uolueris pillulas in quantitate magnas informa: τ post cenam ante som num ministra.

Cum humores in stomacho fuerint super flui medicinas redactas in puluerem mi nistra qui bene sit cribellatus.

Cum membra principalia debilia uel egra fuerint: et tu uis medicinam tribue re laxatiuam ante egritudinem cogno scas.

Cum humores ab intestinis remouere uo lueris in ieiunio medicinam ministra: et pillulas in forma minutas τ humidas τ precipe egro ut moueatur.

Sit cum pillulas formatas inueneris nemi ni ministres nisi prius in aqua calida hu mectaueris.

Sit omnis medicina laxatiua omnino pur gat coleram cum qua caliditas innata et humiditas expelluntur.

Sit qui membra principalia habent debi lia a medicinis abstineant: τ preparen tur ut non sint uiolente sed temperamen to affines.

Sit ab egritudine conualescens abstineat labore secundum comparationem sue egritudinis: et cibarijs illis utatur quibus uti consueuit antequam infir maretur.

Decens est magistrum ut a cura propria nō recedat propter egritudinis diuturnita tem: nec a cura diei nec propter malum irrationale quod acciderit.

Egro erit conueniens: ut unum tantum me dicum elligat: error enim unius magnaꝫ infamiam non inducit. Et unius utilitas quam in egro efficit colaudatur.

Qui quamplures medicorum interrogaue rit in errorem incidit plurimorum.

Sit apostemata antiquorum non repercu tiantur. principalia enim eorum mem bra sunt debilia ad recipiendum τ cor rumpitur corpus si propterea male mate rie diminuatur natura.

Sit quamuis superfluos humores pueri τ senes habeant: non propter hoc purga ri debent uiolenta medicina: debiles .n. naturas habent.

Sit ad eam temperantiam egrum reducas si potes quam ante egritudinem habere consueuerat.

Sit nisi sanitatem alicuius agnoueris reces sum a sua temperantia non cognosces: nec egrum perfecte curabis.

Sit multotiens complexiones ad tempera mentum credes reduci que ad egritudi nes potius reducuntur.

Sit habitudinem bonam cum forti uirtute si superflue soluere nolueris errabis: sed cum laxatiuis temperate procedes.

Sit si recte operari uolueris unicuiqꝫ egri tudini curam propriam exhibeas ꝫm in genium tuum τ intellectum.

Sit quod sub spera lune continetur secundū uniuscuiusque gradum lune diuersitatem minuitur uel augetur uel aliqua mutatio ne mutatur nunquam in eodem statu po terit permanere.

Sit nichil enim extra naturam existit faci

le. Si enim paruam egritudinem non consideraueris fortassis cura erit difficilima & si uiolentā egritudinem recte perpenderis: forte magis cure approximabit quam faciat parua.

Ait in egritudinibus non facile proferas iudicium. Non urinam habeas nisi postquam egrum uideris in presenti: & eum interrogaueris & examinaueris.

Ait in omni egritudine egrum interroga.

Ait omnis febris naturam excedit: sed in quibusdam fortiores sunt & hoc secundū humorum diuersitates: & ideo febris colerica a frigiditate superflua non debet extingui neque febris quartana cum frigiditate humectante curetur.

Ait cui apostema ad similitudinem rose que malo granato est similis natum fuerit: & corpus ob hoc infirmum fuerit si exterius ad albedinem decliue fuerit nunquam membrum ad temper antiam reducetur.

Ait dolores antiquos & debilitates membrorum filii a parentibus contrahere consueuerunt: sed fortasse in filiis uel diminuuntur uel augumentantur.

Ait qui egritudinem habet diuturnā & urina eius fuerit similis urine sanorū sanari non poterit.

Ait medici complexio temperata debet esse ut nec rebus secularibus intendat omnino nec expers eorum existat.

Ait cum tempus corruptum fuerit propter ueris humiditatem superfluam in estate procedunt egritudines.s.secundum serpiginem & uertiginem scabiem & apostemata: sed has euadit egritudines qui fluxū uentris habuerit.

Qui patres & auos in sua generatione. Iuuenes habuerunt membra principalia fortia sunt et eorū uirtutes maiores sunt. Et his contrariis contraria accidunt. Si tamen patres & aui senes fuerint humiliores habent memoriam & rationes.

Ait hominibus calide & humide complexionis cito tristitie eueniunt: & sic ī eis citius egritudines generantur.

Ait qui odorabilia & res saporiferas abhorruerint habent humorum copiā putridorum.

In omni ciuitate in qua nubes esse consueuerunt capita in eis degentium a uaporibus replentur: ex quibus uaporibus catarrus consueuit generari: et in hoc tempore extremitates corrumpuntur.

Ait cum in ciuitate in estate fuerit nebula in eo anno febres putride generantur.

Ait ieiunium in estate corpus affligit et colorem palidum efficit & melancoliam generat & uisus debilitatem.

Ait sanguis qui cito ad aerem coagulatur terrenis humoribus est contrarius.

Ait in omni ciuitate a mari elongata homines degentes habent corpora sicciora.

Ait in omni terrarum genere corpora quatuor non sunt eadem cum sol existit in aliqua quarta circuli signorum. Cum enim frigus euenerit in quibusdam terris. In aliis estas eueniet. Et cum in quibusdam uer euenerit accidit in alia autumnus: & quemadmodū mutantur tempora: ita et mores et uoluntates diuerse sunt. sicut cum hi qui in egipto sunt habent uer: illi qui in india uersantur habent estatem. Et illi qui morantur sub equatore diei duas habent hyemes & duo uera & duas caliditates & duas autumnos in omni anno: et ideo arbores eorum plures: et eorum fructus meliores et acutiores similiter.

Ait mulieres que multum dormire consueuerunt supra dextrum latus uix pariunt feminam.

Si aliquis cum muliere cobeat retro filii qui nascentur si masculi sint fient sodomite. Si uero femine erunt ualde in cōtinentes.

Ait dubitabilis esse debet qui a societate feminarum omnino non est remotus & in iuuenum societate gaudet.

Ait non accidunt egritudines minus ex humorum paucitate quam ex ipsorum habundantia et in hoc est error doctorum qui statim farancus uti uolunt.

Omnia uenenosa ⁊ maxime ea que uapo rosa sunt capiti cerebroque sunt no cіua.

Et quemadmodum plante in longitudine latitudine et altitudine diuersificantur: ita uoluntates ⁊ complexiones uariant.

Et diuersitas latitudinis terrarum comple xiones ⁊ mores ⁊ cibaria diuersificant usquequaque plura fiunt a secundo in quartum et a quarto in secundum gra dum. Et he diuersitates similes sunt diuersitatibus que in his acciderunt ex eo quod quedam sunt ortulane et que dam montane et quedam nascuntur in campis.

Et decet medicum unguenta diuersificare secundum diuersitatem naturarum mem brorum.

Et melancolia in iuuenibus cum medicina forti purgari non debet: pauca enim est in eorum corporibus ⁊ non bene adhe ret corpori. Et ob hoc si medicina uio lenta fuerit de principali natura mēbro rum totum remouet.

Et bonum est doctori quod cū dietis egri tudinē remoueat uel curet si potest ⁊ nō cum medicinis.

Et si cum longo tempore quis medicina uel uomitu usus non fuerit ⁊ uomitus uel fluxus uentris ei acciderit non est pri uandus.

Et parum diuersificantur uentositates in corporibus que absque uapore sunt.

Et urine que sanitatem ostendunt in homi nibus non commutantur in substantiis ⁊ coloribus.

Et complexionum caliditas in sanitate in hominibus non est eadem in eorum mul titudine in corporibus.

Et qui in salute urinam egri non respicit in egritudine eam perfecte cognoscere non potest: neq̄ ipsius cura ueritati pror sus erat affinis.

Et debiles ex egritudine ⁊ ex iuuenibus et antiquis cum habuerint apostemata non repercutiantur cum medicinis uio lentis et fortibus sed cum medicinis tē peratis.

Et cum ratione hominis fuerit perturba tio cum frigore ⁊ siccitate utaris calidis rebus ⁊ humidis odoriferis que cerebrū per eius attractionem alterant interius: exterius ligetur patiens ne iuncturas ex terius exponat aeri.

Antiqui qui ex consuetudine quater in an no minui consueuerunt cum ad quadra ginta annos ter in anno minuantur: et cum ad sexaginta bis: ⁊ cum ad septua ginta semel: et post hec a minutione caueat.

Et senes post annos sexaginta a minutio ne capitalis uene caueant neque qui sep tuagintaquinque annos habent minuan tur a uena basilica.

Et qui in iuuentute multotiens minui con sueuerunt cum ad sexaginta annos per ueniunt infrigidantur: et paralisi capi untur et maxime qui frigidi et humidi sunt natura.

Et principaliū membrorum uirtutem ma xime custodias: humiditates enim reci piunt ⁊ non expelluntur de facili ⁊ iter̄ uirtus minuitur.

Et usus magistrorum in causis egritudi num et in eorum experimentis laudan dus est.

Libri amphorismorum rasis finis.

Liber Galieni de medicinis experimen tatis: qui intitulatur medicinalis experimē tatio Galieni.

d

Dixit Galien⁹ q̄d ignis qui descendit super al tare combussit libros regis et cum his com bussit plurimos libros medicorum. Mihi autem combussit pluri mos quorum quedam erant completi ⁊ qui dam quos inceperā componere: ⁊ nō doleo tm̄ de illis libris quantum de quibusdā ex

perimentis medicine que erant ibi que ac quisiueram a quibusdam bonis uiris experimentatoribus: et forte pro uno experimento acquisito dabam multa bona experimenta: et forte dabam pecuniam. Et scio uirum qui curabat lapidem in uesica perfecta curatione: et hoc in multis hominibus et lucrabatur infinitam pecuniam per hoc et solummodo per hanc medicinam acquisiuerat sibi nomen optimi philosophi.

Et scio alium qui curabat ficum in ano perfecte: et lucrabatur infinitam pecuniam: et aliquam docere nolebat. Et alius qui curabat morsum rabidi canis perfecte et alii medici uocabant balzar illa morte liberantis. Et forte medicus ex istis medicinis poterit congregare multa. Et bonus medicus ex grecis cum sciuit aliquem hominem scire aliquod experimentum tribuit illi magnam pecuniam ut ab eo doceretur.

Et thamor de regione ethica qui fuit ex bonis experimentatoribus habebat bona experimenta experta qui sic custodiebat quod nullus in tempore uite sue potuit ea habere qui postquam mortuus fuit peruenire ille medicine in manus satyriorum qui per ea mirabilia faciebant et exaltauit eis nomen inter medicos. Et nos non laudamus hominem ignorantem artem ut habeat has quoniam uelet prodesse forte: et nocebit. Et propter hoc oportet hominem scire complexiones causas et accidētia: et cognoscat egritudines et earum accidentia quoniam qui ignorat. Hic non est securus quin noceat plurimum: et pro maiori parte. Et si aliquando proderit etiam hoc erit ex fortuna. Et fortassis est aliqua medicina composita ex magna scientia experti uiri aut ad fluxum uentris aut dol. pa. aut ad quiescere dum dol. aut ad alias egritudines et quoniam utebatur illa medicina non in suo tempore nec in suo loco: ideo nocebat uerbigratia ponatur quod aliquis patiatur fluxuz uentris iam diu donec corpus extenuetur: aut ex humore: qui alterat cibum: aut ex frigore interiorum membrorum. Ita quod non attrahant cibum: aut ex debilitate cistis fellis in attrahendo coleram. Ita quod colera impellitur ad intestina et facit fluxum: aut ex apostemate duro ex genere apostematum melencolicorum in concauitate epatis quod cibus non potest pronosticare ad ipsum sed ad intestinum facit fluxum uentris uideret tibi quod cura sit eadem tamen non est. Ego dico quod medicina experta laudata quando usa fuerit ubi non conuenit cum eo quod non prodest etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altarium qui curant cura cum cibis sacrificiorum quoniam error .ue lociter corrigitur error autem medicine forte ducit ad mortem quare oportet ut medicus consideret complexiones et curationes consideratione perfecta. Et ego composui hunc librum ex medicinis expertis quas ego probaui: et acquisiui ex bonis medicis et magne solicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum est iam medicis sicut yere: et opiate: et tiriacha: et alie medicine que sunt note omnibus hominibus: et nō ponam in eo nisi medicinas quas fere omnes ignorant hunc etiam librum fecimus unius tractatus. Et si accidat postea quod experiar aliquas medicinas scribam eas.

Prima cōpositio ex eis est: medicina quam accepi ab afloia experimentatore qui erat de ciuitate teriste et curabat cum ipsa febres antiquas et ualet ad complexionem corruptam: et aperit uenas: et prouocat urinam: et adiuuat digestionem cuius confectio. Recipe ceruia. ℥. i. spice nardi. ℥. ii. anamomi spatane acori: ana xiloaloes. ℥. ß. masticis. ℥. i. anisi. ℥. ii. ℥. i. et. ß. conficiatur cum melle optimo et accipe ex eo auellane unius cum aqua calida et qui est frigide complexionis et habet opilationes cum aqua decoctionis feniculi anisi. Et iste astoraci quando aliquis patiebat dol. acute coquebat canis et dabat aquā ad bibenō et curabatur et nos experti sumus multotiens et inuenimus esse uerum: et experti fuimus medicinam primam sepe: et non fefellit qui nominati sunt in laude et testificatur hec ratio ex compositione eius quoniam cerua cōtra operatur putrefactionem illi aūt ē bon⁹ odor quare confert mēbris iteriorib⁹ et subtiliat et habet bonum odorē et stipticitatem et operatio eius est quasi propinqua operationi cina. sed cina. est subtilius: lignum aloes cuz eo ualet ad hoc quod ualet cina.

Curatio feb. antiq.

est utilissimum ad frigiditatem stomachi pur gatur id quod est in hu. per mirabilem eius proprietatem. τ mastix dol' sedat in stoma cho τ digerit hu. anisum prouocat urinam τ aperit opil': est enim ualde subtile: τ lique facit superfluitates τ facit dol' quiescere. spatana aperit opilationes τ ualet spleni utilitate magna. gariofili desiccant humidi tates extraneas: τ confortant membra inte riora: τ dabat ad potandum aquam in qua decocta fuerit radix yris patientibus opila tionem crossam: τ prima hora curabantur. Et ego dico quod decoctio absin. τ cētaur. iiij. faciunt sed radix yris fortius operatur. Alia medicina quam accepi ab aduena egi ptiaco qua curabat opilationes antiquas τ febres: τ asma antiquum: τ non est ei simi lis: τ iste aduena acceperat ab uno medico rum actiones altaru. Contra rad yris ari stol'. lon. τ ro. succi marubij: ana. ʒ. iiij. suci gasith: mirre camedreos τ camphore. ana. ʒ. i. spice nardi spatane. ʒ. ii. ℥. balsami ligni al'. ana. ʒ. ii. τ. S. puluerizentur τ conficiātur cum succo mell' qui fit: s'm hunc modum. ℞ gar' cina. carda: mirre ana. ʒ. i. S. liga has medicinas in panno raro: τ pone in una. lb aque die τ nocte: deinde cola colature ad misce. lb. i. mellis boni: τ coque super pru nas sine fumo: τ flāma: τ coque donec fiat sirupus: postea confice cum eo alias medici nas τ serua: τ da ex eo in egritudinibus quas diximus in modū electuarij hoc el'cm est de egritudinibus melioribus medicinis quas uidimus. Et uidi hunc medicum cu rare multas egritudines per medicinas sim plices ex eis quas dabat. ʒ. ii. aristol'. ro. as matico: τ dabat decoctionem epith. epitī. co mita τ accipiebat. ℥. i. ex. eo: τ ponebat in aqua calida per noctem mane collabat et apponebat aqua. vi. ʒ. scam̄ usque ad octo. ʒ τ nos alij addimus agar'. ʒ. i. τ dabat ad bi bendum decoctionem agar' contra dol' capi tis. τ dabat amōn contra dolorem iunctura rum ex humore crosso τ sepe curabat taliter Ego autem semper soleo dare de suco ma rubij τ sticados mixtis cum aqua in qua de coctum fuerit marubiū uiride τ camedreos τ dabam asmatico: τ ex eo sanaui multos. Medicamen quod accepi ab aduena cui non est simile ualet epilensis ualet hanelo sis: τ tussientibus τ est expertissima ad epilē

siam. ℞. ysopi sicci yreos mirre piperis. iii τ lon. carda. sed in loco eius ponitur nastur. cam. ana. ʒ. ii. spice nardi costi ameos ana. ʒ. i. confice cum aqua in qua decoctum sit squinan: τ si uolueris quod purget cum mel le confice: τ da ex eo tm̄ a. ʒ. ii. usque ad. iii. ultimum est ad hoc. Et dicamus decoctio nes quas probauimus: τ lucrati sumus ab isto medico decoctio squinanti: τ grana bal sami quando biberit ex ea epilticus: τ qui habet hu. crossos cottidie confert ei. Aqua in qua decocta est assa quādo biberit tristās curabitur. Decoctio agarici quam si qs biberit qui habet dolorem antiquum capi tis sanabitur. Decoctio carui se. apii: prouocat urinam: τ mestrua fortiter: τ subti liat humores crossos. Decoctio cen taur: curat sciaticam. Decoctio corticis fistici confortat stomachum τ mundificat ca nales pulmonis τ epatis: Decoctio assari prouocat urinam: τ mestrua fortiter. Decoctio masticis confortat stomachum debilem ualde. Istas ergo decoctiones ac cepimus ab aduena egiptio expertas: τ probauimus eas: τ inuenimus esse ueras. Medicina quā accepi a quodam sene cu rat splenem durum. Et si positum fuerit su per scropbulas dissoluit. τ est sublime ualde. ℞. amōn. ʒ. quatuor dissoluat in suco camo. aut in suco aneti: aut in decoctione floris camo. τ misce cum eod rad. capparis confi ciantur τ da ad bibendū. ʒ. ii. cū decoctione carui. Medica. expertum quod ha bui τ accepi a quodam uiro experimentato re ualens ad splenem. ℞. scolop grana bal sami grana tamarisci rubee ana. ʒ. ii. confi ce cum melle: τ dentur ex eo. ʒ. iii. τ postea bibat acetum in quo cocta fuit spatana. i. scorus ita quod de spatana. ʒ. ii. mittantur iii. uni. ʒ. aque τ coque usque ad quatuor. ℥. Medi. quod accepi ab eo etiam τ ualet stomacho frigido prouocat urinam aperit opilationes τ est nimis forte. ℞. cinnamo mi. ʒ. i. folii corticis fistici cardamomi ab sinthij: gar'. squinanti: grana balsami ana. ʒ. ii. suci sticados se. feniculi: anisi assari: ana. ʒ. iii. mirre aristologie ro. rad. yris masticis ana. ʒ. i. confice cum melle bono τ sume. ʒ. ii cum aqua in qua decoctum sit assarum: τ se. feniculi. Al' medicamen quod recepi gar geo confortat membra. f. τ ualet spasmo: τ

sunt in corpore frigidissimum est: argumenta autem horum quod flegma quidem frigidissimum: si uolueris tangere flegma ꝛ coleram ꝛ sanguinem: flegma inuenies frigidissimum: existere ꝛ etiam uiscosum est: ꝛ uiolentia maxime ducitur: post coleram nigram: quecunque autem uiolentia ueniunt calidiora fiunt coacta a uiolentia attamē uero ꝛ ad hec omnia frigidum est flegma: uidetur a sui natura: quod yems replet corpus flegmate scies utiqꝫ hi homines spuunt screant flegmaticuꝫ: yeme ꝛ tumores albissimi fiunt maxime secundum hoc tempus ꝛ alie egritudines flegmatice: uere autem flegma quidem est fortissimum in corpore: ꝛ sanguis augetur: ꝛ frigora exeunt ꝛ aque superueniunt. Sanguis autem secundum hoc augetur ab ymbribus ꝛ calidis diebus ꝛ secundum naturam enim ipsorum hec sunt maxime annum humidum autem est ꝛ calidum: scies autem his homines uere ꝛ estate: occupantur maxime a dissenteriis ꝛ ex naribus sanguis fluit ipsis ꝛ calidissimi sunt ꝛ rubei estate uero sanguis potens est ad hec: ꝛ colera excitatur in corpore ꝛ discendit usque ad autumnum. In autumno autē sanguis modicus fit contrarius enim ipsius autūnus naturaliter fit. Colera autem estate continet corpus ꝛ autumno. Cognoscens autem his homines sponte hoc tempore coleram uomunt ꝛ in accessionibus medicinaꝝ colere purgantur. Manifestum autem ꝛ in febribus ꝛ in coloribus hominum: flegma autem estate infirmius est ipsum seipso: contrarium enim est tempus nature ipsius siccum namqꝫ est ꝛ calidum. Sanguis aūt in autumno fit minus in homine. Siccus enim est autumnus ꝛ infrigidare utiqꝫ incipit hominem. Nigra autem colera autumno multa est ꝛ fortissima. Quando autem yems aduenit colera infrigidata modica fit ꝛ flegma augetur iterum a multitudine eorumdem ꝛ a longitudine noctium habent: qui igitur hec omnia semp corpus hominis a tempore autem circum immittente quandoqꝫ quidem plura fiunt ipsis ipsa quādoqꝫ minora singula secundum partem ꝛ secundum naturam quemadmodum annus totus participat omnibus: ꝛ calidis ꝛ frigidis ꝛ siccis ꝛ humidis. Neqꝫ enim utique manet ullo tempore aliquid horum sine omnibus que sunt in hoc mundo. Sed si aliquis deficeret omnia periret: ab huiusmodi enim necessitate omnia constiterunt: ꝛ nutriuntur ad inuicem ita autem ꝛ siquidem ab homine deficiant ex his cognatis non utiqꝫ posset uiuere homo: dominatur enim in anno quandoqꝫ yems maxime: quandoque autem uer: quandoque uero estas: quandoque uero autumnus. Fit autem ꝛ in homine quandoque quidem dominatur flegma: quādoque autem sanguis quandoque uero colera. Primo quidem rubea deinde nigra dicta: testimonium autem manifestius si uolens eidem homini dare id farmacum ter in anno uomet tibi yeme quidem flegmatice: uere autem humidissime. Estate autem colerice: autumno nigerrime: debent igitur his ita se habentibus quecunqꝫ quideꝫ egritudinum yeme augentur: estate finire. Quecunqꝫ uero estate augentur yeme finire. Quecunque ipsarum in peryodo dierum non permittantur: peryodum auteꝫ dierum iterum dicemus. Quecunque autem uere superueniunt egritudines expectare ꝯuenit in autumno permutationem esse egritudinis. Quecunqꝫ uero autumnales egritudines harum permutationem necesse est esse. Quod autem secundum hec tempora excedit morbus scire oportet quod ānus ipse fit: ꝛ medicum sic oportet curans facere: ad egritudines: ut singula harum dominatur in corpore secundum quod tempus quod est secundum naturam ipsius. Maxime autem congruit scire ꝛ hoc cum illis quod egritudines ex repletione fiunt: has euacuatio sanat. Quecunque uero egritudines ab euacuatione fiunt: repletio sanat. Quecunque ab ocio egritudines generantur labor sanat. Uniuersaliter aūt scire oportet medicum.

Ypocratis de humana natura.

Finis.

Ypocratis de aere ⁊ aqua ⁊ regioni bus liber.

Quiſquis ad medicine ſtatum accedere curat neceſſe eſt prius anni tempora ⁊ que in eis generantur attentius requirat. Que quidē non ſolum: diſſimilia ad inuicem ſepe diſtare uidentur: uerum etiam ſingula ſe in ſe uariando ſibimet alterantur: in annis nā q3 ſua tempora in eorumdem complexioni bus ſuum temperamentum cuſtodientibus qui morbi naſcuntur non ab eiſdem degenerare: ſed ſimiles ⁊ concrepare uidētur. Econtra uero tempora intus ſe diſſonantia ⁊ a ſe aliena diſſolui que difficiles procreantur egritudies: yems itaque eſt frigida ⁊ humida. Eſtas uero calida ⁊ ſicca que utraque croſſantur ac decreſcit ſecundum magnitudinem eiuſdem complexionis ac paruitatem in tantum: ut neutra nature ſue familiare exiſtat tempus: quomodo enim eis temporibus que diuerſa ſunt accidere ſolet. Eſt etiam quando yems frigida eſt ſecundū humiditatē ſuam in ſua retinet qualitate. Eſt quando eſtas calidior: ⁊ ſiccior hec omnia contingunt quod a uentis tam calidis q̃ frigidis: ſiue uniuerſales ſiue locales ſint corpora mutantur: oportet autem te eſſe attentum circa uirtutes aquarum ut pote que diuerſe in pondere ⁊ ſapore ſint: de hac enim: qui bibunt eorum uentres calidi ac tumidi fiunt: corpora macra: cubiti ⁊ ſpatule tenues. Similiter facies quia magis caro in alio maximum carnis ad ſplenem confluere cogitur: unde malus ſanguis procuratur. Illam uero bibentes multa ſuperbabundant comeſtione exuries eni3 illis perſeuerat atque creſcit: ſitis quoque ſimiliter: ſuperiora uentrium cum media inflantur: cōtra propter fortibus catarticis utendum eſt illis hac egritudine: yeme ⁊ eſtate continentur accidit aqua illis citrina: ⁊ intereunt: eſtate uero diſſinteria: lyenteria longinqua: quartanna laborant qui morbi namque peruertunt ⁊ mutant: ⁊ in aquam cadunt citrinam pereunt. Iuuenes illorum pulmonis dolore aliiſque paſſionibus eorum mentes perturbantibus affliguntur. Senes acuta febre ⁊ ardenti: ⁊ ex uentrium conſtrictione accidente uexantur. Mulieribus apoſtemata de genere flegmatis albi innaſcuntur: neque concipiunt niſi cum magna difficultate atque moleſtia: corpora eorum: magna ⁊ croſſa: quanto plus intenduntur in longitudine tanto graciliora fiunt: menſtrua non iuſta ſecundum quod oportet profluunt. Pueris ernia .vi. uiri canſon: crurium uulneribus infeſtantur. Sed ⁊ qui huiuſmodi nature ſunt eis impoſibile eſt uitam extendi. Sed intempeſtiua ſenecta prerapiuntur. Mulieres ſibi grauidō uidentur: cum uero partus aduenerit uteri fetus innanes tumore relaxantur: huiuſmodi paſſione decepta matrix quecunque aqua citrine coadunatione intumerit laborat. Ad hanc itaque quam prediximus aquam pertinens eſt ⁊ ea que a calida terra ſurgit: aut a ferro metallo: uel ere ſiue argento: uel auro: uel ſulphure: aut allumine: uel pice: uel nitro: quas omnes ab ingenti conſtat exire calore: hec aquarum uel terrarum generi nulla omnino ſpecies iuuatura uel ſalubris: ſed dure omnes habentur atque bibentibus ſtranguriam nimiamque important ſolutionem. Uerum ea que in altis locis aqua que ſiue puluerulentis ſurgit montibus: uel aliarum optima ⁊ ſaluberrima ſaporata calida: neque multa uini comeſtione indigens eſt: yeme calida: eſtate frigida: ſimiliter queque ⁊ ille quia a profundiuſculo exurgunt forte quarum etiam melior eſt que ab ortu ſolis ⁊ maxime eſtiuo tempore decurrit alba perſpicua atque proculdubio odorifera eſt. Que uero eſt lenta ⁊ grauis currere: ea ſicca atque bibentibus niſi opus fuerit minime eſt iuuatiua quibuſdam enim uiris naturis ⁊ egritudinibus profutura uidetur. Deprehendimus hoc ex lapidibus qui in pueris naſcuntur ſed proptera que urina clara ⁊ ſubtilis eſt emittunt: quod uero croſſum turbidius remanet: ⁊ lapis efficitur: lac etiam ſi malu3 eſt lapidis in ueſica latentis facit. Maxime autem ſi

calidissimuꝫ coleribus rubeis pertinens est: uentrem enim ⁊ uesicam calefacit ⁊ urinam incendit: ⁊ lapides facit: quapropter huius modi infantibus uinum subtile bibere iuuat quod nec uenas scindit nec excoriando disrumpit. Mulieribus autem non crescit lapis quia ea quibus mingunt loca parua sunt larga lata nec fortiter fricant uel scalpunt ea: nec tractando manibus cum illis sicut masculi ludunt: neque enim ad eorum ora que intra uuluam latent longius remota tangere possunt. Ceterum masculi mictorium in summo est uirge. In feminis uero largius est os uesice.

De temporibus uero expedit contemplationem tuam: adhibeas ut anni habitudo salutifera sit uidelicet aut egrota cognoscas Si enim ortus stellarum prout debet fuerit ⁊ occasus: in autumno aque multe. Yems moderata ⁊ in fine uero non ualde tranquilla nec superhabundans tempus in frigido. In yeme uero pauce: neque serenum: neqꝫ frigidum plus opportuno. Uere quoque ⁊ estate aquarum contemperantia annum sanum atque salubrium necesse est esse. Si uero signa syderum in ortu ⁊ occasu non fuerint oportuna: yems uero sicca ⁊ borealis Uer autem pluuiosum: ⁊ australem febres ⁊ cacentia: atque lyenteria in estate necesse est uenire quia uidelicet intrans autumnus uel estas terram uernalis pluuie: non in etate insulam inuenit sic quoque austrinum necesse fuerit propterea quia terra infusa sit ⁊ a solis ardore calida: uentres igitur graues molles humidi: unde ⁊ multa egestione habundant. Cerebra autem tenera fiunt: in hac itaque qualitate. Dum aer habetur mordet carnem ⁊ corpus: acutissime febres tunc ingruunt uel irruunt ⁊ maxime his qui flegmatici sunt. Lienteria uero mulieribus ⁊ quibuscunque uiris naturalis complexio humida est. Si autem caniculare tempus pluuialis fuerit multum ⁊ yemale uentique super ianuas irruunt morbi extinguutur atque autumnus speratur salubris.

Alioquin pueri ⁊ mulieres commoriuntur sed ⁊ senum pauci quorum qui euadunt in quartanam febrem: a quartana uero in aquam citrinam deueniunt. Quod si e contra yems austrina nimisque pluuiosa fuerit. Uer autem siccum ⁊ boreum: mulieres pregnantes i uere abortiunt si tunc eis tempus pariendi fuerit. Si quoque fetus emiserit anichilatos atque defectos emittunt qui autem continuo mouentur: aut uiuunt semper anichilati atque defecti: hominum lyenteria: oculorumqꝫ dolorem.

Alii catarrum de capite in auriculam paciuntur: sed delicatis ⁊ mulieribus lienteriaꝫ: indelicatis namque a capite in uentreꝫ descendit. His autem qui colerici sunt fumus ascendit ad cerebrum ⁊ circumtegit illud. Mulieres eorum semper egrote multifluis menstruis: redundant nunquam pinguescunt uel pigrescunt que uidelicet non illis naturaliter sed ex morbo contingit: sed cum concipitur plurime aborciunt nati uero eorum plurium spasmo anhelitu: morboque ylleos afficiuntur. Hunc autem locum uiri in habitantes colerici lienteria uel dissenteria ephydimon idest febris longa ⁊ uentus ac emorroys affligit: pleuresis uero aut peripleumonia: aut causon: morbus uero acutus propterea qui uentres liquidos habent oculi eorum cacetia infestantur nec tamen fortilis longa nisi quando super illos uniuersalis accidit morbus moto uidelicet austro aeremque mutante eorum capita nebula fumo implente.

Et sciendum qui ad quadraginta: uel quinquaginta annos in eos a capite reuma ipsique in epylensim cadunt que cui aduenerit totum corpus possidebit: ⁊ maxime si caput subito calore ⁊ frigore percuciatur: quisquis uero locus frigidorum uentorum locis oppositus est siue ortui pertinens siue occasui illi uenti sui locales uenti sunt calidis autem obtegitur: aque itaque sue sicce graues digeri plurimum dulces sunt: habitatores duri ⁊ fortes sed eorum crura gracilibus totisque sunt pertinentia: uentrium inferiora habent durissima: superiora uero leuia mollia atque currentia plurimumque de colera non de flegmate capite sana durissima: sed ⁊ ipsi plurimi rumpuntur: unde ⁊ ernia honerantur plurimum uero in pleuresim mor

bosque acutos necesse est incidant quia uen tre constricti sunt sicque ex quocunque mor bo in empima ducuntur eius rei causa est te tanus corporis τ constipatio uentris i qui bus etiam uene rumpuntur ex frigiditate sue aque multum comedunt nec multum bi bunt quia utrisq3 sufficere nequeunt nō illis cacecbia facilis euenit: sed si euenerit oculi concrepantur. Juuenes eorum cu3 ad annorum triginta etatem peruenerint mul tum sanguinis per nares fluxum: que mul tum patiuntur nonnulli in epilensiā cadunt si tamen ceciderint fortissima est aliis diuti us uiuunt quia quecunque exeunt super cor pora eoru3 non infunduntur non dolent ba bitus radix in alio animique minime mode sti sunt quicunque in alio qui utiq3 locales morbi nunquam in buiusmodi morbi loci in colis adueniunt nisi quando uniuersales af fuerint mulieres ibidem steriles ex frigidi tate: aque τ siccitate cum tanta digestione: neque eni3 menstrua illis pro oportuno sed parua cum mala aduenerint que cum conce perint difficiles ex malignitate aque partu riunt: neque enim plurimo abortiunt que autem pariunt filios lac babere nequeunt: sed boc propter coagulon ac frigiditatem a que τ asperitatem spasmus quoque accidit illis: dolor quoque pulmonis atque consum ptio quod grece epilentos nominatur τ ma xime in parturiendo: τ ex eiusdem partus difficultate aqua in alio quia uidelicet ner ui τ uene que in pulmone sunt disrumpun tur: pueri earum τ puelle ex aqua citrina la borant pueri quidem in testiculis: sed cum adoleuerint euanescit ac dissoluitur pueri tā dem poliuntur.

d Euentis calidis τ frigidis cū urbi bus que in eis site sunt eadem inten tionem continentur. Itaque de omni urbe quecunque est inter estiuum ortum τ yema lem sita.

q Uecunque bec contra composita sic accipere omnis urbis quod in ortu solis posita securior est quam que in septem trione est r̄ in calidi uenti flatu sedet: in illa enim calor τ frigus minora τ licciora. Morbus quoque minor τ leuior: necnon τ aqua aut secundum solis est ortum clara leuis τ bumida nempe aer ibi nunquam crossus babent quia nimirum a solis presen tia probibetur quod ex boc datur intelligi quia bumidum ac mane crossior despissare reperitur in alio quia aer bumidior in ma ne crossior τ spissior reperitur ea uero que oposita est in solis ocursu uel ocasu: bumidi tatem semper babet aeris. Habitantium facies pulcre ac leues colores splēdidi per lucentes nisi bis quolibet aliud accidens ob sistat. Masculorum uoces sunt clare τ acute bi uero facile nascuntur nec tempe rantur gramina nascentia loci meliora aliis atque salubria. Aque salsugini perti nentes male sunt ac nociue: aque fontium secundum ortum solis existentium omnium sunt meliores secundo uero omnium eorum que inter estiualem τ yemalem ortum sunt quorum etiam meliores sunt orientis ortu pertinentis. Postea uero que inter occa sum estiualem τ yemalem: sed barum omni um peiores meridiane sunt inter yemalem ortum: τ yemalem occasum existentium ille que in septemtrionis parte: sunt aliis melio res. Quarum illas que currunt quis quis sanus fuerit τ fortis bibere sine timo re pōt quod quibus nimirum sicut egrotan ti bibere opus fuerit illa que sue egritudini conueniat est elligenda quod si ita fecerit non deuiat a salute: uentrem durum ba bentem aqua saporitate uisu clara iuuat. Mollem uero unctuosum atque fleg maticum dura ac tarda digeri atque salsa: omnis aqua cito diggeri uentrem facit molem τ bumidum: tarda autem τ du ra calefacit atque stringit: Praue autem intelligunt palamque delinquunt: qui per aquam salsam uentrem molire ex sue semi

ne paruitate extimant: illa enim contra so lutionem est que dura est tarde digeritur: uentrem desiccat: postquam humide red dat. Aque pluuiales leues saporate ac lucidissime sunt primo namque sol ab a quis quod subtilius et leuius est attrahen do assumit quod inde deprehendimus: quia id quod graue et salsum fuerit in suo modo remanere uidemus: sed sol quod leuius et subtilius est non solum de fluminibus attra bit: sed etiam de maribus et quibuscunque locis humidis: humiditas namque in re bus humidis inuenitur necnon et in homi nibus quod humiditatis subtilius: ac leui us est a sole desiccari sic comprobatur: si quis enim sedeat ad solem opertus etiam uestimentis sudat equaliter. Si uero in umbra iequaliter quia est lõginquus a so le remotus: unde et aque pluuiales pu trent malumque odorem exalant: quia enim ex multis congregate sunt aquis: et ideo leuiores alius putrescere solent: ac mutari: cum autem sol accipit eas et in altum suspendit frigescunt et aeri commis centur turbidum uero suum: quod nigre dinem reddit seorsum in nube se iugun tur quod uero leuius est purgatur atque dulcescit. Quia a sole decoquitur sapori tam ac dulce efficitur. Hac ergo hu miditate sic a sole dispersa in aere atque sus pensa: sed etiam eam in unum coadunatam uenti ex diuersis partibus concurrentes collidant: dissoluens dissimiles corruit: et rursus maxime cum ea tracte: secundum quod oportet: fiunt quod uidelicet pluri mum nunquam fit nisi cum nubibus: gres a uentis in unum perfecte est coactus: at que aliis uentis precurrentibus intercep tus dispergitur: et item cum subsequens nu bes illam autem premittit: et humiditas ca dit. Cum nubibus grossis nigrescentibus spissis: atque granatis: obuiam uenti ueni entes confligendo comprimunt. Humi ditas sicque ac pluuia crebra descendit: He itaque omnes aque putribiles sunt: sed non debet habere odorem: quia si con

tingit odor: bibentes brancosi fiunt: at que tussis: uocisque substinere grauitatem. He aque si coquentur nihil prodest. Aqua uero glacialis atque niualis: om nis mala est. postquam semel fuerint con gellate nunquam in pristinam conuertun tur naturam: quicquid enim aque sapori tum est: et leue clarumque fuerit: ac pu rum. id trontgelua ueniente accessit: quod uero turbidum permanserit: quod sic pote ris probare: si enim aquam in uase ad mensuram positam sub celo congellari di miseris: cumque congellata fuerit in solle: uel quolibet alio calido loco liquefacta ea dem remetieris mensura: multo minus inuenies esse. Similiter autem de gellu et niue: ex quibus nimirum omnibus signatur: quod solla que subtilitatem ac le uitatem accipit et dispergit: gellu super eam nihil põt grossum uero non dissoluitur allio de loco suo remouetur. Omnis aqua de niue peior est omnibus a qua mul tiplicatur bibentibus stranguria: et in uesi ca petra: atque in sub renalibus dolorem et in cossis et erniam in testiculis gingnit: et maxime ea que de magnis fluminibus allio rum lacuum stantia recipientibus: uel ex multis et diuersis riuis fluentibus: similiter et ea que de altis locis currunt: non enim omnes similes sunt: est enim saporita: et dul cis et salsa yemalis: et que de calidis currit locis. harum ergo cum allie alliis commis centur non uincit fortior modo minor se cundum uentos. Hec enim septemtrionali confortatur uento. illa uero meridiano: que quidem si in uase moram fecerit: fecem quoqz necesse est ut faciat: et arenam: biben tes aũt huiusmõi quas diximus morbi effici untur. Quibus uero uenter mollis est. et leuis: neque uesica multum calida: neque in collo iuncta: et sine difficultate mingunt neque quicquid turbidi in uesica relin quunt: et quorum uesica inferiora habet calidissima: necesse est: ut collum habeat tortum: quia ergo illam in calore naturã ex cessit: eius inde collũ intumescit quapropter

ꝛ urina non egreditur : ſed in inferioribus retenta comburitur. Quod itaque leue et ſubtile mictum emittitur : quod turbidum et croſſum eſt congellatur. Sed conglutinatio illa primo quidem anno fit parua. poſtea uero caput augumentum cumque habundantius mingunt : quodque groſſum in ueſica retinetur. et ſic in ueſica in lapide conuertitur. Cum ergo mingere uolunt. in os ueſice. lapis deſcendens obſtruitur : et urine refragatur : tunc uero dolor augumentatur : quamobrem iuuemini pruunt. Unde ꝛ ipſa ſcalpunt : ꝛ excoriant eas : cauſam illam ibidem eſſe putantes : uis autem huius rei uaria eſt. Si quis uero ignotam ſibi adeat urbem : illius ſitum inquirat : oportet quomodo uidelicet : erga uentos. ꝛ ortum ſolis poſita habeatur : non eni in omnibus equaliter eſt ſeptemtrionalis : namque contra meridianam eſt : atque ſitus orientalis non ſicut occidentalis eſt.

Etiam maximum eſt ſtudium adhibendum bonitati aquarum uel malignitati earum. Si paludeſtris uidelicet aut ſtagnea aut mollis aut groſſa aut ne ab orientum locis decurrat : ſiue petroſſa ſiue ſalſa ſit : aut digeri dura. Sed nec in terris negligentiam habeat : ſi ſicca ſit ꝛ inaquoſa uel humida ꝛ aquoſa aut concaua ac recta. utrum edita ꝛ eminens. Similiter autem eſt : ꝛ inhabitantium dieta : utrum illis amabilius uel ſaporoſius ſit potus. neac cibus an quies an exercicium uel labor : uel manducare. De his autem inquirendum eſt. Sciendum namque quis hec omnia uel plurima que diximus ignorauerit.

Si im ꝙ o pide ingrediatur : quod nunquam antea aduenerit uel fierit quodquam ex eo nihil illud latebit : tam de ciuili morbo : quam de habitatorum naturis ꝛ cuiuſmodi ſit : itaque curare poterit neque in ſubtilitatem opportune curationis errabit : neque enim hec ignorās quicquam curare : uel arbitrio poterit operari : poſtquam quoque ad tempore tranſierit crebra a cauſa loci incol' in yeme ꝛ eſtate uentura predicet : necnon ꝛ ſingulos morbos qui ſingulis hominibus accidere debeant : ex eorum dieta : niſi uero morbi ex aeris paruitate procederent : niſi quidem uniuerſaliter ſed particulariter igne erunt. Cum igitur medicus temperantiam aeris : temporumque diſcordiam prenotauerit : ſcientia ſua ſemper utilis : ꝛ ad ſanitatis ingenium conuenerint morbi : qui uero que de re altiſſima tractauimus recta tenent ꝛ credunt norint aſtronomiam non minimam partem eſſe medicine que quippe homines promouens : mutatione partis temporum.

Item que ciuitas que contrapoſita eſt ex calidis uentis ſcilicet que inter ortum ꝛ occaſum equinocialis medium tenent : ea ſemper ab eis incutitur aque uero illius multe et calide ſunt : atque ſalſe caleſiunt in eſtate ꝛ refrigeſcunt in yeme. Habitantium capita humida ꝛ flegmatica uentres ſemper ſalubres defectio ſemper poſſidet corpora multo cibo uel potu : ſufficere propter corporum defectionem non poſſunt : ꝛ ideo multum recipiunt potum : quia eius multus eſt aſcenſus : que quidem ciuitas temporis uniuerſalis eſt ſimilis in temperamento caloris ꝛ frigoris. Egritudo in ea minor : ac inualidior eſt. Similiter autem ꝛ omnis ciuitas in uentos parum caloris ſicca habentes.

Capitulum de diuerſitate aquarum que eſt inter bonitatem ꝛ maliciam ꝛ diuerſitate terrarum.

Hic et dicturi ſumus que aquarum ſunt meliores : uel ſalubriores : que peiores pluſue nociue et quicquid : iuuaminis : uel iuuamenti eas committetur : que uidelicet ſcientia multa eſt : et ad corporee ſanitatis ingenium. Aque igitur turbulente ſtagnantes ſalmares : et paluſtres : eſtate callide ſunt : et groſſe. Auſteri odoris : quia non currunt : ſed permanent : pluuia ſuperueniente : atque ſolis ſplendore. eas

perpetuo comburente. Itaque necessario fi unt male: τ absque coloꝛe coleram rubeam generant. Hec quidem in yeme fri gide congelate atque turbide sunt: ex nubi bus τ earum congelatione: quare flegma tice deueniunt. Branchos τ coleram pro curantes: doloꝛ quoque accidit oculis ex caloꝛis τ siccitatis incorpoꝛibus dominatio ne. senibus cataꝛrus: ex defectione neruo rum: τ consumptione: quidam uero moꝛiun tur alia ꝫ autem non latera desiccantur de stra. Si enim yems calida precesserit: τ austrina: neque anna coꝛpoꝛa indutu erunt τ ue ne. Uere autem subsequitur sic cum: τ septemtrionale: cumque ita: id super flui quod habet cerebꝛum cum reugmate: τ tussi: deberet dissolui: tunc post comella tum redditur uel datur: atque coagulatum: postea uero intrante estate cum suo callo re sic magna mutatio fiat: predicte acci dunt egritudines. Sed τ illi ciuitati que contra solis oꝛtum: ac septemtrionis uen tum siccum habet: τ aqua sapoꝛita: parum inter alia supꝛadicta: τ ab aeris mutatio ne nocere contra uero τ cuiuscunque habi tantes salmares aquas bibunt: atque pa lustres: neque posita est secundum oꝛientem neque liberum habet odoꝛem: eis multum est aeris mutatio nociua. Si uero e stas sicca nimiumque calida fuerit: moꝛbi cito euanescunt: Si uero pluuiosissima ex tendentur: quacumque enim moꝛbus occa sione aduenerit: illum in putredinem ne cesse est conuerti: quos equidem moꝛbos illiciens uentris quam greci uocant: aut aqua citrina: semper consequitur: quia nu triti sunt non cito uel leuiter: nec grauiter desiccantur. Si uero estas nimis plu uiosa fuerit. τ austrina τ autumnus simili ter: yemem egram necesse esse futuram fleg matici ergo: τ qui quadraginta annoꝛum sunt in causon. Colerici in pleuresim ac peripleumoniam cadent. Quod si estas sicca: τ austrina autumnus uero si militer pluuialis sit atque septemtrionalis sit. In yeme doloꝛes capitis: facelatio nes cerebꝛi: atque tusis: raucitas quoqꝫ accidit: τ reugma quibusdam uero τ ptisis.

Si autem septemtrionalis sint: neque diebus canicule: pluat: neque arturi ua dunt. flegmatici τ confoꝛtantur. Similiter autem τ qui humide nature sunt: atque mulieres. Colericis uero est ualde noci uum: quia eoꝛum siccitas suscipit incremen tum: accidit itaque illis sicca caecia: febꝛis que acuta: ac diuturna. Aliis uero col lera nigra: quod enim est ex colloꝛe rubeo subtili τ aquoso: incenditur: quod uero cros sum relinquitur. similiter quoque de san guine: quapꝛopter hec pꝛenotata passio contingit etiam flegmaticis autem contra est. Iuuenum coꝛpoꝛa non mollia sed sunt sicca τ spissa: itaque qui ea que diximus bene perscrutando nouerit perpendere po terit pꝛenunciare qui moꝛbi sunt uenturi: ex tempoꝛis mutatione. Consideran dum ipsam in mutationis essentiam: τ rur sus maxime: que foꝛtioꝛ sit et superans in qua uidelicet medicum non ultro dare carticum oppoꝛtet: neque coquere ante quam decem dies: uel plures: transacti sunt: foꝛtioꝛ autem plusquam nociua ea que mutatio: que solis est: mutatio estiua: mutabilioꝛ yemali τ autumnali. Hec ue ro duabus de causis: considerandūꝫ quoque τ arturi oꝛtum τ occasum pliadum: his namque tempoꝛibus: moꝛbi pꝛolongan tur: sed quidam magis allii uero minus: allii autem mutantur in alliud. Dicen dum quoque est nobis de asie τ erope di stantia: quotque diuersitates ad inuicem habent: in omnibus rebus nature: et in foꝛma in qua etiam pertinet distare nos cuntur: de qua re: quia multa sunt que re ferimus ad eas que pluꝛime sunt: τ foꝛcio res resolutiones sermonem redigere uolo. Asie europe ualde cōtraria est in omnibus nascentium: hominumque naturis. In illa quoque quecumque melioꝛa quam in ista sunt: atque pꝛecipua. hominum uero qualitas mansuetioꝛ: atque modestioꝛ est: ne tamen τ anime uires excelentioꝛes ibi quam usquam locoꝛum sint: quoꝛum itaqꝫ omnium: bona tempoꝛum complexio cā ē il li⁹. n. loci regio in medio solis ortū ē. unde inhabitantes. nꝫ caloꝛe. neqꝫ frigoꝛe super

habundant: quod uero multitudo ibi rez ac magnitudo maior: quam igitur uis locorum est. Inde uenit quod forte est id quod natura est. quia complexio equalis est: non tamen omnis. Asie terra equalis complexionis: sed uaria est. Que uero ciuitas inter calidum et frigidum: ubi media locata est: eius complexio temperata: arbores ingentes et excelse. et aque saporite: et apte siue de celo descendentes: siue de terre fontibus surgentes: neque enim nimio exardens calore neque multa exardent siccitate. Semina quoque et plante eiusdem multiplicantur: necnon et ab ipsa terra. ultro generantur homines: etiam suorum arborum fructus superuescuntur: quia eadem locis suis: ad alia sibi magis congrua: transplantantur: atque uenerare faciunt. pecora sua castrata: et armenta: ideo quia nimis quieta sunt: bonum autem alimentum: homines ipsi beniuoli nobilis habitu. carnosi corpis atque magni. formosi parum dissimiles magnitudine uoce: et pulcritudine. nam loci et regionis illius contemperantia: et temporum uicine uersalis complexionis consimiles sunt: qui ergo huius nature sunt sollicitudini apti. atque labori non inuite: sed uoluntatis affectu.

Et sciendum quod ex temperamento: habundant animalia: et eorum forme uariantur. Egiptus quidem de uberibus: sufficit hec nostra in hoc sententia pertinentiam ad dextram yemalis ortus usque ad illum transitum: qui michonitus: nominatur europe. similis est. Ubi enim multa temporum mutatio. illa regio agrestis: et in equalis longos montes: et altos habens multamque arborum uarietatem. Ubi non parua mutatio. illic inequalis regio est: Si quis autem hominum: qualitate et habitu. timetur quosdam eorum excelsis montibus nimiumque aquosi: similes reperientur qualitate: alios autem subtilibus: parumque aquosi partem uero palustri terre multumque herbifere alios sicce ac grosse. Ad hoc quoque si tempora inter se uariantur: et eorum forme diuerse efficiuntur: degente uero illa que parum inter se distat: uiriliter diximus: restat ut de illis inter quos multum diuersitatis est natura ac similitudine sicut est loquimur: ab his igitur qui capita longa habent exordium capiamus: quod aliis nullis similes sunt. Causa longitudinis est ergo primo mulieribus est habita. idest consuetudo de materia uero natura consuetudinem est consecuta. quod ideo factum: ut illi homines animosi esse: atque audaces insinuarentur: consuetudo autem hoc adoleuit: quod uidelicet mox ut nascebatur infans illum accipiebant: eius quoque caput in longitudinem aptabant: ingeniantes ut rotunditatem admitterent. que res eorum capita in longitudinem adduxit: quia uidelicet ipsam naturam ad hoc cogit: postea uero longioris temporis moram: usum in naturam cauilando inserit. Iam nunc itaque non est causa longorum capitum nisi consueta sola natura est. Quia uero sperma ab omnibus membris corporis descendit: sanum quidem a sanis: infirmum quidem ab egris currere: et rursus: quidem operationes fiunt ut calui caluos: uarii oculos uarios. strabo quoque generet strabonẽ. Cum ergo cui longius est caput: similiter non procuret longum: sed iam parua est capitum longitudo ad priscorum comparationem: eo quod nunc consuetudo remota est: et ipsa gens est aliis commista qui uero habitant in terra phephinos: eorum regio palustris et calida unda filios procreat multos fortes cibaria ex paludibus habentur: mansiones calamis et uiminis in ipsis paludibus moliũtur: quapropter ex ipsis paucis ad quos transeunt regiones: trabes itaque si immis et unis: construentes: minuendo semper inequalitatem loci machinantur: bibunt aquas calidas: non currentes putrefactas a sole ac pluuiarum nimietate: sed et hoc mare quod phephynos dicitur: stans est nunquam curens quam quidem in illud flumina decurrunt: quod si currat: parum ac pingue est: atque subtile: quia maximum chaos illuc currendo: per pluuiam descendit: quare forme habitantium phephynos inter hominum formas prodigales sunt ingresis quam crasse: incorporeis corporee. Iuncture quoque illorum et uene in car

ne latentes: non apparent: collore quasi citrino similes sunt: aquā citrinā bibentibꝰ: huius itaqȝ regionis uenti austrini sunt: habent ēt quēdam alium localem flatum uehementem: ꝛ corrumpentem caliditatem exalantem incole piceon dicunt. Septemtrionalis uero ñ eis insuflat: quia eos plene pertingere minime potest: qđ si suflatur suflat defecte. Hec itaqȝ nostra sententia: de diuersitate naturarum: atqȝ formaꝝ in assia habitantium est.

d De iracundie autem ꝛ audacie paruitate subiungendum est: minus bellatores quam illi qui europam colunt qꝛ qetiores atqȝ modestiores: cuius rei causa tempora sunt que in calorem quidem uel frigus non multum permutantur sed ſm similitudinem atqȝ uicinitatem. neqȝ enim eorum animos perturbant: uel corpus pře de complexione in complexionem permutant: quamobrem non facile irascunť. Mutatio namqȝ aeris causa est cōmotionis hominis ad iraȝ nȝ illum quiescere permittit hac quiđ de cā quasi quieti atqȝ modesti: sed ēt aliqua consuetudo est uniuerse nāqȝ asie non suis dominatur: quidam ergo asii non aliis obsequunť quemadmodū helleni ꝛ trabi sibimet ipsis fortasse dominantes nullis obtemperando discunt prodesse: qui utiqȝ fortiores animosiores ꝛ audaciores omnibus sunt: qui pugnatoribus obpugnātes sibimet capiūt predam unde ꝛ russe dedecus comportant. inueniuntur ꝛ asii diuersi: quidam eñi iusti alii iniusti diuersitatis temporum sicut diximus causam: qui enim nubiam tenent edaces sunt: atque molles pigri pugnare: ex temperantia temporum. In europa quedam gens ~~trancorum~~ tracorum: turachi tamen plusquam quelibet alia gens sibi consimiles sunt. Similiter uero egiptum i calore turachii uigent. In frigore terra turrachorum uiridis ꝛ petrosa: ac molis tempora eorum ac forme ab omni gente diuerse: sibique cō similes sunt: regio misera sub polo est in montibus unde septentrion suflat: ꝛ ad quā sol cum occidit estiuo tempore appropinquat: parumque calore calefaciens eam: ad hanc uenti ex calidis partibus asperantes minime peruenire: nisi minores atque frigidiores ualēt: a parte uero poli frigidi purgent propter niues geluque: ꝛ aquaꝝ multitudinem: sine quibus illa montana non sunt: unde ꝛ inhabitata deseruntur. Aer illius regionis multotiens in die nebula occupatur quapropter hominum forme crosse sunt ꝛ carnose: ut neque iunctura in eis appareat: humidi moles ꝛ inualidi uentres: humidissimi nunqȝ currentes: qđ qđ desicari ipoſſe est: i huius regione natura nostra ꝛ aera: atque tempora habente: que eñi corpora humide atque frigide sunt complexionis ex eis parum dissoluitur: presertim si in humida sunt ꝛ frigida pariter regione ceterumque cibaria in uentre in membris prout expedit non decurrunt: quia colera rubea ad id operis defficiunt: sicque corpora eorum grauissima necesse fiunt: sed ꝛ figuris in utriusque sexi masculus uidelicet masculo: femina uero femine similes sunt: eadem causa qui eoruȝ tempora uicina sunt nullo modoqȝ sperma corrūpitur: nisi habūdantie sue morbi accidens incurrat: hec ita qȝ gens sunt ꝛ lati: quia infantulos suos pānis sicut egiptii non inuoluunt: quod ideo fit quod super equos fixis natis latis prestare possunt: masculi ꝛ enim illorum semper in curribus deportantur: usque ad equitandum peruentum fuerit tempus: fit auteȝ paulatim: eorum de loco in locum incessus: uasorum eorum laterorum iam dictum est esse. Turchorum autem gens rubeum habet colorem: neque super eos sol cum suo ascendit calore. Albedo uero cum a frigore intenditur in ruborem mutatur. hec eutem natura non multum est procuratiua filiorum: neque enim in exu uoluntas in coitum fit: quare ꝛ minus generant: quod uero femine raro pariunt: hinc quod matrix sperma attrahere non potest: in quo etiam subtilius intueri oportet: menstrua enim illis non oportune: sed parum postquam longum tempus aduenerit: uis enim matricum: ex multa eis corrupta est crassicie: ociose nam que ac delicate gentes ex nulla inquietantur motione: uentres uero eorum frigidi ꝛ humidi sunt: i qua re magnam significantiā ſbm deprehendimus: quia clientes ꝛ famulas frequentius mox ut masculo coyerint: grauidas concepisse inuenimus: quod profecto nullis ex multa exercitij commotione

corporumqz attenuatione euenit multi etiam thrachis castris similes sunt: iis coyre pñt feminas quoqz feminei corporis exercitio atqz locutionis modo imitãtes. Quibuscun qz uene de post auriculas inciduntur eis: ultra prorsus ab oi generatione orbantur. Illa uero altera gens europam tenet: multũ ad inuicem magnitudine longitudine atque forma pro suorum temporum uarietate differt quorum quidẽ ipsorum uarietas magna ac ualida est. ac crebra in calore nimio uel yeme forti: multa uero pluuia postmodum uero nebula subsequente crebris uentis. Hac ergo diuersitate perpetua spermatis quoqz coagulatio: atque procreatio diuerse fiunt: aliis namque coagulatur estate: aliis uero yeme: aliis uero pluuiarum effluentia: aliis uero in nebula uel pluuia parua itaque qui europam: plus ab inuicem differunt: quam qui asiam colunt. Differunt quidẽ in uultu: qz forme nimirum in ipsa spermatum conceptione: propter diuersitatem ipsorum diuerse figurantur. Et quemadmodum in forma corporee differunt figure: ita quoqz necesse est eos differe animi qualitate sunt enim iracundissimi duri iculti atqz agrestissimi. Hoc autem ex multa commutatione parua quoque stabilitate: sic habitatores europe: fortiores animi: quam qui asie sunt: ocium quippe ac pigritia ex aeris equalitate prouenit per quam inequale est anime & corporis: laboris exercitij tolerantiam prestat. Quies autem & requies timorem & ignauiam. labor uero: & exagitatio animositatem ministrat: quare europes malitia gaudent: & pugna cuiquam subici: uel humiliari respuentes. Differunt hac primo uarietate: secundo uero quia eiusdem erũp terre pars altera est. & magna: illa uero parua. Hic autem profunditas hic quoqz planicies: rursus & in temporibus mutatio parua. Simili uero modo in paruulis. Uniuersaliter autem quecunque siccam & altisimam multumqz aquosam habitant regionem: tempora quoque multũ habent diuersa: necesse est quoqz hos formas habere diuersas: ad laborem: duriciem animarum ferre & aspera & angustia: qui uero loca profunda incolunt: & petrossa eos calidi plusquam frigidi uenti sufflant aquas tepidas bibunt corpora eorum nõ magna nec bene cõposita: sed lata sunt & carnosa: pilli nigri: similiter quoqz colores nõ albi: flatici animi. colerici aut nequaquã patientes sunt laboris: nissi fortassis consuetudine fiant neque eni naturaliter hoc habẽt. Qui autẽ flumina habent in que pluuiales. & aliis confluant aque. hi magis incolumes sunt illis ac meliores: qui uero non: sed post sibi fontes sunt: pingueque paludes siue sal marum fluit unda: bibentis in usum: omnes hos multe: & uarie faciunt distare figure sunt quoque citrini: uenter eis larg9 multum quoqz & splenis habetur. Qui uero in alta habitant regione: equali odore atqz aquosa: earum forme: & corpora bona: consimiles usu: atqz natura boni temperati audaces. Quelibet uero terra macra atqz subtilis inaquosa & aspera aeris complexio intemperata illi asperi sunt forma & tetano si: colore quasi citrini: & nigri iracundi rigidi. Ubi nimia mutatio: multaqz diuersitas habitantiũ forme & anime: atqz nature: multum diuerse. uariantur enim & nature ex uarietate temporum. deinde regionum: equibus cibus est: postea uero aquarum inueniuntur & forme hominum uarie secundũ qualitatem nature regionis. ubi enim est terra grassa: humida per se & aquosa: ea quidẽ calida est in estate frigida uero in yeme tempora bona: & sibi conuenientia: habent habitantes crossos nature fortes humidos in labore: illis exercitio minimi perdurantes: animi segnis & ociosi: in artificiis: ingenij duri & grauis: non sunt autem acuti siue subtilis. Quibus uero regio leuis & pfunda: profundatur autem in yeme: & a solle incenditur in estate: & corporis asperi sunt & tenuis ad laborem fortis ad immodicam iram ueloces: nihil illis preter siue uidetur asperitati animi uiciniores quam modestie siue quieti in artificiali ingenio subtiles: audaces: atque pugnaces: sed & in regionis nascentia: huic nature sunt uicina. & sciendum quod nature: & forme multum contrarie sunt: atque diuerse. De his autem que diximus ita est scilicet quoque queras: que de naturis restant: illa contemplare ab his & non errabis a ueritate.

Ypocratis de aere & aqua & regionibus finis.

Vene post aures ...

De pharmaciis autem cause non ut extimantur sunt: eadem enim pharmacia purgant: est qm̄ alia purgat quam que consueuit purgare: est aūt qđ superpurgauit: est qđ τ conuenientia fac: quare non ut contingit pharmacie debent dari. Arbitrari.n. oportet τ cibos nutrientes nos pharmacias esse min⁹ autem illis. Homines.n.hos recte quidem appetentes sani sunt: non recte ṽo laborant supdantur aut purgantur sicut a puris medicinis. manifestuȝ igit est τ hos pharmacias minus τ tardius puris pharmacijs. Veruȝ hi tardiores τ consueti nobis sunt quottidie intrantes in corpus. Vane aūt τ negligenter traditi ibi pturbant hoies τ egrotare faciunt quodanmodo τ puras τ acutas si absq3 passione τ absq3 causa tradat aliquis nō debet operari aliquid pferens. Oportet igit primū tradere colericis: quidem qđ coleram purget: flegmaticis aūt qđ flegma: hydropicis qđ aquam: melancolicis ṽo qđ nigram colerā. Si ṽo extra huius purgaueris coueniemtia ṽo ñ purgas: que ṽo non conueniūt purgas: qr̄ ad utraq3 peccare est. Qñ igitur debes alicui medicinaȝ tradere superi⁹ siue inferi⁹ interrogare ipsuȝ o3 si utiq3 bibit medicinaȝ: τ utꝝ uenter in inferiorib⁹ pharmacijs acut⁹ est: τ obedit cito aut durus: τ si acut⁹ τ bene solubil' fuerit: mollioribus τ mioribus pharmacijs idiget: si uero durus fuerit fortioribus eget. Idem aūt modus τ ad superiora: si uero nunq̄ dicat: neq3 superius nȝ inferius purgatū fuisse: aut potasse pharmaciā: scire o3 si ad ingredientia sano existenti bñ solubilis erat uenter ad inferiora: aut bñ uomens ad supiora: τ si ad repletionem quandā factus diaria supuenit ipsi: hui⁹ oia o3 inquiri quō possis recte consulere: malum .n.est accidens tradentē pharmaciā homini interficere. Quicunq3' quidē igitur a febribus uehementibus occupat neq3 o3 his medicinas purgatiuas tradere: ē utique post febrem: si uero ñ in quatuor τ decem dies: colere.n.carnes existentes ipsorum τ uentres accipiunt pharmaciā τ nil purgat τ febris fit maior τ color mutat τ yctericí fiūt: mota.n.corpora τ non purgata neque comedere uolunt neq3 bibere sed omnia horrent: τ ut frequenter pereunt. Si uero accipiatur pharmacia τ ante meridiem nil purgat: a meridie uero purgans subtilis fit τ finit. Si uero hunc diem circum fiat τ simul purgatione post febrem sanus fit. Si uero feb iterum occupet ipsum destruitur: non ꝯuenit fortibus passionibus pharmacias purgatiuas offerre: sed si quē o3 clisterizare congruit quotienscunq3 uolueris uti: periculosum enim est. Secunduȝ autem eandem rationē τ in estiuo tempore a canis ortu dies .l. obseruari oportet non tradere pharmaciam sȝ clisteriis uti idē.n. periculum.

De sectionibus τ cauteriis et uentosis rasis.

Sciendum est quod antiqui in pluribus locis plusq̄ moderni cauteria faciebāt. Modernorū igitur usuȝ imitantes de capite primo post descēdēdo de mēbris singulis cauterizādis dicam⁹. In cōmissura igit fantastice cellule τ rōnalis fit cauteriū duobus modis: aliqñ fit rotundū τ fit ferro candēti: aliqñ in modū crucis cutis incidit ferro frigido: τ caro usq3 ad craneū perforat: τ cum multū sanguis effluxerit mittat ferrū candēs τ imprimat fortiter in modū predictū: deducendo in modū incisionis cutis. Sed hec impressio fortis ferri cādentis cōpetit solis habētibus forte caput ut sunt capita rusticoꝝ: hoc facto seruant apta rotūda.s.immisso sicel loralia immissis tentis τ petiis. Fiunt aūt hec precipue ꝓ mama τ maxime qñ ex uētositate τ fumo fit: hēt fieri ꝓ epilensia ꝓ dolore oculoꝝ: descēdente precipue a superiorib⁹ ad ipsos pro dolore dentium pro dolore aurium: pro omni dolore τ passione faciei qñ materia descendit a superioribus deorsum.

Cauterium in occipitio.

Item fit cauteriū in occipitio capitis ferro rotundo calido τ seruatur apertum ut cetera predicta: maxime: pro litargia: τ etiaȝ ualet pro omnibus doloribus predictis superius.

Cauterium post aurem.

Post aurem fit cauterium pro tinnitu aurium inueterato: pro fistula aurium pro dolore aurium: dentium τ oculorum.

Sectorium per medium auris.

Quandoque per medium auris immittitur

. L. dies obseruandi ī farmacijs post ortū canis

sectorium: quandoqȝ uero per pulpam au ris ⁊ seruatur apertum pro causis pdictis.

Sectorium pro dolore aurium.

Sub mento quandoqȝ ponitur sectorium pro dolore dentium ⁊ pro dolore faciei: ⁊ pro ipsius deturpatione uel tortione.

Sectorium in collo iuxta uenas orga nicas.

In utraqȝ parte colli iuxta uenas organi cas immittitur sectorium pro dolore fauciū ⁊ colli ⁊ pro dolore frigidiorum partium quando materia per partes illas uidetur ab inferioribus ad supiora ascendere.

Sectorium ex transuerso thoracis.

Pro dolore thoracis ut contingit aliquā do ex ictu antiquo: quod comperitur si loc⁹ compressus digitis interius doleat: uel etiā si sit ex ipsius uitio fiunt sectoria ex trans uerso thoracis inter duas costas in longuȝ.

Sectorium inter umbilicū ⁊ furculam.

In medio inter umbilicum ⁊ furculā pec toris fit sectorium obliquatum: aliud in rec tum a summo deorsum pro asmate pro uitio pulmonis ⁊ stomachi pro dolore costaꝝ pro pleuresi ⁊ peripleumonia: ⁊ eodem loco fit cauterium propter causas predictas.

Sectorium posterius.

Posterius fit sectorium propter epar ⁊ anterius pro uitio epatis: ⁊ pro sui duritia inueterata si ratione epatis frigidi incrossa tur illum magis in illa parte ne sequatur hy dropisis ponas germandream ⁊ corticem sambuci cum radice feniculi ⁊ apii si caput non dolet ⁊ coquantur in uino ⁊ bibat ut la xetur fiant suppositoria.

Sectorium in sinistra parte.

Eodem modo a sinistra parte anterius ⁊ posterius fit sectorium prope splenem pro splenis uitio ⁊ pro sui duritie inueterata.

Item in brachijs fit cauterium rotundum ferro calido in quattuor locis fontium ⁊ in quibusdam in quinque locis propter dolo rem humeri ⁊ arthreticam colli. A parte ex teriori fit cauterium extra brachium prope humerum mensuratis quatuor digitis deor sum ut hic apparet.

Cauterium prope cubitum.

Item fit ad eadem uitia ⁊ ad dolorem su perioris mandibule cauteriuȝ prope cubitū mēsuratis. iii. digitis a cubito uersus hume rum in lacerto brachij.

Cauterium prope rascbetam.

Fit etiam cauteriuȝ prope rascbetam ma nus exterius pro dolore cubitoruȝ pro do lore totius brachij: pro chiragra precipue si a superioribus descendit humor faciens chiragram per illum fontem ad manum.

Cauterium in medio brachij.

Item in medio brachii fit cauterium pro dolore ascelle ⁊ pro dolore inferioris mādi bule ⁊ partium adiacentium ei.

Cauterium inter utrumque.

Inter utrumque cubitum mensura quin que digitorū scilicet supra glandulas supra cubitum fiunt cauteria contra omne genus febris erratice ut apparet in sequentibus.

Cauterium contra chyragram.

Contra chyragram ⁊ contra manuum in flationem inueteratam fit cauteriuȝ supra di gitos manuum inter duos digitos ⁊ potest fieri per omnes.

Cauterium propter arthreticam.

In tribus locis spine propter arthreticaȝ ⁊ eius dolorem colli posterioris fit cauteri um inter spondilia dorsi: tamē ne ledatur que dam corda que superiacet spondilibus. Sci endum autem magnum imminere periculuȝ si ledat: ideo in carnoso fiat.

Notabile.

Nota hoc generale esse in omni loco fontium cauterizandum est per quem fluxus humorum transire uidetur ad membrum ali quod siue deorsum siue sursum ad intercipiē dum fluxum.

Cauterium super ancham.

Item cauterium fit triangulatum supra ancham: ubi os rotundum coniungitur ossi concauo: unum superius: secundum uersus dextram partem inferius: tertium uersus si nistram partem inferius ut inter hec tria cō prehendatur iunctura ossium predictorum: fiunt auteȝ hec ferro calido: ⁊ immissis scuel lis seruantur aperta: pro dolore sciatico pro sunt ex frigidis humoribus tamē: dolori ue ro facto ex calido humore nocent. Sed notandum quod si illa duo ossa essent disiunc ta ad inuiceȝ: incurabile esset ⁊ hoc sit gene rale in omnibus iuncturis duorum ossium.

Cauteria supra genu.

Fiunt cauteria duo supra genu mensuratis in digitis sursum: exterius unum pro uitio predicte passionis precipui si fiat ab exteri

ori parte. Interius fit aliud pro causa predicta precipue partis interioris: et pro dolore pudendorum et scabie uesice: pro uitio matricis in muliere. Et nota cauterium hoc multum ualet ad conceptum iuuandum precipue cum abundatque matrix frigidis humoribus.

Cauterium sub genu.

Item fit cauterium sub genu mensuratis iij. digitis deorsum: et fit pro sciatica passione et arthetica genuum: unum exterius: aliud interius tertium posterius: et pro diuersitate dolorum: uariantur etiam loca cauteriorum: ut si dolor sit exterius cauterium fiat exterius: et ita de alijs scilicet interius et posterius.

Cauteria sub cauilla.

Prope pedem fiunt cauteria mensuratis .iij. digitis sub cauilla: fiunt autem hec: unum interius aliud exterius et ita de aliis sub cauilla pro arthetica superiorum partium scilicet genu et scie pro dolore pedum: si fiat discursus humorum ad pedes a superioribus partibus.

Cauteria prope cauillam.

Item fiunt duo cauteria prope cauillam pro dolore pedum et arthetica cauillarum.

Cauteria intra pedem.

Duo cauteria fiunt intra pedem et extra pro predicto uitio cauillarum et totius pedis qualiter autem debent fieri supradicta figuris satis potest perpendi mutato loco cauteriorum.

Cauterium prope radicem digiti pedis.

Item fit cauterium prope radicem digiti pedis interius: aliud exterius a parte opposita et fit pro causis predictis.

Cauterium inter duos digitos pedum.

